














THEOLOGIA
DOGMATICO-MORALIS
Secundum Ordinem Catechismi
CONCILII TRIDENTINI.
EDITIO OMNIUM ACCURATISSIMA,
Plurimis ACCESSIONIBUS, & NOTIS illustrata.
TOMUS DECIMUS, ET ULTIMUS,
IN QUO CONTINENTUR
Variæ de Theologicis Dogmatibus, ac Disciplina Epistolæ, & Monumenta.
Quibus, præter quasdam BENEDICTI XIV. P. M. constitutiones, noviffime acceffit
INDEX UNIVERSALIS
Materiarum totius operis, ordine alphabetico digestus.
AUCTORE

R. P. F. NATALI ALEXANDRO
Ordinis FF. Prædicatorum, in sacra Facultate Parisiensi Doctore, & emerito Theologiæ Professore.



Typis Principalis Monasterii B. V. M. Einsidlensis,
Per Franciscum Xaverium Kälin. Anno MDCCLXXII.



LECTOR BENEVOLE!

REM notatu dignam ut tuis, amice Lector, oculis hoc loco subjiciamus, & nostri officii ratio, & veri asserendi studium postulant. P. Alexandrum Natalem, dum famoso illi casui conscientiæ Parisiis subscriberet, ea re ad numerum Appellantium quodammodo accessisse, inficias ire nemo potest. At extra omne dubium quoque est, virum non minus pietate quam doctrina insignem ab inconsiderato hoc suo consilio posthac resipuisse, atque publico documento Palinodiam suam orbi fecisse testatam. Quo igitur animo nonnemo editis suis nuper admodum scriptis id iterato negare sit ausus, tuum, æquissime Lector, esto judicium. Nos Auctoris nostri Revocationem, quæ hactenus Commentario suo in Evangelia (*) præfixa singulis, qui cæcutire nolebant, fuit obvia, hic tibi subjungimus. Quo magis saniora tibi studia sapient, eo majori venerationi Natalis Alexandri nomen esse tibi perget; id quippe apud omnes illos, qui melioris notæ Scriptores, nempe viros de republica literaria vere benemeritos æstimare nôrunt, summo loco esse; obtrectatores vero invidiam tanto viro conflare, aut ejusdem officere luminibus, frustra conari, pro certo habe, & vale.

* Parisiis edito, 1745. Tom. I.

BEATISSIMO PATRI, AC
DOMINO, DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.
ROMAM.

BEATISSIME PATER.



UAMVIS nihil prætermisisse videar, quod ad officii mei rationem pertineret, ut publicæ mederer offensioni, quæ ex editione infausti Conscientiæ Casus orta erat, doluerim-

tus esset. Quamvis Eminentissimum Cardinalem Archiepiscopum Parisiensem integritatis fidei meæ, ac doctrinæ vadem, & obedientiæ absolutissimæ erga Sedem Apostolicam, & sanctitatem Vestram, testem, interpretem; sponsorem fuisse (quæ summa ejus benignitas est cum æquitate conjuncta) certo noverim; animum tamen meum effundo lubens ad pedes sanctitatis Vestræ, illosque devote exosculatus, me plurimum, & ex animo dolere profiteor, quod hujusmodi Casui nimia facilitate subscripserim; plura in foliis editis addita, vel interpolata suspicor, quæ in originali a me subscripto non extabant (nec inanes esse, ac male fundatas suspiciones meas agnosceretis, si inquieti homines, qui casum temere ediderunt autographum cum subscriptionibus exhiberent) sed illud supprimere, e re fuit petulantium hujusmodi ingeniorum, & ad perturbationem Ecclesiasticæ pacis scripturientium, ne illorum malignitas palam fieret.

Ut ut est, Beatissime Pater, non solum ex animo doleo de su scriptione, qualiscunque illa fuerit; non solum illam ejuro, quæ per obreptionem a me impetrata est (nec enim retractare me pigebit unquam, & censorio stylo denotare, quæ a me scribi, aut subscribi minime debuerant) verum etiam pari animi demissione, obedientia, adhæsione mentis, & cordis absolutissima, subscribo literis Apostolicis, ac Decreto sanctitatis Vestræ, quo folia Gallico idiomate edita, & conscientiæ casum cum subscriptionibus Doctorum continentia, vestro judicio damnata sunt, & prohibita; parem (inquam) Apostolico vestro Decreto die 12. Februarii ultimo præteriti dato obedientiam exhibeo, quam Constitutionibus Innocentii X. Alexandri VII. Clementis IX. Innocentii XII. Decessorum Vestrorum, quibus quinque propositiones famosæ in sensu Jansenii damnantur. Quod

emper me præſtitiſſe abſque reſtrictione prorſus ulla, aut æquivocatione, & tota animi ſinceritate, coram Deo, & Veſtra ſanctitate profiteor; illiſque, qui contrarium ſaperent palam, ac libere dicere cum S. Yvone Carnotenſi Epiſcopo: *Manifeſte contra Sedem Apoſtolicam caput erigitis, dum quod illa ædificat, vos, quantum in vobis eſt, deſtruitis; & quod illa deſtruxit, vos ædificare contenditis; cujus judiciis, & conſtitutionibus obviare, plane eſt hæreticæ pravitatis notam incurrere; nam Hæreticum eſſe conſtat, qui Romanæ Eccleſiæ non concordat.* Hunc animi mei ſenſum toti Eccleſiæ ſatis ſuperque expoſuiſſe mihi videor in præfatione Commentarii in quatuor Evangeliſtas nuper a me editi, nominique Beatitudinis Veſtræ dicati; quem ad ejus pedes deponet Magiſter Generalis ordinis noſtri. Benedictionem Apoſtolicam ſumma devotione exopto, & deprecor, dum votis, ac precibus aſſiduis multos annos proſperam ſemper Valetudinem, & cœleſtium donorum incrementa ſanctitati Veſtræ a Deo flagito.

VARIÆ DE THEOLOGICIS DOGMATIBUS AC DISCIPLINA

EPISTOLÆ.

EPISTOLA PRIMA.

Refellitur novus error asserentium, peccata excæcatis & obduratis hominibus non imputari.

RELIGIOSO VIRO ***

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORI.



Uæ mea sit de statu peccatorum excæcatorum, & obduratorum sententia, nosse potes ex his, quæ scripsi libro 1. Theologiæ Dogmaticæ, & Moralis §. 10. numer. 11. pap. 518. prioris editionis Parisiensis *. Verumtamen non improbabilis videtur eorum Teologorum opinio, qui peccatores aliquos ita excæcatos, & obduratos esse docent ac propugnant ut nulla eis præsto sint, vel offerantur a Deo gratiarum interiorum, proprieque sufficientium auxilia in infelici illo statu. Summam igitur fidei non spectat illa quæstio, utrum excæcatis, & obduratis gratia omnis interior etiam sufficiens a Deo denegetur.

Error tamen est, Scripturæ sacræ, & Traditioni contrarius, asserere, quod hujusmodi plane excæcatis, & obduratis hominibus, quos omni gratia interiori etiam sufficienti destitui eruditi quidam Theologi censent, *peccata non imputentur*; quod *errent*, qui

 di-

dicunt ipsis imputari peccata; quod *tolerabilius censeant, qui dicunt eis non imputari.*

„„ Quos *enim* tradidit Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, &c. Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam, qui talia agunt, digni sunt morte „„: Hos (inquam) qui peccare non asserunt, verbo Dei aperte contradicunt.

Deinde, quis Pharaoni, Antiocho, similibusque peccatoribus, quos malitia excæcavit, & obduravit, peccata non imputari dixerit, nisi cæcutiat in aperta luce sacrarum Scripturarum?

Sane maximum ex cæcitate, & obduratione sua commodum perditi illi homines reportarent, si peccata, quæ in illo statu committunt, illis non imputarentur

At, inquiunt, nemo peccat in eo, quod vitare non

161. & 162. „ „ Quamvis (*inquit*) illi, qui in peccato sunt, vitare non possint per propriam potestatem, quin impedimentum gratiæ præstent, vel ponant, ut ostensum est, nisi auxilio gratiæ præveniantur; nihilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam? quia hic defectus ex culpa præcedente in eis relinquitur; sicut ebrius ab homicidio non excusatur, quod per ebrietatem committit, quam sua culpa incurrit. Præterea, licet ille, qui est in peccato, non habeat hoc in propria potestate, quod omnino vitet peccatum, habet tamen potestatem nunc vitare hoc, vel illud peccatum; unde quodcunque committit, voluntarie committit, & ita non immerito ei imputatur ad culpam... Quamvis autem quosdam peccatores Deus ad se non convertat, sed in peccatis secundum eorum merita eos relinquat, non tamen eos ad peccandum inducit. Homines enim peccant per hoc, quod deviant ab ipso, qui est ultimus finis... Inveniuntur tamen quædam in Scripturis, ex quibus videtur, quod Deus sit aliquibus causa peccandi. Dicitur enim Exodi 10. *Ego induravi cor Pharaonis, &c.* quæ omnia secundum hoc intelligenda sunt, quod Deus aliquibus non confert auxilium ad vitandum peccatum, quod aliis quibusdam confert. Hoc autem auxilium est, non solum infusio gratiæ, sed etiam exterior custodia, per quam occasiones peccandi ei homini ex divina providentia tolluntur, & provocantia ad peccatum comprimuntur „ „.

Sanctus etiam August. diserte asserit illis imputari peccata, quibus Dei adjutorium ad illa vitanda necessarium sua culpa deest. (Quæst. 50. in Deuteronom.) „ „ Simul ostendit Moyses (*inquit*) & sine adjutorio Dei intelligere, & obedire homines non posse oculis cordis, & auribus cordis; & tamen si adjutorium Dei desit, non ideo excusabile esse hominis vitium, quoniam judicia Dei, quamvis occulta, tamen justa sunt.

Et libro *De Perfectione justitiæ*, cap. 6. „ „ Pec-

catum est autem, cum vel non est charitas, quæ esse debet, vel minor est, quam debet; sive hoc voluntate vitari possit, sive non possit; quia si potest, præsens voluntas hoc facit; si autem non potest, præterita voluntas hoc facit „„.

Et libro 1. Retractationum, cap. 15. „„ Qui vero (*inquit*) cogenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, & ideo facit contra præcepta justitiæ, jam hoc ita peccatum est, ut sit etiam pœna peccati. Quapropter peccatum sine voluntate esse non posse, verissimum est „„.

Peccata illis etiam imputari, qui omni gratiæ adjutorio sua culpa destituti sunt, confirmat sanctus Prosper in carmine *De ingratis*, cap. 32.

Non autem recte, nec vere dicitur, illos
Qui sunt exortes divini muneris, & quos
Gratia neglexit degentes mortis in umbra,
Peccati non esse reos, quia recta gerendi
Non data sit virtus.

Eumdem refellit errorem S. Fulgentius libro 2. *De veritate prædestinationis, & gratiæ*, cap. 20. „„ Solent homines (inquit) in tenebris propriæ cæcitatis

vandis Dei mandatis præpediuntur. Hæc nihil aliud est, quam constans peccandi voluntas, & depravatus cordis affectus. Non potest homo in hoc statu divinis obsequi mandatis proxima potestate, quæ per gratiam confertur; sed id accidit, quia non vult, quia totus ad se conversus est, quia totus a Deo alienus est. Absurdum autem fuerit, ut ideo non imputentur homini peccata, quia toto liberæ voluntatis impetu in peccata præceps ruit. Nam, ut præclare disserit S. Bernardus Sermone 81. in Cantica. „ „ Quod surgere per se jam non potest anima, quæ per se cadere potuit, voluntas in causa est, quæ corrupti corporis vitiato, ac vitioso amore languescens, & jacens, amorem pariter justitiæ non admittit. Ita nescio quo pravo, & miro modo, ipsa voluntas peccato quidem in deterius mutata necessitatem facit; ut nec necessitas, cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem; nec voluntas, cum sit illecta, excludere necessitatem. *Et infra*: Premebatur jugo non alio, quam voluntariæ cujusdam servitutis; & erat pro servitute quidem miserabilis, sed pro voluntate inexcusabilis „ „.

Idem confirmat Hugo a S. Victore libro 2. De Sacramentis, cap. 6. „ „ Quando (*inquit*) homo non potest, si vult, propter voluntatem impossibilitas non imputatur, si autem non vult, propter impossibilitatem voluntas non excusatur „ „.

Denique quod illa impotentia in qua sunt obdurati, quos aliqui Theologi pietate, & eruditione conspicui omni prorsus gratia interiore destitutos supponunt, sit voluntaria, utpote ex eorum peccatis originem ducens, alii etiam Patres diserte docent.

S. Gregorius Nyssenus libro de vita Moysis; „ „ Quemadmodum (*inquit*) si quis de homine, qui in foveam decidit, quoniam solem non vidit, idcirco in foveam incidisse asseveraret, nullo nobis modo in mentem veniret, ab irato sole in foveam ipsum depulsum, sed statim intelligemus, ideo in foveam lapsum, quoniam cæcitate sua solis lucem aspicere non

potuit; sic oportet illud Apostoli dictum intelligere, eos nimirum, qui Deum non cognoverunt, ignominiæ passionibus traditos fuisse, & induratum a Deo fuisse tyrannum Ægyptium non quia divina voluntas duritiem in animum ejus induxerit; sed quia cum ipse vitiose vivere maluerit, non suscepit rationem, qua induratum in vitio cor permollitur „ „.

S. Basilius in cap. 5. Isaiæ, ad illa verba: *Auferam sepem ejus, & erit in direptionem, & destruam murum ejus, & erit in conculcationem*, ait: „ „ Quin & nobis adimuntur molitiones murorum, cum per socordiam, & torporem nos indignos reddiderimus tutela divinorum dogmatum. Equidem justo Deus turris est a facie inimici; a peccatore autem tanquam derelicto custodia omnis auferetur, totiusque fortitudinis munitione, ac propugnaculo privabitur. *Et dimittam vineam meam, & non putabitur, & non fodietur*. Quod a Deo deserantur peccatores, fit per eorum ignaviam, ut hinc liquet; ait enim de his, quorum saluti consulit: *Non te deseram, neque derelinquam*. De quorum autem salute prorsus despe-rat, tales sinit solutos abire ad explendas voluntates [redacted]

S. Cyrillus Alexandrinus libro 2. De Adoratione in Spiritu, & veritate: „ „ Mensuram quamdam (*inquit*) quæ ab Jerusalem exibat, vidit Propheta, rogantique quid illud esset, respondit Angelus: *Hæc est iniquitas ipsorum in universa terra*: Quod perinde est, ac si dixisset: Hac mensura omnia appenduntur peccata, quæcunque per universam terram singulis quibusque temporibus perpetrantur. Ubi enim nostra peccata usque ad manifestam pervenerint magnitudinem, tum vero offensus pœnas a nobis repetit ipse legum Conditor; frequenter autem insita quadam benignitate tolerat, peccantesque sustinet; neque antequam sit modus completus, universam effundit iram. Itaque dixit Abrahæ: *Nondum enim impleta sunt peccata Amorrhaeorum usque adhuc*... Pharisæis autem, qui effrenate illum offendissent, dixit Christus: *Implete mensuram patrum vestrorum*. Zach. 5. Gen. 15. Matth. 23.

S. Isidorus Pelusiota, Epist. 101. libri 4. ubi explicans illud Apostoli: *Tradidit illos Deus in reprobum sensum, repletos omni iniquitate*, ait: „ „ Vide, quam accurate loquatur. Non dixit, tradidit replendos, sed jam repletos reliquit, atque destituit; haud aliter ac si quis pastor bonus oves pestilentiali lue correptas extra gregem abire, & quodammodo lupis tradere consueverit, non quod eas in fauces luporum projiciat; sed quod sua cura, ac præsidio eas denudet, ac destituat „ „. Rom. 1.28

S. Gregorius magnus lib. 11. Moralium, cap. 5. „ „ Jam (*inquit*) divina voce admoneri potuit, quia exigente culpa malitiæ, jam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat. Bene autem subditur: *Si incluserit hominem, nullus est, qui aperiat*; quia omnis homo per id, quod male agit, quid sibi aliud, quam conscientiæ suæ carcerem facit, ut hunc animi reatus premat, etiamsi nemo exterius accuset? Qui cum judicante Deo in malitiæ suæ cœcitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne evadendi locum inveniat, quem invenire minime meretur. „ *Si incluserit hominem, nullus est, qui* Job 12.

ape-

aperiat; quia sicut nemo obsistit largitati vocantis, ita nullus obviat justitiæ relinquentis. Unde & ad
d. 4. 21. Moysen dicitur de Pharaone: *Ego obdurabo cor ejus*: Obdurare quippe per justitiam dicitur Deus, quando cor reprobi per gratiam suam non emollit. Recludit itaque hominem, quem in suorum operum tenebris relinquit „ „.

S. Joannes Damascenus libro 2. Fidei orthodoxæ, cap. 29. „ „ Desertionis (*inquit*) duplex est genus: Est enim quædam desertio, quæ certo consilio, ac dispensatione, atque ad eruditionem nostram contingit. Est rursus quædam ab omnimoda desperatione proficiscens. Quæ certo consilio contingit, ea est; quæ ad ejus, qui patitur, emendationem, & salutem & gloriam, aut etiam ad alios æmulationis studio inflammandos, aut denique ad Dei gloriam existit. Omnimoda autem desertio tum demum locum habet, cum nullo salutiferi remedii genere prætermisso, stupidus tamen, & induratus, vel (ut rectius loquar) incurabilis propria animi destinatione homo [redacted]

DECLARATIO.

Data illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi a Theologo Societatis Jesu Germano Beschefer, *rectore Collegii Parisiensis offerente, Novitiatus quoque rectore præsente, ut offensioni ex Thesi publica oborta fieret satis.*

Delatis ad illustrissimum, ac reverendissimum Ecclesiæ Principem Archiepiscopum Parisiensem querelis super quadam positione mea de excæcatorum, & obduratorum peccatis, ex Thesi, quam die 14. Decembris anni 1699. propugnavi; (*) hanc mentis meæ explicationem eidem illustrissimo Præsuli summa, qua par est animi submissione obtuli, paratus deinceps, quoties occasio tulerit, quam maxima potero obsequii mei argumenta pari cum fiducia, reverentiaque exhibere; ut intelligant omnes, quantum tribuam judicio, atque auctoritati sapientissimi Antistitis, quem summo Ecclesiæ bono inter sacræ doctrinæ custodes, atque interpretes divina dispositio constituit.

Primum itaque profiteor, nunquam in ea me sententia fuisse, ut crederem eos, qui vocantur obcæcati, & indurati, non peccare amplius, vel sua illis peccata minime imputari a Deo; imo me semper tenuisse, & nunc etiam tenere, ex Scriptura, & Patribus certo constare, quod peccent, & quod peccata illis imputentur. Simul agnosco positionem meam ita generalibus verbis conceptam fuisse, ut justam hujus explicationis postulandæ causam præbuerit.

Profiteor insuper, quantumvis mihi persuasum sit obduratos nequaquam omni carere interiori gratia, quæ ad implenda præcepta sufficiant, haud propterea voluisse me ulla censura notare illos, qui nec pauci sunt, nec infimi nominis Theologi e Catholicis, quos contraria in opinione, æque in Ecclesia permissa, versari certum est; neque, cum in prædicta positione dixi errare illos, aliud a me intellectum esse, quam quod fallantur.

Cujus sententiæ meæ, pariter & singularis adversus

sus illustrissimum, ac reverendissimum Ecclesiæ Principem observantiæ, ac submissionis, ipso benigne annuente, perpetuum hoc extare monimentum volui manu mea subscriptum Parisiis tertia Aprilis anno 1700.

GERMANUS BESCHEFER.

(*) Positio de qua hic sermo est, octavo Theseos ad calcem primæ columnæ, & sic habet: Unum peccatum sæpe est pœna alterius peccati, non tamen per se, sed tantum per accidens; quatenus nempe obcæcatione punitur, & obduratione, cum Deus, prius desertus, peccatorem deserit. Tres sunt desertionis gradus. Primus gratiam uberiorem, secundus minorem aliam, tertius vero omnem omnino excludit. Peccata gravia primo, & secundo desertionis gradu in hac vita puniuntur, nulla autem puniri desertione summa, ita ut Deus opem gratiæ omnem peccatori subtrahat, magis videtur Augustini opinioni congruere, & aperte docet Auctor libri de vocatione gentium. Eorum, qui ajunt peccatores nonnullos ita deseri a Deo, ut ab interiore illius luce penitus secludantur, & priventur omni motu, non una est opinio. Alii enim errant, dum asserunt, peccatori plane obcæcato, & indurato peccata nihilominus imputari, alii tolerabilius sentiunt, dum negant.

Alias 28. quæ autem 2. erat.

EPISTOLA II.

De Christianæ Catholicæ Religionis evidentia

piis evenit; vel per medium intrinsecum, & necessarium, ut in conclusionibus. Moralis evidentia est, qua rei veritas aliquo judicio, seu testimonio agnoscitur, eoque tam veraci ac certo, ut nullam falsi suspicionem, aut legitimam dubitandi rationem cuiquam sapienti hærere sinat. Res fidei, adeoque religionis christianæ catholicæ veritas evidentiam metaphysicam non habent, quæ obscuritatem fidei necessario conjunctam excludere videtur: *Fides* enim *rerum non apparentium argumentum est*, ut loquitur Apostolus. Sed moralis evidentia proprie dicta religionis christianæ catholicæ veritati convenit; quæ scilicet ex argumentis, seu motivis credibilitatis oritur, quæ ita sanam mentem convincunt, ut nemo ad ea attendens prudenter dubitare possit, quin religio christiana catholica sola vera sit; nemo excusetur, qui hujusmodi argumentis assensum non præbeat, hisque propositis eam non amplectatur. Ea sunt autem vaticinia Prophetarum, quæ in ipsa impleta videmus, ejus oppositio falsis omnibus religionibus, & sectis hæreticis; effecta plane digna, quæ ad causam supernaturalem, & divinam referantur; convenientia cum animo hominis, quem sanandum feliciter suscipit; relatio ad Dei gloriam, cujus promotionem profitetur ejus antiquitas, & universalitas; doctrinæ, quam tradit, puritas, uniformitas, immutabilitas, propagationis modus prodigialis per prædicationem pauperum piscatorum, ferventibus in ejus professores persecutionibus atrocissimis; confirmatio per innumera miracula Christi, Apostolorum, Martyrum. Religionem his testimoniis confirmatam, non esse evidenter veram evidentia morali proprie dicta, qui dixerit, viam ad Socinianismum, & ad religionis indifferentiam aperit. Si enim non est evidens evidentia morali proprie dicta solam religionem christianam catholicam esse veram, nemo paganus, & hæreticus imprudens, & inexcusabilis censebitur, qui sibi propositis credibilitatis motivis, & explicita veritate religionis christianæ catholicæ, ac Mysteriorum ejus, illi non præbebit assen-

Heb. 11.

sum, & in secta sua pertinaciter perseverabit. Evidens certe debet esse veritas Ecclesiæ, quæ homines docet legitimum tum colendi veri Dei, tum beatitudinis æternæ consequendæ modum, secundum celebrem illam sancti Augustini sententiam, libro *Contra Epistolam Manichæi*, cap. 5. *Ego vero Evangelio non crederem, nisi me catholicæ Ecclesiæ commoveret auctoritas.*

Quam propugnamus propositionem, periculosis istis temporibus a doctrinæ laxioris hominibus impugnatam idem sanctus Doctor variis in locis con-
Psalm. 18. firmat, scilicet libro 2. *Contra literas Petiliani*, cap. 32. *In omnem terram exivit sonus eorum.* „„ Hinc fit (*inquit*) ut Ecclesia vera neminem lateat. Unde est
Matth. 5. 14. illud, quod in Evangelio ipse dicit: *Non potest civitas abscondi supra montem posita.* Ideoque in eodem psalmo connectitur: *In sole posuit tabernaculum suum*, id est, in manifestatione „ „.

Libro 2. *Contra Cresconium Donatistam*, cap. 36. „„ Extat Ecclesia cunctis clara, atque conspicua, quippe civitas, quæ abscondi non potest supra montem constituta, per quam dominatur Christus a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum ...

bet dubitationem Corpus Chriſti demonſtratum oculis, contrectatum manibus diſcipulorum. Ecce, qui reſurrexit a mortuis, utrumque oſtendit; oſtendit caput, oſtendit membra; oſtendit ſponſum, oſtendit ſponſam. Aut utrumque verum crede; aut illud in damnationem tuam non credis. Quid enim quia reſurrexit a mortuis, qui in eodem corpore reſurrexit? bene, quia cicatrices oſtendit, quia ut crucifixus eſt, ut ſepultus, ita redditus, ita demonſtratus; optime credis, audi illum loquentem, in quem credis: Prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum. Ubi? Per latas terras. Si vellem illud ego dicere jam luctans adverſus hæreticos, non illud dicerem ſic contra præſentes hæreticos, quomodo illud dixit ille contra futuros. Quid vis amplius? Remiſſio peccatorum in Chriſti nomine prædicatur. Ubi? Per omnes gentes. Unde? Incipiens ab Jeruſalem. Communica huic Eccleſiæ. Quare litigamus „ „?

Enarratione in Pſalmum 54. „ „ Quia ipſi Scripturas tractant, & noverunt bene quotidie legendo, quomodo Eccleſia catholica per totum orbem terrarum ita diffuſa eſt, ut omnino contradictio omnis vacet, nec inveniri poſſit aliquod teſtimonium pro ſchiſmate eorum, noverunt bene, ideo ad inferos viventes deſcendunt, quia malum, quod faciunt, malum eſſe noverunt. Studio enim contentionis accenſi, a ducibus ſuis malis recedere noluerunt „ „.

Et infra: „ „ Quomodo in hæreſi remanebit, ad tantam evidentiam ſanctæ Catholicæ, quam diffudit Deus per totum orbem terrarum; quam, antequam diffunderet, promiſit, prænuntiavit, ſic exhibuit, ut promiſit „ „?

Libro De vera religione, cap. 7. „ „ Tenenda nobis eſt chriſtiana religio, & ejus Eccleſiæ communicatio, quæ catholica eſt, & catholica nominatur, non ſolum a ſuis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint nolint enim ipſi quoque hæretici, & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quam catholicam vocant.

cant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam n
mine discernant, quo ab universo orbe nuncup
tur „ „.

Et cap. 9. „ „ Ea est nostris temporibus christia
religio, quam cognoscere, ac sequi securissima
certa salus est. Defendi autem adversus loquaces,
aperiri quærentibus multis modis potest; omnipote
te Deo per seipsum demonstrante, quæ vera sunt,
ad hæc intuenda, & percipienda bonas voluntates p
bonos Angelos, & quoslibet homines adjuvante.
modo autem quisque utitur; quem videt congrue
iis, cum quibus agit „ „.

Christianam igitur catholicam religionem solam
se veram evidens est evidentia morali proprie dict
longe majore, ac firmiore, quam sit evidens esse R
mam iis, qui non viderunt, sed ex aliorum dont
xat auctoritate, & testimonio didicerunt; quam
non sit evidens ea evidentia, quam Philosophi m
taphysicam vocant, quæ fidei obscuritati opponitu
& ab auctoritate prorsus independens est; qualem e
dentiam postulabant Manichæi, ut catholicam r
gionem amplecti tenerentur, & qualem promitteba

[redacted]

ne Pelagianam, aut certe Semipelagianam propugnaverint: *Facienti quod in se est ex solis viribus naturæ, Deus non denegat gratiam.* Semipelagianam certe hæresim instaurant, quibuscunque fucis hanc thesim adornent. Ex ea siquidem propositione sequitur evidenter, opera mere naturalia justos ab injustis discernere, contra illud Apostoli: *Quis enim te discernit?* 1. Cor. 4. 7.
Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sequitur gratiam dari ex operibus, adeoque non esse gratiam, contra illud Apostoli: *Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia.* Rom. 11. 5. & 6.
Sequitur, hominibus gratiam Dei dari sine gratiæ auxilio conantibus, quod a Concilio Arausicano 2. proscriptum est Canone 6.
ut Semipelagianum. „„ Si quis (*inquit*) sine gratia Dei credentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem, ut credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem, & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, resistit Apostolo dicenti: *Quid habes, quod non accepisti?* & *Gratia Dei sum id, quod sum* „„.

II. Propositionem supra dictam Theologorum quorumdam recentium S. August. principia contra Pelagianos, & Semipelagianos posita funditus evertunt; illud in primis discrimen Catholicos inter, & Pelagianos constitutum, quod catholici eam gratiam confiteri deberent, quæ non subsequitur, sed antecedit hominis voluntatem, id est, quæ non datur, quia volumus, sed quæ facit, ut velimus: Pelagiani autem, & Semipelagiani eam gratiam duntaxat agnoscerent, quæ subsequitur hominis voluntatem, & datur, quia volumus. Luce porro meridiana clarius est, gratiam facienti, quod in se est ex solis naturæ viribus collatam, subsequi hominis voluntatem, non illam antecedere. S. Augustinum audiamus Epistola 217. alias 197. ad Vitalem Carthaginensem, cap. 1. num.

num. 17. „ „ Recognoſcis me, ut puto, in iis, quæ nos ſcire dixi; non omnia, quæ ad Fidem catholicam pertinent commemorare voluiſſe, ſed ea tantum, quæ ad iſtam, quæ inter nos agitur, de Dei gratia quæſtionem; utrum præcedat hæc gratia, an ſubſequatur hominis voluntatem, hoc eſt (ut planius id eloquar) utrum ideo nobis detur, quia volumus, an per ipſam Deus etiam hoc efficiat, ut velimus „ „.

III. Eam, de qua ſcribo, Propoſitionem, ut Semipelagianam refellit S. Auguſtinus, in eadem Epiſtola perſpicue docens, non præcedere bonam hominis voluntatem, ante gratiam divinam facientis, quod in ſe eſt, ut viam Domini velit, ſed gratiam
Pſ. 36. 23. præcedere, & efficere, ut velit. *A Domino enim greſſus hominis diriguntur, & viam ejus volet.* Non dixit: „ „ Et viam ejus diſcet, aut tenebit, aut ambulabit, aut aliquid hujuſmodi, quod poſſes dicere a Domino quidem dari, ſed homini jam volenti; ut ſcilicet beneficium Dei, quo greſſus hominis dirigit, ut viam ejus diſcat, teneat, gradiatur, ſua homo voluntate præcedat, & hoc Dei donum præcedente ſua voluntate mereatur. Sed ideo dixit: *A Domino greſſus hominis*

ei prædicari gratia christiana non possit? *Quomodo* Rom. 10.
enim invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitiis, & facinoribus coopertus, ita gubernetur, ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut si detentus hic fuerit, laudabiliter hic vivat? Ubi duo isti tam diversa merita contraxerunt?... Quid hinc respondeant omnino non video, qui volentes humanis conjecturis justitiam Dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiæ, fabulas improbabiles texuerunt „„.

V. Aliquam boni, vel imperfecti cupiditatem præcedere in homine, ut gratiæ adjutorio dignus habeatur, dogma Pelagianum est; qui porro facit, quod in se est ex solis naturæ viribus, ut ei gratia certa lege conferatur, aliquam boni saltem imperfecti cupiditatem ex se habet, propter quam certa lege gratiam consequitur. Illud autem quid est, nisi gratiam secundum merita dari? S. Augustinum audiamus libro 2. *Contra duas Epistolas Pelagianorum*, cap. 8. „„ Fortassis ergo ipsi eo modo saltem servant locum gratiæ, ut sine illa putent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem; perfecti autem non facilius per illam posse, sed nisi per illam omnino non posse. Verum, & sic gratiam Dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pelagius ecclesiasticis gestis damnari timendo, damnavit. Si enim sine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum cœptum erit meritum, cui tanquam ex debito gratiæ veniat adjutorium; ac sic gratia Dei non gratis donabitur, sed secundum meritum nostrum dabitur „„.

VI. Id confirmat libro 4 cap. 6. insigni Ezechielis testimonio: *Hæc dicit Dominus Deus; Ego facio* Ezech. 36.
non propter vos, domus Israel, sed propter nomen meum sanctum, quod profanastis in gentibus, quo intrastis illuc, & sanctificabo nomen meum magnum... & aspergam super vos aquam mundam; & mundabimini ab omnibus

immunditiis veſtris, *& mundabo vos; & dabo vobis cor novum*, *& ſpiritum novum dabo vobis; & auferetur cor lapideum de carne veſtra*, *& dabo vobis cor carneum*. . . *& faciam*, *ut in juſtificationibus meis ambuletis*, *& judicia mea obſervetis*, *& faciatis*. Quem locum S. Auguſtinus contra Pelagianos ſic expendit: „ „ Quid remanſit pelli morticinæ, unde poſſit inflari, & dedignetur, quando gloriatur, in Domino gloriari? Quid ei remanſit, quando quidquid dixerit ſe feciſſe, ut eo præcedente hominis merito ab homine exorto, Deus ſubſequenter faciat, quo dignus eſt homo? reſpondebitur, reclamabitur, contradicetur. Ego facio, ſed propter nomen meum ſanctum, non propter vos ego facio? Nihil ſic evertit Pelagianos dicentes gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari. Quod quidem ipſe Pelagius, etſi non corrigendo, tamen orientales judices timendo, damnavit. Nihil ſic evertit hominum præſumptionem, dicentium: Nos facimus, ut mereamur, cum quibus faciat Deus, reſpondet vobis non Pelagius, ſed ipſe Dominus, ego facio, & non propter vos, ſed propter nomen meum

gratia Dei bonos faciens nos, hæc est misericordia ejus præveniens nos „ „. Hinc doctrinæ, quæ catholicæ fidei est, nihil magis adversatur ista propositione: *Facienti quod in se est ex solis naturæ viribus, Deus dat gratiam.*

VII. Altero S. August. principio error ille destruitur. Cum enim ratio quæritur, cur Deus non omnes doceat, ac vocet; ad altitudinem, & incomprehensibilitatem judiciorum Dei cum Apostolo S. Doctor confugit, lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 8. „ „ Cur ergo (*inquit*) non omnes docet, ut veniant ad Christum, nisi quia omnes, quos docet, misericordia docet, quos autem non docet, judicio non docet, quoniam cujus vult miseretur, & quem vult obdurat; sed miseretur bona tribuens, obdurat digna retribuens. *Et lib. De Dono perseverantiæ, cap.* 8. Ex duobus ætate jam grandibus impiis cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur; ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, inscrutabilia sunt judicia Dei „ „. At si facienti, quod in se est solis naturæ viribus, certa lege daretur gratia, hanc rationem facile S. August. reddidisset: Hunc Deus docet; & ita vocat, ut vocantem sequatur, quia solis naturæ viribus facit, quod in se est.

SS. Prosperi, & Fulgentii selecta ipse addes loca, in quibus contra Semipelagianos demonstrant, boni operis initium ex nobis non esse, Deumque nostram prævenire gratia sua voluntatem inspirando, excitando, adjuvando, non expectare conatus nostros, qui sine gratia nulli ad fidem, ad conversionem, ad bona opera esse possunt.

Nec vero famosæ propositioni ullum accedit præsidium ex S. August. sententia lib. 19. *De Civ. Dei*, cap. 13. modo sancti Doctoris textus sincerus, minimeque interpolatus proferatur, nec verbum, *scilicet* in conjunctionem, & mala fide mutetur ad adulterandam veritatem (quod a disputatore quodam, cujus impræsentiarum parco nomini, in celebri Congregatione *De auxiliis divinæ gratiæ*, coram Clemente

VIII. Pontifice maximo infauſto exitu factum eruditi norunt.) S. enim Auguſtinus, poſtquam bona temporalia, quæ Deus cunctis largitur hominibus, enumeraſſet, continue ſubdit; quod ea donet „ „ Et pacto æquiſſimo, ut qui mortalis talibus bonis paci mortalium accomodatis recte uſus fuerit, accipiat ampliora, atque meliora, ipſam ſcilicet immortalitatis pacem, eique convenientem gloriam, & honorem in vita æterna „ „.

His enim verbis nihil aliud ſignificat S. Auguſtinus, quam Deum in promiſſis ſuis fidelem, illo veluti pacto æquiſſimo, immortalitatis pacem, ſeu gloriam ſempiternam illis donare, qui, divina operante gratia, bonis temporalibus recte utantur. Deum, inquam, bonorum temporalium rectum uſum, qui ſine gratiæ prævenientis, & efficaciſſima virtute operantis auxilio rectus eſſe non poteſt, quia ſine ipſa nihil eſt validum, nihil ſanctum, amplioribus, atque melioribus bonis, ſcilicet immortalitatis pace, & gloria æterna munerare. Unde capite ſequenti ſubdit S. Doctor; „ „ Ad hoc enim velle debet, *homo*, nec dolore moleſtari, nec deſiderio perturbari, nec morte diſſolvi, [redacted]

Patre obtinuisse, & cum Patre pactum inivisse, ut ipsius gratia jam non sit gratia, sed naturæ conatibus, & operibus debita.

Deus quidem gratiam sanctificantem adultis hominibus imparatis non confert; nec actuales gratias secundas, & ulteriores, nisi illis, qui primis fideliter respondent, atque cooperantur; nec ita voluntates nostras prævenit, ut nihil agant; sed omnis dispositio ad gratiam, omnis liberi arbitrii conatus, & cooperatio, a gratia est, quæ prius agit in nobis sine nobis, ut subsequente consensu nostro, bonum, quod agimus, agat nobiscum. Atque in eo fidei dogmate S. Augustinus consentientem habet S. Joannem Chrysostomum, quamvis inter concionandum videatur interdum plusculum tribuere libero arbitrio, nullam ut excusationem auditoribus suis suppetere ostendat. Nondum scilicet litigantibus Pelagianis securius loquebatur; & ex adverso instantibus Manichæis, qui liberum arbitrium negabant, aut gentilibus, qui fatum admittebant, antiquiores Patres ita prædicabant liberum arbitrium, ut gratiæ derogare interdum viderentur; quemadmodum S. Augustinus observavit. Unum habes S. Joannis Chrysostomi locum, ex quo plane intelliges, hanc ejus fixam fuisse, & immobilem sententiam; nos, quidquid boni habemus, & operamur, ex prævenientis, vocantis, & semper incipientis gratiæ dono habere, & operari. Sic loquitur Hom. 12. in Epist. 1. ad Corinthios 4. „ Acceptum habes (*inquit*) non hoc, aut illud, sed omnia, quæ habes. Non enim tua sunt hæc recte facta, sed Dei gratiæ. Etiamsi fidem dicas, ea extitit ex vocatione. Et si dicas remissionem peccatorum, si dona, ac charismata, si edocendi rationem, omnia inde accepisti. Quid ergo habes (inquit) quod non habes acceptum? At ipse ex te ipso recte egisti? Non potes hoc dicere, sed accepisti; & propterea te effers, & tibi places? Propter idipsum vero oportebat te intra fines modestiæ continere. Non enim tuum est, quod datum est, sed ejus, qui de-

dedit. Si enim accepiſti, ab illo accepiſti. Si autem non tuum accepiſti, quid magnifice, ac præclare de te ſentis tanquam habens tuum? Et ideo ſubjunxit: *Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis* „ „? Alia ut congeram S. Joannis Chryſoſtomi loca, Epiſtolæ ratio non patitur. Vale, vir religioſe, meique ad ſanctum Altare memineris.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA IV.

Alias 45. quæ autem 4. erat, nunc 9.

De inſtitutione, & probatione Gentilium, antequam ad Baptiſmum admittantur.

VENERABILI PATRI *** MISSIONARIO APOSTOLICO.

Quod tanto locorum intervallo a nobis diſſitus, mei adhuc memineris, & intimo in pectore me geras (ut ſuaviſſimarum literarum tuarum verbis utar) & maximo ſolatio mihi eſt, & ad gratias charitati tuæ habendas non mediocre incitamentum. In Domino gratulor, quod miniſterio tuo, & evangelicis laboribus benedicens, non paucos Gentiles ad

rudiores; & obtusioris, tardiorisque ingenii servi, & qui spe temporalis alicujus commodi Christianos se fieri velle significant; necnon illi, qui levis, & inconstantis animi signa dederint. Nec etiam ad Baptismum admittendi sunt adulti, quamvis in fide satis instituti, illum ardentissime desiderent, ac petant, nisi ante ex bona eorum conversatione exploratum sit, eos pristinis vitiis renuntiasse, vitamque priorem sincere emendasse.

Hæc agendi ratio veteri disciplinæ convenit, quam in Ecclesiis apud Sinas, Tunchinenses, Cochinchinenses, Japonios, aliasque nationes nascentibus observari, quam præclarum esset! Varii erant ordines, variæ classes Catechumenorum. Prima *Audientium*, altera *Orantium*, seu *genuflectentium*, tertia *Electorum*, & *Competentium*. Primi doctrinam fidei, seu Catecheses, Scripturarum lectionem, & sermones Episcopi audiebant, quibus finitis ab Ecclesia exibant. *Genuflectentes* variis orationibus, exorcismis, & manuum impositione præparabantur. *Electi*, seu destinati ad Baptismum proximo Paschatis, vel Pentecostes tempore suscipiendum nomen dabant, & abstinentia vini, carnium, atque continentia expiabantur, & exercebantur, & regenerationis gratiam ardentissimis votis petebant, propterea *Competentes* appellati. Diebus ante Baptismum quadraginta nomen dabant. Hoc temporis intervallo tradebatur illis Symbolum, quod memoriæ commendare tenebantur, & ante Baptismi susceptionem reddere, id est publice, ac solemniter recitare, fidemque profiteri. Hanc (ut nosti) disciplinam indigitant Concilii Nicæni Canon decimusquartus, Neocæsariensis Canon quintus, Carthaginensis quarti octogesimus quintus, Siricius Pontifex maximus in Epistola ad Himerium Tarraconensem Episcopum, S. Augustinus in Tractatu de Symbolo ad Catechumenos, libro de Fide, & operibus libro 8. Confession. cap. 2. lib. 1. Retractationum cap. 17. & Sermone 58 & 59. ultimæ Edit. PP. Benedictinorum Congreg. S. Mauri. S. Isidorus Hispalensis libro 2. De ec-

eccleſiaſticis officiis, cap. 21. Ordo romanus, Scriptores omnes eccleſiaſtici, qui de Sacramentorum ritibus egerunt.

Ad Baptiſmum non eſſe admittendos adultos, priuſquam vitam mutaverint, & peccatis renuntiaverint; aut priuſquam edocti fuerint, quid ad bonam vitam, moreſque pertineat, ſanctus Auguſtinus diſerte docet libro de Fide, & Operibus cap ſexto. „„ Hac ego (*inquit*) ſecundum ſanam doctrinam moderatione ſervata, videamus, unde agitur, id eſt, utrum ad percipiendum Baptiſmum ſic admittendi ſint homines, ut nulla ibi vigilet diligentia, ne ſanctum canibus detur; uſque adeo ut nec apertiſſimi adulterii perpetratores, & ejus perſeverantiæ profeſſores a Sacramento tantæ ſanctitatis videantur arcendi; quo ſine dubio non admitterentur, ſi per ipſos dies, quibus eamdem gratiam percepturi, ſuis nominibus datis, abſtinentia, jejuniis, exorciſmiſque purgantur, cum ſuis legitimis, & veris uxoribus ſe concubituros profiterentur, atque hujus rei, quamvis alio tempore licitæ, paucis ipſis ſolemnibus diebus nullam continentiam ſervaturos. Quomodo ergo ad illa ſancta re-

atque ob hoc competentes etiam vocaremur ; vel non intueamur alios, qui per annos singulos ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus, quibus catechizantur, exorcizantur, scrutantur, quanta vigilantia conveniant, quo studio ferveant, qua cura pendeant ? Si tunc tempus non est discendi, quæ vita congruat tanto, quod accipere desiderant, Sacramento, quando erit ? An vero cum acceperint, in tantis criminibus permanentes etiam post Baptismum non novi homines, sed rei veteres ? Ut videlicet perversitate miserabili prius eis dicatur, induite hominem novum, & cum induti fuerint, postea dicatur, exuite veterem, cum Apostolus sanum ordinem tenens, dicat : *Exuite veterem, & induite novum*, & ipse Dominus clamet : *Nemo assuit pannum novum vestimento veteri, & nemo mittit vinum novum in utres veteres.* Quid autem aliud agit totum tempus, quo Catechumenorum locum, & nomen tenent, nisi ut audiant, quæ fides, & qualis vita debeat esse Christiani ; ut cum seipsos probaverint, tunc de mensa Domini manducent, & de calice bibant ? Quoniam qui manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit. Quod autem fit per omne tempus, quo in Ecclesia salubriter constitutum est, ut ad nomen Christi accedentes Catechumenorum gradus excipiat ; hoc multo diligentius, & instantius his diebus, quibus competentes vocantur, cum ad percipiendum Baptismum sua nomina jam dederint „. A sancta illa disciplina procul recedunt, & Christi spiritum Ecclesiam dirigentem non audiunt illi, de quibus scribis, Missionarii, qui obvios quosvis, qui recipiendi Baptismi voluntatem præ se ferunt, una, aut altera instructione prævia, minime probatos, sacro Baptismate initiant. Vale, venerabilis Pater, & Confrater, meque sanctarum orationum tuarum, ac laborum Apostolicorum fac participem.

Colos. 3.
Matth. 9. 16. & 17.
1. Cor. 11.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA V.

Alias 46. quæ autem 5. erat, nunc. 5.

Sumptio Tabaci ante sacram Communionem est illicita: Clericis, & laicis in Ecclesia ob irreverentiam prohiberi sub gravibus pœnis jure merito potest.

CLARISSIMO VIRO *** ECCLESIÆ *** ARCHIDIACONO.

Sacerdotes nonnullos te reperisse scribis, dum Parochiarum Archidiaconatus tui visitationem obires, qui tabacum ante Missæ celebrationem quotidie sumere non dubitant. Sententiam rogas meam, id ne dissimulare possis? Certus sum te jam apud te statuisse, id sub pœna suspensionis prohibere tum ob periculum violandi præcepti de sacra Communione a jejunis sumenda, tum propter gravem indecentiam. Ne violetur præceptum communicaturis naturale jejunium, sumptione tabaci, periculum est, si quid illius sive folii, sive pulveris in os intret, ac in stomachum forte trajiciatur; cum medicina sit, quamvis in pluribus noxia, & ob immodicum, & intemperantem usum plurimorum interfectrix, ut medici doctissimi probant. Et ut nullum hujusmodi periculum subesset; indecentia certe sufficiens est ratio pro-

cano, & Capitulo Hiſpalenſis Eccleſiæ ſupplicantibus. Bullarii Conſtitutione, quæ incipit, *Cum Eccleſiæ.* „ „ Nos Rom. tom. (*inquit*) ut abuſus tam ſcandaloſus ab Eccleſiis hujuſ- 4. pag. 227. modi prorſus eliminetur, pro paſtorali noſtra ſolicitudine providere volentes... omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus perſonis, tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis, etiam cujuſvis ordinis, inſtituti, ac militiarum, etiam hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, Regularibus quomodolibet qualificatis, & quantumlibet privilegiatis, & exemptis, etiam ſpeciali nota, & expreſſione digni, ne de cætero, in quibuſvis civitatis, & dioeceſis prædictarum Eccleſiis, earumque atriis, & ambitu tabacum, ſive ſolidum, ſive in fruſta conciſum, aut in pulverem redactum, ore, vel naribus, aut fumo per tubulos, & alias quomodolibet ſumere audeant, vel præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo abſque aliqua declaratione per contrafacientes incurrendæ pœna auctoritate apoſtolica tenore præſentium, interdicimus, & prohibemus „ „. His regulis fretus, Presbyteris omnibus, & Clericis Archidiaconatus tui, prohibere ſub gravibus pœnis potes, ne tabacum ante Miſſæ celebrationem, & ſacram Communionem, aut alias in Eccleſia quovis modo ſumant. Vale, vir clariſſime, meque tui obſervantiſſimum dilige.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA VI.

Chriſtus duobus diſcipulis euntibus in Emaus Eucharistiam non porrexit. Jejunium Sabbato vigiliæ Pentecoſtes univerſim indictum fidelibus non fuit ex Eccleſiæ præcepto ante 12. ſeculum. Alias 34. quæ autem 6. erat, nunc 11.

CLARISSIMO VIRO***

Literis humaniſſimis nuper ad me datis duplicem mihi proponebas quæſtionem, & de utraque ſententiam rogabas meam, ut perſpectum habeas, num tuæ congruat, an doctorum aliorum virorum, quos inter, ac te ipſum in familiari collatione diſceptata

est, opinioni. Prima est de pane, in cujus fractione Dominus Jesus agnitus est a duobus discipulis euntibus in Emaus, de quo scriptum est Lucæ 24. *Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum.* Et infra: *Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via, & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.* Communem quidem opinionem esse ais, quod Christus panem tunc consecraverit, & in corpus suum transmutaverit; indeque argumentum sumi ad Communionem Eucharistiæ sub una specie adstruendam; verumtamen quæris, utrum certum, exploratumque sit, panem a Christo in hospitio fractum, & duobus discipulis datum, corpus ejus fuisse? Altera quæstio est de jejunio Vigiliæ Pentecostes, utrum adeo antiqua sit illius institutio, ac observantia, ac vulgo existimatur, scilicet a quarto seculo, & S. Ambrosii ætate?

Ad primam quæstionem respondeo, certum, & exploratum non esse, quod panis a Christo datus duobus discipulis euntibus Emaus, corpus ejus fuerit, & Eucharistiæ Sacramentum; varias esse ea de re catholicorum Interpretum, & Theologorum sen-

quod ſcilicet ſumentibus ſacrum panem aperiuntur oculi, ut eum agnoſcant; magnam enim, & ineffabilem vim habet Domini Caro „ „.

Neque certo conſtat, quænam fuerit ea de re S. Hieronymi ſententia, ex eo, quod loca ſancta oratorio ſtylo deſcribens in Epitaphio Paulæ ait: „ „ Repetitoque itinere Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophæ domum in Eccleſiam dedicavit „ „. Non enim ſignificat S. Hieronymus, Chriſtum Euchariſtiæ conſecratione Cleophæ domum in Eccleſiam veluti dedicaſſe, ſed Paulam curaviſſe, ut Cleophæ domus in Eccleſiam dedicaretur, ſive ibi extruxiſſe ſumptibus ſuis Eccleſiam, in honorem Chriſti, & in memoriam apparitionis illius poſt Reſurrectionem duobus diſcipulis factæ ſub peregrini ſpecie.

Chriſtum Dominum duobus illis diſcipulis Euchariſtiam non porrexiſſe, cenſet Cornelius Janſenius Gandavenſis Epiſcopus, Commentario in concordiam evangelicam, cap. 164. „ „ Sunt quidam (*inquit*) qui exiſtimant Dominum hic jam diſcipulis his duobus ſub ſpecie panis ſuum porrexiſſe Corpus, quemadmodum Apoſtolis in ultima Cœna, cum Euchariſtiam inſtitueret; atque hinc certum deſumunt argumentum, quo oſtendant, licere Euchariſtiæ Sacramentum ſub una tantum ſpecie ſuſcipi, & tradi. At quamquam ea ſententia non eſt certa, imo nec multum veriſimilis, tamen ut omnia Chriſti facta myſticum aliquid continebant, & abſtruſum, ita hæc Chriſti actio proculdubio aliquid ſacri ſignificabat. Nihil autem convenientius intelligi poteſt ſignificaſſe, quam ſacri ejus corporis diſpenſationem, quam ſub ſpecie panis, ſimili qua modo uſus eſt actione, Apoſtolis paulo ante commendaverat; quam & in multiplicatione panum ſimili actione olim ſuis myſtice commendavit. Itaque effectu hic ſubſecuto commendare fidelibus Dominus voluit vim Euchariſtiæ digne ſuſceptæ, nempe quod per eam oculi illuminantur ad cognitionem Jeſu „ „.

Et infra: „„ Quamquam autem probabilius esse putemus Christum hoc modo suis non impertivisse Eucharistiam, quia discipuli, qui dicuntur simpliciter in fractione panis Dominum agnovisse, non interfuerunt ultimæ Cœnæ, ut illa singularis fractio, quæ instituta erat in ultima Cœna, non potuerit his discipulis esse cognita; tamen etsi non omnino efficax, probabile saltem hinc sumitur argumentum, quo defendatur receptus jam Ecclesiæ usus communicandi Laicis Sacramentum Eucharistiæ sub una specie „ „.

Eadem est Estii sententia in annotationibus ad cap. 24. S. Lucæ, ad illa verba, vers. 30. *Et benedixit, ac fregit*. Observat scilicet hanc benedictionem fuisse invocationem Dei super panem, quo modo fideles sumpturi cibum prius benedicunt eum, id est, super eum beneficentiam Dei invocant: „„ Benedixit itaque non ad effectum consecrationis, sed quo modo juxta Paulum dicentem; *Sanctificatur per verbum Dei, & orationem*, Fideles benedicunt; quomodo verisimile est, ipsum solere benedicere, quoties cum discipulis cibum sumeret. Unde ex vocabulo (*benedixit*) nullum sumitur argumentum pro consecratione Cor-

[redacted]

Distinctione 76. cap. 9. „„ Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, qua sanctum Pascha curavimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, jejunavimus Sabbato, vigilias celebravimus, orationibus pernoctantes institimus „„. Hunc enim sermonem sancti Ambrosii non esse constat, nec auctoris adeo antiqui, & sequentis sermonis auctor, qui sancto Ambrosio æque suppositus est; & sub ejus nomine nihilominus refertur eadem Distinctione cap. 8. quinquaginta dies a Pascha ad Pentecostem, quorum ultimus est dies Sabbati, a jejuniis immunes esse asserit instar Dominicæ. „„ Per hos quinquaginta dies (*inquit*) nobis est jugis, & continuata festivitas, ita ut hoc omni tempore, neque ad observandum inducamus jejunia, neque ad exorandum Deum genibus succidamus.. Instar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies velut Dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est „„.

Ejusdem disciplinæ, scilicet immunitatis a jejunio per quinquaginta dies continuos a Paschate ad Pentecostem, testes sunt S. Hieronymus in Epistola ad Lucinium Bæticum, S. Augustinus in Epistola ad Casulanum, S. Leo in Sermonibus 1. 2. & 4. de jejunio Pentecostes, Cassianus Collatione 21. cap. 11. & 19. & S. Isidorus Hispalensis libro *De officiis ecclesiasticis*, cap. 42. eamdemque disciplinam, & consuetudinem Ecclesiæ antiquissimam esse constat ex Tertulliano libro *De Corona* cap. 3. „ Die Dominico „ (*inquit*) jejunium nefas ducimus, vel de geniculis „ adorare. Eadem immunitate a die Paschæ in Pen„ tecostem usque gaudemus „„.

S. Leo Sermone 4. de jejunio Pentecostes: „„ Ad hanc (*inquit*) nos utilitatem præsens tempus invitat, ut a Resurrectione Domini usque ad adventum Spiritus sancti quinquaginta diebus emensis, quos in lætitia præcipuæ festivitatis exegimus, ad jejuniorum remedia recurramus. *Et Serm.* 2. Inter cætera Dei munera jejuniorum quoque gratiam, quæ festivitatem

(*Pentecoſtes*) indiviſa ſubſequitur, tunc fuiſſe donatam, *prædicat* „ „.

Undecimo ineunte ſeculo Italiæ, & Galliæ Epiſcopi Concilia celebrarunt, in quibus inter alia diſciplinæ capita, de jejuniis ſpontaneis fidelium plurimorum inter Aſcenſionem, & Pentecoſten actum eſt, ac decretum: „ Ut ne per imperium Sacerdotum fie- „ rent, excepto Sabbato Pentecoſtes, & a quibus „ fieri vellent, ne prohiberentur fieri „. Ita refert Glaber libro 3. cap. 3. Tunc ergo non ſolum ſpontanea Fidelium plurimorum pietate, ſed Epiſcoporum etiam quorumdam mandato, jejunium Sabbato Pentecoſtes obſervabatur.

Univerſim tamen ſacra illa obſervantia in omnibus Eccleſiis inſtituta non fuit niſi poſt S. Thomæ Aquinatis ætatem. Salegunſtadienſe enim Concilium, quod anno vigeſimo ſecundo ſupra milleſimum in Germania celebratum eſt, cap. ſecundo ſtatuit, ut ſi jejunium quatuor Temporum Junii in Vigiliam Pentecoſtes inciderit, eo die non celebretur, ſed in ipſam hebdomadam ſolemnem Pentecoſtes transferatur.

Denique S. Thomas diſertis verbis teſtatur jejunium [redacted]

EPISTOLA VII.

Improbatur pii Sacerdotis devotio, qui ſingulis diebus Miſſam de Roſario beatæ Virginis celebrat. *Alias 5: quæ autem 7. erat, nunc 12.*

RELIGIOSO VIRO *** COENOBII *** PRIORI.

Miror vehementer, quod P. *** Nicolaus, quem in opinione ſanctitatis vivere ſcribis, ex eo laudes captet, quod ſingulis diebus Miſſam de Roſario beatæ Virginis Mariæ celebret. Pium virum laudaverim una tecum, quod Deiparæ Virgini ſub Roſarii titulo ſit devotiſſimus; quod nullus ipſi prætereat dies, quo Roſarium non recitet, quod ſingularem illum modum colendi beatam Virginem animarum ſaluti utiliſſimum ac fructuoſiſſimum propagare zelo incredibili nitatur; ſed heteroclitæ (ut ſincere loquar) devotionis, imo ſuperſtitionis genus mihi videtur ſingulis diebus Miſſam de Roſario celebrare, quodcunque feſtum occurrat. Propter Miſſam enim votivam, Miſſam de tempore vel de Sancto, cujus officium celebratur, dimittendam non eſſe conſtat ex cap. *Quidam*, Ext. *De celebratione Miſſarum*, quod ex Concilio Salegunſtadienſi deſumptum eſt. „ „ Quidam (*inquit*) Laicorum habent in conſuetudine, ut per ſingulos dies audiant Evangelium; *In principio erat verbum*, & Miſſas peculiares, hoc eſt de ſancta Trinitate, & de ſancto Michaele; & ideo ſancitum eſt, ut ulterius hoc non fiat, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis velit propter reverentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia devotione audire. Sed ſi voluerint, ut ſibi Miſſæ cantentur, de eodem die Miſſas audiant pro ſalute vivorum, & etiam defunctorum „ „.

Et Concilium Colonienſe I. anno 1536. p. 2. cap. 16. „ „ Mos (*inquit*) inolevit non admodum improbandus, ut diebus Dominicis toto ferme anno officium Miſſæ vel de ſacroſancta Trinitate, vel de Spiritu ſancto dicatur. Nobis ſatius videtur, ut quæ priſca Eccleſia ſingulis Dominicis peculiaria fecit, ob-

serventur. Quod si illorum loco alia usurpanda erunt, videbitur, quod de Resurrectione *Domini* est, diei Dominico magis convenire, quod dies illa potissimum Resurrectioni dedicata sit. Neque ignoramus, non absque causa in Concilio Triburiensi constitutum, ne propter Missas peculiares, Missa, quam de Feria vocamus, prætermittatur „ „.

Et Ecclesiæ certe disciplina est, ut Missa congruat officio diei, quamvis privatas Missas votivas certis diebus interdum celebrari probet ex devotione, aut pro variis vivorum Fidelium necessitatibus, aut pro Defunctis. Diebus certe Dominicis & festis duplicibus illas celebrari vetat, nisi pro præsenti Defuncto, ut Missalis romani Rubricis & sacræ Congregationis rituum Decreto præscriptum est.

Contrarium usum reprehensione & emendatione dignum S. Antoninus judicat 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 1. „ „ Reprehensibile utique multum videtur (*inquit*) etsi non damnabile, dimittere proprias occurrentes propter Missas Defunctorum, vel alias ad instantiam laicorum sine causa multum urgente. Docendus est

quatenus nullum in vos negligentiæ torporem obrepere permittatis, quominus & pro anniversariis Defunctorum & pro Festo & Feria, secundum temporum congruentiam, Missarum solemnia conventualiter celebretis „ „. Quamobrem in Cathedralibus, collegiatis & conventualibus Ecclesiis regulariter cani debet Missa cum officio conveniens. Si vero in eisdem Ecclesiis contingat anniversarium, vel dies depositionis Defuncti, cani debent duæ Missæ, una scilicet pro Defunctis, & alia de Feria, vel de Festo, si sit festus dies. Ita enim rubricis Missalis romani, & Decreto sacræ Congregationis rituum sancitum est.

Hinc cum Canonici cathedralis Ecclesiæ Sarnensis ex conventione cum Episcopo a nonaginta annis inita consuevissent singulis hebdomadis tres Missas canere, scilicet Feria secunda pro Defunctis, Feria quarta de Angelis, & Feria sexta de sancta Cruce, Episcopus successor eos nihilominus ad canendum quotidie Missam conventualem compellebat. Sed cum Ecclesia extra habitationes, & in loco insalubri sita esset, & in ea vix decem extarent Canonici, quorum sæpe aliquis ægrotabat, præterquam quod curam habebant animarum; idcirco benigne secum agi supplicarunt, ut ad Missam conventualem canendam nonnisi diebus Festis tenerentur. Sacra vero Congregatio Concilii censuit, quod petebatur, non esse concedendum.

Hæc a me per excursum observata, ut abusum perstringerem, qui in nonnullis Ecclesiis Collegiatis vel conventualibus irrepsit, ut propria Missa conventualis Festi vel Feriæ currentis non canatur, quoties Missa de anniversario, vel alia pro Defunctis cantanda est, ut Fidelium voto satisfiat, qui eleemosynam in eum finem conferunt.

Sed, ut redeat ad id, unde digressa est oratio, auctor tibi sum, ut pium illum Sacerdotem N. corrigas, qui diebus singulis Missam de sancto Rosario celebrat, illumque de Sancto, cujus festus dies celebratur, & de quo fit officium, vel de Dominica aut Feria, si nullum Festum occurrat, celebrare jubeas; id

unum indulgens ejus devotioni, ut beatæ Virginis Mariæ de Roſario commemorationem faciat iis diebus, quibus plures in Miſſa commemorationes fieri Rubricæ permittunt, per orationem: *Deus cujus Unigenitus*; non per eam, quæ incipit; *Omnipotens ſempiterne Deus*, in qua beatæ Virginis merita Chriſti meritis quaſi coæquari videntur his verbis, *Ut amborum meritis*, &c. quæ propterea viris dignitate, doctrina, pietate in Eccleſia ſpectatiſſimis omittenda videtur. Vale.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA VIII.

28. *Adultis, qui Symbolum Apoſtolorum, & orationem Do-*
tem *minicam neſciunt, differenda, vel neganda eſt abſolu-*
3. *tio Sacramentalis.*

AMANTISSIMO FRATRI ***

Admittendos ad Sacramenta non eſſe adultæ ætatis homines, qui Symbolum Apoſtolorum, & orationem Dominicam vulgari ſaltem, & vernacula lingua diſcere neglexerunt, ſatis intelligis ex *Theologiæ* noſtræ *Dogmaticæ*, & *Moralis* libro 4. cap. 3. art. 8. Regula 8. & libro 2. cap. 7. art. 3. Regula 6. quæ Concilii Forojulienſis anno 791. celebrati Decreto confirmantur. „ „ Symbolum vero, & orationem Dominicam (*inquit*) omnis Chriſtianus memoriter ſciat, omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio; maſculi, feminæ,

discant, & orationem Dominicam, aut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat „ „. Vale, & divinam misericordiam pro me implora.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA IX.

Peccati lethalis affectus sola charitate saltem inchoata, excluditur.

Alias 4. quæ autem 9 erat, nunc 33.

CLARISSIMO VIRO ***

Oscitantiam suam prodit Scriptor Anonymus in libello, cui titulus est: *Scrupuli positi illustrissimo Domino Archiepiscopo Rothomagensi contra Theologiam Dogmaticam, & Moralem P. Alexandri*; cum hanc propositionem Lutheranam dicere non veretur: *Peccati lethalis affectus sola charitate saltem inchoata, excluditur, & consumitur*; statum Theologicæ quæstionis sane non advertit. „„ Contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam, vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, *credimus*, *ac docemus* non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, qua pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine Sacramento pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit „ „. Hanc Ecclesiæ fidem, ac doctrinam in Concilio Tridentino declaratam, & firmatam, in Tractatu de pœnitentia tradidi, explicui, propugnavi. Quamobrem mirum nemini non erit Anonymum scribere, me in Lutheri errorem circa metum pœnarum impegisse.

Tom. 8. Theolog. Dogmat. & Moral. c. 5 art. 4 Reg. 9.

Tom. 4. Theol. c. 4. art. 3. Proposit. 5.

Verum cum attritio peccatorem ad gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam non disponat, nisi vera sit, ac sincera, & peccandi voluntatem excludat

cum

cum ſpe veniæ, certiſſimum eſt, attritionem ſervilem non ſemper excludere pravam illam voluntatem, nec affectum peccandi penitus deſtruere. Unde Theologi Doctores cenſent, ac propugnant attritionem non ſufficere ad juſtificationem peccatoris, etiam in Sacramento pœnitentiæ, niſi amorem Dei ſaltem inchoatum includat, vel adjunctum habeat. Hanc doctrinam in ſacra Scriptura, & traditione fundatam demonſtravi loco mox citato Theologiæ noſtræ, propoſitione 7. Huic ſententiæ omnino favere Tridentinum Concilium; ſuffragatores habere Theologos numero, ſanctitate, & eruditione ſpectatiſſimos, SS. Thomam, Raymundum, Antoninum, Bernardinum Senenſem, Thomam de Villanova, Franciſcum Saleſium, venerabilem ſpiritualis vitæ magiſtrum Ludovicum Granatenſem, quorum teſtimonia protuli.

His addendi Dominicus Soto Concil. Tridentini Theologus, ordinis Prædicatorum, in quartum *Sententiarum*, diſt. 6. quæſt. 1. art. 7. & lib. 2. *De Natura, & Gratia*, cap. 15. Andreas Vega ordinis Minorum Theologus libro 6. *De Juſtificatione*, cap. 28.

Coloniensis 1661. Estius in *Quartum Sententiarum* dist. 16. § 9. Sylvius *in 3. partem S. Thomæ*. Ad quæstionem 1. Supplementi art. 3. Christianus Lupus, & Franciscus Fervaques Augustiniani Theologi in Dissertationibus, & Opusculis de hoc argumento editis; & Theologica facultas Lovaniensis, quæ a Curatis Gadavensibus rogata, ut suum de hoc articulo judicium ferret: „ „ Attritionem, quæ ex solo gehennæ, aut pœnarum a Deo infligendarum metu concipitur sine interventu alicujus saltem imperfecti amoris benevolentiæ erga Deum, non sufficere ad justificationis gratiam in Sacramento impetrandam „ „ unanimi consensu censuit, ac respondit die ultima Maii anno 1662. „ „ Doctrinam dicti articuli esse sanam, securam, veram, nulli reprehensioni obnoxiam, & merito fidelibus esse prædicandam, & inculcandam „ „.

Hanc doctrinam in suis Diœcesibus doceri, & prædicari jusserunt plurimi Præsules religione, & eruditione conspicui, ut ex eorum statutis, ritualibus, Catechismis, & instructionibus pastoralibus compertum est. Legi possunt ea de re Enchiridion Coloniense ab Hermanno Archiepiscopo, & Electore Coloniensi anno 1536. editum, Moguntina ad pietatem christianam institutio ex Decreto synodi edita anno 1549. Catechismus catholicus Frederici a Nausea Viennensis Episcopi libro 3. cap. 47. Parochiale Leodiense editum anno 1592. auctoritate reverendissimi Ernesti Leodiensis Episcopi, tit. *De Pœnitentia*; Mandatum reverendissimi Jacobi Boonen Meclinіensis Archiepiscopi die 26. Martii 1637. datum Bruxellis, Synodus Namurcensis anni 1659. tit. 5. *De Sacramento pœnitentiæ*, cap. 21. Synodi Senonensis 1645. & 1658. Ejusdem Ecclesiæ Catechismus anno 1669. editus; Rituale provinciæ Rhemensis auctoritate illustrissimi Archipræsulis Caroli Mauritii *le Tellier* editum anno 1676. *De Sacramento pœnitentiæ*, tit. *De Contritione*; Tornacensis Ecclesiæ Catechismus eodem anno editus; Catechismus Rupellensis, & Lucionensis Ecclesiarum p. 6. art. 3. lect. 8. Theologia Moralis Diœcesis

cesis Gratianopolitanæ a D. Genet, Vasionensi postmodum Episcopo edita, ab eminentissimo Cardinale Stephano *le Camus* Gratianopolitano Episcopo approbata, & adoptata; liber egregius reverendissimi Joannis Castoriensis Episcopi per Belgium Fœderatum Vicarii Apostolici, inscriptus, *Amor pænitens*; instructio pastoralis illustrissimi D. Jacobi Nicolai Colbert Archiepiscopi Rothomagensis data die 20. Martii 1697. occasione erronei, damnandique libelli in ejus Diœcesi disseminati, cui titulus erat, *Difficulté à Monseigneur, l'Archevèque de Rouen*, &c. Doctrinam, quam tot, ac tanti Præsules, & Doctores, quam sanctissimi viri propugnarunt, & propugnant, quæ in verbo Dei, & traditione fundata est, cui Tridentina Synodus favet, Lutheranam dicere, temerarium quis non judicabit? Dixerit forte quis Anonymo tam parum sobria scribenti, quod S. Augustinus Juliano Pelagiano Manichæismum objicienti olim reponebat:

S. August. lib. 1. contra Julianum cap. 4. „ „ Cernis nempe, cum quibus tua maledicta sustineam, cernis, cum quibus mihi sit causa communis, quam nulla consideratione sobria pulsare calumniis, & expugnare conaris? Cernis, quam tibi per-

giat, qui sententiam asserentem *Peccati lethalis affectum sola charitate, saltem inchoata, excludi, & consumi*, Lutheranum errorem appellare non dubitat.

» Instat ille; Deum spe non minus quam charitate
» diligimus, cum hoc tamen discrimine, quod spe il-
» lum diligamus amore concupiscentiæ, ut summum,
» beatificum bonum nostrum, charitate vero in
» eum feramur amore benevolentiæ, velut in
» summum bonum absolute, Ensque infinite per-
» fectum. Cum igitur P. Alexander peccati lethalis
» affectum sola charitate saltem inchoata excludi asse-
» rit, negat consequenter amorem Dei, ut summæ
» beatitudinis nostræ, destruere posse peccati lethalis
» affectum; adoque peccatorem, quo majori conatu
» salutem suam desiderat, eo magis hypocritam esse
» censet, qui Luthérano pejor error est.

Ne insulsum, & absonum Anonymi ratiocinium! Ignorat ille doctrinæ christianæ elementa, quæ vel pueris impune ignorare non licet. Si enim a puero quæratur in Catechesi: *Qua virtute Deum diligimus?* optime respondet *Charitate*. Anonymus vero spe etiam nos Deum amare contendit. Quod si ita est, sequitur, peccatum mortale non impedire, quin Deum amemus; siquidem spes in peccatoribus manet, quam sola desperatio perimit. Gratia igitur, & justitia christiana erit inamissibilis; qui Calvinianorum error est. Deo per amorem adhærebit cor hominis, qui corpus suum omni luxuriæ genere contaminat, modo in ipso aliquæ sint spei christianæ reliquiæ, qui palmaris Quietistarum error est. Amorem Dei tanquam fontis omnis justitiæ, summique ac beatifici boni nostri, excludere peccati mortalis affectum censemus, ac docemus; sed hunc amorem charitatis actum esse, non spei; benevolentiæ, non concupiscentiæ, propugnamus; amorem castum, quo Deus propter se diligitur, & rebus omnibus creatis præponitur.

Amore concupiscentiæ Deum diligere, est ipsum propter spem bonorum temporalium colere, ipsum vero diligere, ut summum, & universale bonum, quod

quod fruitione sui nos beatos efficiet, castus amor est, amor benevolentiæ, proprius charitatis. Doctrina est S. Augustini Enarrat. in Psalm. 72. Hæc Prophetæ verba explicantis *Quid enim mihi est in cælo, & a te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Servas mihi tu in cœlo divitias immortales te ipsum, & ego volui a te in terra, quod habent & impii, quod habent & mali, quod habent & facinorosi, pecuniam, aurum, argentum, gemmas; familias; hæc pro magno a Deo meo desideravi super terram, cum servet se mihi in cœlo Deus meus. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*: Vide, quomodo illum amavit. „ „ Factum est cor castum, gratis jam amatur Deus, non ab illo petitur aliud præmium. Qui aliud præmium petit a Deo, & propterea vult servire Deo, carius facit, quod vult accipere, quam ipsum, a quo vult accipere. Quid ergo? Nullum præmium Dei? Nullum præter ipsum. Præmium Dei ipse Deus est. Hoc amat, hoc diligit; si aliud dilexerit, non erit castus amor „ „. Sic Deum
Psal. 118. diligebat David Rex sanctus: *Inclinavi cor meum* (in-

„ „ O Domine Deus meus, o Domine Deus noster, ut veniamus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro, neque de argento, nec de fundis, nolumus de terrenis istis, & vanissimis, & caducæ vitæ transitoriis. Non loquatur os nostrum vanitatem, fac nos beatos de te, quia non perdemus te, cum tenuerimus te; nec te perdemus, nec nos peribimus. Fac nos beatos de te, quia beatus populus, cujus est Dominus Deus ipsius „ „.

Idem Sanctus, dum castum Dei amorem, castumque amatorem describit Sermone 178. alias 19. *De Verbis Apostoli*, ad ejus notionem plura non requirit, quam ut visionem Dei ardenter cupiat, & præ illa res omnes contemnat, æstimans se sine Deo in qualibet abundantia esse non posse, nisi miserum, nisi ærumnosum: „ „ Amor castus (*inquit*) in te esse debet, quo amore desideres videre, non cœlum, & terram, non campos liquidos maris, non spectacula nugatoria, non fulgores, nitoresque gemmarum, sed desidera videre Deum tuum; quia dictum est: *Dilectissimi, filii Dei sumus, & nondum apparuit,* 1. Joan. 3. *quid erimus. Scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* Ecce, propter quam visionem fac bonum, ecce, propter quam noli facere malum. Si enim amas videre Deum tuum, si hac peregrinatione illo amore suspiras; ecce provocat te Dominus Deus tuus, quasi dicat tibi: Ecce, fac, quod vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quidquid libuerit, licitum puta; non hinc te punio, non te in gehennas mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expavisti, amasti; si ad hoc, quod dictum est, faciem suam tibi negabit Deus tuus, contremuit cor tuum, non videndo Deum tuum magnam pœnam putasti, gratis amasti „ „.

Et Sermone 134. alias 48. De Sanctis: „ „ Dominus pars hereditatis meæ. Non dixit, o Domine, quid das mihi aliquam hereditatem? Quidquid mihi dederis, vile est. Tu esto hereditas mea, amo te; to-

tus amo te, toto corde, tota anima, tota mente. Quid erit mihi, quidquid mihi dederis præter te? Hoc eſt Deum gratis amare, de Deo Deum ſperare, de Deo properare impleri, de ipſo ſatiari. Ipſe enim ſufficit tibi, præter illum nihil ſufficit tibi „ „.

Et Sermone 340. alias 39. ex editis a Sirmondo: „ „ Quia gratis amamus; quia oves paſcimus, mercedem quærimus. Quomodo fiet iſtud? Quomodo convenit, gratis amo, ut paſcam, & mercedem poſco, quia paſco? Nullo modo fieret hoc, nullo modo merces quæreretur ab eo, qui gratis amatur, niſi merces eſſet ipſe, qui amatur „ „. En quid ſit ex S. Auguſtini mente Deum amore puro, ſive gratis amare, a Deo non quærere niſi Deum.

Huic doctrinæ non adverſatur S. Bernardus Epiſtola 11. ſcribens: „ „ Eſt, qui confitetur Domino, quoniam potens eſt; & eſt, qui confitetur, quoniam ſibi bonus eſt; eſt item, qui confitetur, quoniam ſimpliciter bonus eſt. Primus ſervus eſt, & timet ſibi; ſecundus mercenarius eſt, & cupit ſibi; tertius filius, & defert patri. Itaque, & qui timet, & qui cupit, uterque ſibi agunt. Sola, quæ in filio eſt charitas, non quærit, quæ ſua ſunt .... Etenim eo loco mer-

castificato corde nihil aliud desiderat, nihil aliud quærit, quam ipsum Deum. Crebro siquidem didicit experimento, quoniam bonus Dominus sperantibus in se., animæ quærenti ipsum, ita ut jam ex affectu cordis, atque sententia clamet illud in psalmo: *Quid* Psalm. 72. *enim mihi est in cælo, & a te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Neque enim suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quidquam tanquam privato sui ipsius amore desiderat anima, quæ ejusmodi est, sed tota pergit in Deum, unicumque ei, ac perfectum desiderium est, ut introducat eam Rex in cubiculum suum, ut ipsi adhæreat, ipso fruatur „ „. Non diligit itaque Deum privato amore, seu amore concupiscentiæ, qui a Deo non quærit, nisi ipsum Deum. Amor ille charitatis est, non spei informis, & charitate destitutæ.

Nec inde sequitur, quod infert Anonymus declamator, peccatorem, qui salutem suam desiderat, hypocritam esse. Bona sunt certe salutis desideria; sed ad justificationem non omnino sufficiunt, nisi Dei amore, & charitate animentur. Dispositiones sunt ad conversionem peccatoris, sed remotæ. Desiderium gratiæ, initium gratiæ est; minorum illarum, & infirmarum gratiarum effectus est, quæ in scholis sufficientes vocantur, per quas peccator nunquam convertitur, nec ad Deum redit, nisi potentiori gratiæ victricis adjutorio illum trahat, vires efficacissimas illi tribuat, ipsiusque etiam rebellem voluntatem invicta suavitate flectat ad amandam justitiam. *Pars* Senec. *sanitatis, velle sanari, fuit.* Ideo Christus Paralyticum curaturus interrogat: *Vis sanus fieri?* Sed sanitatis desiderium ad sanandum ægrotum non sufficit. Quot enim æternæ damnationi sunt addicti, qui salutem suam desiderarunt? Inutile desiderium salutis est, nisi cum odio peccati, quatenus Dei offensa est, & vitæ novæ firmo proposito, atque inchoatione sit conjunctum. Quæ omnia sine charitate saltem nascente, inchoata præstari non possunt, Dei, ut summi, ac

beatifici boni noſtri amorem, qui ſpei tribuit, non charitati, theologicarum virtutum naturam, & actus confundit; ſimilis illi eſt, qui nos oculis audire, & auribus videre contenderet. Vale, Deoque me commenda in Sacrificio pretii noſtri.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA X.

Auctor mittit ad amicum Romæ degentem Epiſtolam retractatoriam Patris Franciſci Caffaro, eaque occaſione oſtendit obiter Comœdos a Sacramentorum Communione arcendos, & Comœdiæ frequentationem prohibitam eſſe Chriſtianis.

RELIGIOSO, ERUDITOQUE VIRO ***

Retractationem Patris Caffaro Clerici regularis Ordinis Theatinorum, qua veterem de arte Hiſtrionica, & de Comœdiæ frequentatione opinionem, & ea quæ inconſulto, & erronee ſcripſerat junior, ut hanc, & illam Chriſtianis eſſet licitam, nec bonis moribus contrariam perſuaderet; emendat illuſtriſſimi, ac reverendiſſimi Archiepiſcopi Pariſienſis mandato,

sit ad excitandas, & fovendas pravas cupiditates opportuna, & vehemens. quo nomine ad satanæ pompas pertineat, quas in Baptismo ejuravimus, satis intellexisti ex assidua, & diligenti lectione Patrum, Tertulliani præsertim, S. Cypriani, Minucii Felicis, S. Joannis Chrysostomi, S. Augustini, Salviani. Ad sanctissimam Parisiensis Ritualis disciplinam de Comœdis a communione Sacramentorum arcendis, nisi artem ejurent, ac theatro renuntient, confirmandam, Epistola S. Cypriani LXI. ad *Eucbraticum*, sufficeret, cum luculento illo S. Augustini testimonio libro *De Fide, & Operibus* cap. 18. „„ In doctrina bona (*inquit*) & bonus potest esse, qui audit, & facit, & malus, qui audit, & non facit; in doctrina vero mala, & qui eam veram putat, quamvis ei non obtemperet, malus est; & qui obtemperat pejor est. Illud sane mirabile est, quod Fratres, qui aliter sapiunt, cum debeant ab ista vel nova, vel vetere, perniciosa tamen opinione discedere, ipsi insuper dicunt novam esse doctrinam, qua nequissimi homines in suis flagitiis se perseveraturos in loco propatulo profitentes, non admittuntur ad Baptismum; quasi nescio ubi peregrinentur, quando meretrices, & *Histriones*, nisi solutis, aut disruptis talibus vinculis, ad christiana Sacramenta non permittuntur accedere; qui utique secundum illorum sententiam omnes admitterentur, nisi antiquum, & robustum morem sanctæ Ecclesiæ retinerent, ex illa scilicet liquidissima veritate venientem: *Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt*. Et nisi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam, accedere ad Baptismum non sinuntur; si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint, salvi esse non possunt „„. Gal. 5. 21. 1. Cor. 6. 10.

Quam inani porro conatu sanctum Thomam in sui patrocinium erroris accersiverit Pater Caffaro, perspectum habes. Angelicum Doctorem Histrionum nomine scænicos homines, & Comœdos non intellexisse, quos sanctus Ludovicus e regno expulit, sed homines, qui honestis facetiis, & corporis agilitate,

EPISTOLA XII.

A quo Episcopo approbari debeant cohortium, & classium eleemosynarii.

VIRO CLARISSIMO *** DOCTORI THEOLOGO.

Cum certum sit, neminem Sacerdotem, sive secularem, sive regularem, quavis exemptione fretum, Confessiones secularium audire posse sine approbatione Episcopi; rogas, a quo Episcopo approbari debeant cohortium, & classium eleemosynarii, sive Sacerdotes administrationi Sacramentorum in castris, aut navibus præpositi. Nullius enim Diœcesis esse videntur cohortes, & classes, nullius territorii, cum identidem loca mutent, certumque domicilium non habeant milites, & remiges, in exercitu terrestri, vel navali conscripti, cujus ratione unius potius quam alterius Episcopi diœcesani censeantur. Idemque de eleemosynario illorum conscientiis regendis, audiendisque confessionibus præposito dicendum. Et, si Episcopi, cujus in Diœcesi [redacted]

lis, cujus hæc sunt verba: *Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret.* Certe si milites classis, vel nautæ in portu matrimonium contrahant, & dispensatione sit opus, aut remissione denuntiationum, sive bannorum, non ab alio concedetur Episcopo, quam cujus in Diœcesi portus est, neque coram alio contrahetur, quam parocho Ecclesiæ, cujus intra fines, & territorium portus comprehenditur; & morientium Sacramenta ab ipso ministrabuntur militibus, aut nautis periculosa ægritudine laborantibus antequam e portu solvant. Oleum etiam sacrum infirmorum, quod in navi servabitur ad moribundorum Unctionem extremam, accipietur ab Episcopo, cujus e Diœcesi solvit navis. Ab eodem itaque eleemosynarius ad Confessiones audiendas approbetur examine prævio necesse est. Opus tamen nova approbatione non videtur, quoties castra de una in aliam Diœcesim moventur, vel classis in varias Diœceses appellit; quia eleemosynarii cohortium, naviumque sunt quasi parochi militum, ac cæterorum, qui castra sequuntur, vel navi vehuntur; quoad functionem audiendi eorum Confessiones, & Sacramenta morientium etiam ministrandi in castris, in xenodochiis exercitus, & in navibus, præsertim postquam e portu solverunt. Sunt, inquam, quasi illorum parochi ex omnium Episcoporum indulgentia, & consuetudine. Quamobrem, sicut parochus semel institutus, & ab Episcopo in sua institutione approbatus, nova non indiget approbatione, ut Parochiani sui Confessionem audiat, etiam in aliena Diœcesi; ita nec eleemosynarii cohortium, vel navium. Sed tamen absolute jus habent Episcopi, quorum in Diœcesibus stativa castra faciunt cohortes, vel quorum in Diœcesibus sunt portus, in quibus naves hyberna tempestate subsistunt, & morantur, eleemosynarios ad examen vocandi coram se, aut Vicario suo generali; seu alio ad Confessariorum examen, & approbationem delegato, & ipsos a munere audiendi Confessiones suspendendi, ex causa maxime ad easdem Con-

feſſiones audiendas pertinente. Suaque tunc auctoritate, & prudentia apud Duces agent, ut alios Sacerdotes aſſumant ad ſacri miniſterii functiones obeundas ab ipſis Epiſcopis approbatos. Vale, mei tuis in Sacrificiis memor, qui ſum ex animo tuus.

Lutetiæ Pariſiorum,

EPISTOLA XIII.

Alias 7. quæ autem 33. erat, nunc 25.

Qua ratione agere debeat Confeſſarius cum Canonico pœnitente, qui illis tantum Horis, & officiis divinis intereſt, quibus pinguiores diſtributiones ſunt annexæ, cæteris vero nuſquam, quibus nullæ, aut exiguæ conſtitutæ ſunt, tametſi immediate ſequantur.

VENERABILI VIRO *** SACERDOTI.

Optandum eſt, ut nullæ ſint Horæ canonicæ, nulla officia in Eccleſiis cathedralibus, & collegiatis, quibus quotidianæ diſtributiones non ſint adſcriptæ, nec eæ ſint adeo tenues, ut earum privatione mulctari non metuant Canonici negligentes. Id in Synodo Mediolanenſi quarta, parte ſecunda, cap. 12 conſti-

tes illi impera in ſatisfactionem. Caveat, ne ſimoniæ mentalis reus ſit, qui divinis officiis principaliter interesse videatur intuitu commodi temporalis. *Turpis* certe *lucri cupidus* eſt, quod grave eſt, in Sacerdote præſertim vitium: Sacrificium laudis voluntarie Deo non offert, nec ſincere, ac veraciter Deo dicere poteſt; *Voluntarie Sacrificabo tibi*. Nam, ut præclare ait S. Auguſtinus; „ „ Si adeſſet tibi, quod amas (*Domine canonice*) non laudares Deum. Vide, quid dicam: Laudas Deum, ut det tibi amplam pecuniam (*ut pingues diſtributiones lucreris*;) ſi aliunde haberes amplam pecuniam, non a Deo, nunquid laudares Deum? Si ergo propter pecuniam laudas Deum, non voluntarie ſacrificas Deo; ſed ex neceſſitate ſacrificas, quia præter illum neſcio quid aliud amas „ „.

Canonicos ſimiliter affectos, ut tuus ille, utinam vere pœnitens! Concilium Colonienſe anno 1536. celebratum parte 3. cap. 13. his verbis adhortatur, & commonet: „ „ Utinam optando a Deo optimo maximo conſequi poſſemus, ne quiſquam lucri cauſa divinis intereſſet, alioquin non acceſſurus ſacra, veluti quem nummi magis, quam Dei amor in templum trahit, quæſtum pietatem eſſe putans; qui, non dubium ex eorum numero eſt, de quibus Iſaias dixit: *Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones*. Non multum is abeſt (ut pleriſque doctiſſimis viris placuit) ab horrendo crimine Giezi, qui exiſtimavit divinum munus pecunia redimendum. Quare viderint Clerici noſtri, ut eorum mens & intentio tota in Deum referatur, ut cum Davide confiteantur Deo in directione cordis, ac in labiis ſuis pronuntient omnia judicia oris ejus; in via etiam teſtimoniorum Domini delectentur, ſicut in omnibus divitiis. Optandum, ut Pſalmus ille centeſimus decimus octavus, qui toties non ſine cauſa in Eccleſiis replicatur ore ſimul, & correſpondente ſingulis verbis mente decantetur, & cum eodem Pſalte ex animo dicatur: *Voluntarie ſacrificabo tibi*, & *confitebor nomini tuo*. Non adimit Chriſtus, ſed decernit operanti ſuam mercedem. Iſa. 1. Pſal. 53.

Di-

Luc. 10. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua*. Et *Qui altario*
1. Cor. 9. *deſervit, de altario & vivet*. Sed interim cogitare debet Clericus ſe vivere non ut edat, ſed edere, ut Chriſto vivat; habereque ſemper mente reconditum Chriſti verbum: *Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis* „ „.

Hujuſmodi Canonicis (inquit venerabilis Cantor Pariſienſis Petrus in *Verbo abbreviato*, cap. 26.) „„ Pecunia diſciplina eſt, nummus Decanus, & etiam Deus. Qui idololatræ ſunt, nummum potius adorantes, quam Deum, non alias Deo cantaturi niſi propter nummum... *Hinc ſcandalum laicorum non leve*: Quid vilius (*inquit idem auctor*) quam duas horas in Eccleſia quadam (quia ad illas decantandas non eſt conſtituta certa pecunia) a Laicis dici Horas Domini, cæteras denarii, imo diaboli? Imo ad has horas decantandas, & horas etiam beatæ Virginis, non adſunt Clerici; ſed præſentes in aliis ab his fugiunt, ut nullum opus in Eccleſia ſibi vindicet Spiritus ſanctus, cum nihil gratis in ea fiat, ſed omne ſibi vindicet nummus „ „. Hæc mala ſalutaribus correptionum medicamentis, quantum fieri poteſt, ſananda,

neptem educebat juvenem, formæ non inelegantis, indolis festivæ, vix, ac ne vix quidem extra ædem egredi solitam, nisi ut Sacro, vespertinis Officiis, aut Concioni interesset, vel ut in rerum venalium foro necessaria avunculo, sibique compararet. Interea gravida facta, peperit in ipsa Ecclesiæ domo: magnum inde scandalum ortum est. Interrogata puella ex cujus viri consuetudine concepisset, a filio natu majore oppidani judicis, quem Vicecomitem vocant, seductam se fuisse, corruptam, imprægnatam, respondit. Parochus puellæ infelicis avunculus juvenem in jus vocavit; res ad Senatum ** delata. Contestata lite, negat petulans juvenis se unquam neptem parochi cognovisse, nullam contra se probationem, præsumptionem nullam proferri; stupri reum potius esse contendit parochum avunculum puellæ, cum quo neptis sub eodem tecto morabatur, & sæpe sola cum solo manebat. Graves hinc oppidanorum oblocutiones, publica offensio, infamia in parochum derivata. Quæris, utrum parochum a sacris ministeriis suspendere debeat Episcopus, dum in facti veritatem inquiret donum consilii, quod illi a Spiritu sancto datum est, si sequatur Præsul religiosissimus, ut sequetur procuIdubio, consulet famæ, & honori Sacerdotis, cujus hucusque casta conversatio, mores probatissimi, bonum nomen. Absque strepitu, & forma judicii a Consacerdotibus, & insignis, notæque probitatis senioribus oppidanis percontabitur de morum illius honestate, & castitate, cum junior esset, & quæ sit nunc de ipso illorum opinio. Qui si virum honestæ castæque conversationis semper fuisse, ac etiam nunc sibi videri dixerint, illum non solum sacro ministerio fungi permittet amplitudo sua, sed illius honorem ac famam pro virili tuebitur, agetque, ut petulans juvenis ad honorem, famamque venerandi Sacerdotis, ac parochi sui resarciendam compellatur. Consilium istud meum nititur cap. *Cum in juventute*, Ext. *De præsumptionibus*, quod Innocentii III. responsum est Candiensi Episcopo, & Abbati

Deci-

Deciquorum datum in ſimili pene ſpecie: „ „ Cum in juventute ſua (*inquit*) Quiqueccleſienſis Epiſcopus adeo ſe maturum, honeſtum, & providum exhibuerit, ut ab Eccleſia romana meruerit pallio decorari, non eſt de levi credendum, quod poſtquam ad ſenilem pervenit ætatem, turpiter abjecerit jugum Domini, fœtores libidinis amplexando; cum labes hujuſmodi, quæ nonnunquam in juventute contrahitur, in ſenectute frequentius expietur. Quis præterea de facili crederet, quod vir præditus ſcientia literarum, propriæ ſalutis oblitus, ad eam paſſionis ignominiam ſe converteret, ut cum propria nepte abominabilem perpetraret inceſtum? Cum, etiam ſecundum ſententias Ethnicorum, naturalis fœtus inter tales perſonas nihil permittat ſævi criminis ſuſpicari. Licet igitur Rex Hungariæ eumdem Epiſcopum nobis per nuntios & literas de tali crimine detuliſſet, poſtulans, ut malum hujuſmodi pernicioſum exemplo de Hungarica Eccleſia tolleremus; quia tamen ejus ſuggeſtio non de radice charitatis procedere videbatur, noluimus aures noſtras quaſi malignis delationibus inclinare. Sed ut probaremus, ſi ſpiritus

De vita, & honestate Clericorum, Regula 3. Prudenter olim Theodulfus Aurelianensis Episcopus in Capitulari ad suæ Diœcesis Presbyteros hoc Decretum edidit: „ „ Nulla femina cum Presbytero in una domo habitet. Quamvis enim Canones matrem, & sororem, & hujuscemodi personas, in quibus nulla sit suspicio; cum illo habitare concedant, hoc nos modis omnibus idcirco amputamus, quia in obsequio, sive occasione illarum veniunt aliæ feminæ, quæ non sunt ei affinitate conjunctæ, & eum ad peccatum illiciunt „ „. Vale, mihique apud Deum bene precare, tui observantissimo.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XV.

Sola alimentorum provisio filiis illegitimis a parentibus debetur.

Alias 44. quæ autem 15. erat, nunc 31.

AMANTISSIMO FRATRI ***

Filios illegitimós heredes a parentibus institui non posse; verumtamen æquitatem postulare, ut parentes necessaria illis ad vitam sustentandam relinquant, probatum habes libro 2. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis Tractatu *De extrema Unctione*, cap. 7. ubi de testamentis agitur; plura, ut addam minime necesse est. Solam certe alimentorum provisionem liberis a patre jure naturæ debitam spectant supremarum Galliæ Curiarum Magistratus, cum legata paterna, aut donationes inter vivos in gratiam illegitimorum filiorum factas, aut dotes filiabus naturalibus constitutas, Senatusconsultus confirmant ea cautione, ut legata illa immodica non sint, & in fraudem legitimorum heredum.

Quamvis autem leges a paterna hereditate filios naturales, & spurios arceant, illos tamen a successione in bona materna non excludunt, ubi jure scripto judicatur. Succedunt enim ab intestato matri legitimis liberis carenti in bona universa, fiuntque heredes ex asse; matri autem intestatæ legitimos filios ha-

benti

quam de hoc eis conſtiterit) excommunicatos faciant publice nuntiari, &c. Veriſimile porro non eſt, ſummum Pontificem voluiſſe, ut Epiſcopus excommunicatos ipſo facto Sacerdotes regulares denuntiaret, qui ſacrum Euchariſtiæ Viaticum, vel extremam Unctionem infirmis adminiſtraſſent, cum ejuſdem Epiſcopi, aut Vicarii illius generalis licentia.

Quarto, Clementina, *Religioſi*, explicanda eodem modo videtur, quo cap. *Omnis utriuſque ſexus*, Ext. *De Pœnitentiis*, *& remiſſionibus*, in quo hæc verba, *ſine licentia proprii Sacerdotis*, Epiſcopos, & eorum Vicarios generales non excludunt, nec illos Sacerdotes, ſive ſeculares, ſive Regulares, quos approbaverint ad fidelium Confeſſiones in ſuis Diœceſibus audiendas, ſine ulla perſonarum, ac temporis exceptione, ſive reſtrictione.

Quinto, Epiſcopi, & eorum Vicarii generales, cum ipſis videtur, tribuere poſſunt religioſis Sacerdotibus poteſtatem Diœceſanos aliquos ſuos matrimonio conjungendi certis in caſibus, quamvis id eis prohibeat Clementina, *Religioſi*, niſi ſpecialem parochialis Presbyteri, ſive Curati licentiam habeant. Eodem

dotem, qui sacrosanctum Viaticum infirmo bona fide administravit, cum licentia Vicarii generalis Episcopi, eo in casu, quem exposuisti, non incurrisse in excommunicationem. Utrum vero Vicarius generalis licentiam illam concedere debuerit, seu legitime concesserit, ipse coram Deo expendat. Vale, meique ad sanctum Altare memor esto.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XVII.

Medici Officia.

Alias 40; quæ autem 17. erat, nunc 19.

CLARISSIMO VIRO ***
IN SALUBERRIMA FACULTATE DOCTORI.

Tibi gratulor, quod lauream in saluberrima Facultate studiis tuis, & eruditione promeritus sis, & consecutus. Non dubito, quin intra breve tempus magnum ex praxi nomen consequare. Cœptis tuis faveat Deus, teque pietatem colere doceat, quæ *ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ* (ut Apostolus loquitur.) Ad ipsum omnia referas, qui dat vires & medico, & medicinæ, sine cujus auxilio, & natura impotens, & inutilis medicus, & remedia omnia frustra essent. Cum ægrotorum curationem Deo auspice suscipis, des operam, ut spiritalis salutis suæ, & æternæ curam gerant. Si periculosa sit ægritudo, mone, ut quamprimum Sacerdotem advocent, peccatorum Confessionem edant, sacrum Corporis Christi Viaticum suscipiant; id si neglexerint, curam eorum te abjicere significes. Huic officio, quod sacri Canones medicis præscribunt, deesse non potes sine gravis peccati reatu. Ita jubet Concilium Lateranense quartum, Canone 22. „ „ Cum (*inquit*) infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente Domino languido, quem sanaverat: *Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat* ; Decreto Joan. 5. præsenti statuimus, & districte præcipimus medicis

corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum; ut poſtquam infirmis fuerit de ſpiritali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto jacentes, cum eis a medicis ſuadetur, ut de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum hujus noſtræ conſtitutionis, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter „ „. Hanc Lateranenſis Concilii ſanctionem innovavit, & executioni mandari juſſit beatus Pontifex S. Pius V. Conſtitutione, quæ incipit, *Supra gregem* anno 1566. prohibens medicis, ne ultra tres dies infirmos in lecto jacentes viſitare, & curare pergant, niſi peccata ſua, ſecundum romanæ Eccleſiæ ritum, confeſſi fuerint, ſub pœnis Concilii Lateranenſis Decreto expreſſis ipſo facto incurrendis,

ſententiæ, & rationis amori, ne vitam infirmi periculo exponas. Opinionem minus probabilem, neglecta probabiliore, tibi ſequi non licet experimenti gratia. Studio, & lectioni meliorum Auctorum diligenter incumbe. Monitum audi Caſſiodori libro 6. Variarum, Formula 19. „ „ Medici (*inquit*) libris delectentur antiquis. Nullus juſtus aſſidue legit, quam qui de humana ſalute tractaverit. Deponite medendi artifices noxias ægrotantium contentiones; ut cum vobis non vultis credere, inventa veſtra invicem videamini diſſipare. Omnis prudens conſilium quærit; dum ille ſtudioſior agnoſcitur, quo cautior frequenti interrogatione monſtratur. In ipſis artis hujus initiis quodam Sacerdotii genere Sacramenta vos conſecrant. Doctoribus enim veſtris promittitis odiſſe nequitiam, & amare puritatem. Sic vobis liberum non eſt ſponte delinquere; quibus ante momenta ſcientiæ animas imponitur obligare. Et ideo diligentius exquirite, quæ curent ſaucios, corroborent imbecilles. Homicidii crimen eſt in hominis ſalute peccare „ „. Vale.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XVIII.

Superior regularis viro religioſo ſibi ſubdito permittere non debet, ut executionem teſtamenti ſuſcipiat, quod eam clauſulam habet, ut dictus executor decem millia nummorum ex hereditate delibata accipiat, conferatque in uſus, quos ipſi ſecreto teſtatrix ſignificavit. Alias 8. quæ autem 18. erat, nunc 35.

R. P. ORDINIS S. *** PRIORI.

Quamvis religioſi viri non minus quam Clerici ſeculares nominari poſſint executores teſtamentorum, ut conſtat ex cap. *Tua nobis*, Ext. *De Teſtamentis*, & ex Clementina, *Religioſis*, eodem tit. illud tamen onus ſine Superioris ſui regularis licentia ſuſcipere non poſſunt, ut ex eadem Clementis V. Conſtitutione compertum eſt. Hoc poſito, quæris, quomodo gerere te debeas in eo, quod mihi exponis, negotio. Religioſus Sacerdos regimini tuo ſub-

ditus, a vidua nobili, & divite, cui a Confeſſionibus erat, cujus in extremis poſitæ conſcientiam moderatus eſt, nominatus fuit executor teſtamenti ab illa conditi, cum ea clauſula, ut decem millia nummorum ex hereditate delibata accipiat, conferatque in uſus, quos ipſi ſecreto teſtatrix ſignificavit. Dubitas porro, utrum permittere debeas religioſo tibi ſubdito, ut hujus executionem teſtamenti ſuſcipiat.

Auctor tibi ſum, ut ab hujuſmodi onere ſuſcipiendo ipſum prohibeas; quia ex diſpoſitione teſtatricis mox explicata præſumptio tacitæ fidei in fraudem legum aſſumptæ orietur; ut juriſperiti docent. Colluſionis etiam imo & avaritiæ ſuſpicio adverſus religioſum virum naſcetur, quod Teſtamentum forte ſuggeſſerit, & decem millia nummorum, quorum ipſi credita diſpenſatio eſt, ſecundum voluntatem nobilis teſtatricis eidem religioſo ſecreto ſignificatam, vel retinere velit contra votum paupertatis, vel certe Conventui ſuo vindicare. Quamobrem ſi cauſa ad forum exterius forte deferatur, vereor, ne caducum pronuntietur teſtamentum, & ſugillentur religioſi viri quaſi hæreditatum aucupes, & qui executiones te-

abſque dolo, fraude, ſeu negligentia, de ſuſceptæ executionis officio tenentur exigere rationem, illos, quos circa id deliquiſſe repererint, in aliorum exemplum pœna debita, quocunque non obſtante privilegio, puniturì, ut ſtatuit Clementina, *Religioſis*. Tenentur itaque reſpondere Epiſcopo rationem exigenti; revelare cui diſtribuenda, vel conferenda ſint legata ſecundum voluntatem teſtatoris ipſis ſecreto ſignificatam; rationes reddere; affirmationem ſuam juramento confirmare, ſi jubeat Epiſcopus; alioqui executorum officio jure interdicentur, ut reſpondit ſacra Congregatio Concilii Trid. Interpres literis datis ad Cardinalem Borromæum Archiepiſcopum Mediolanenſem, cum ſimilis caſus Mediolani contigiſſet; quod ſuo tempore factum refert *Fagnanus* in cap. *Tua nobis*, Ext. *De Teſtamentis*. Cave ergo, ne ſi religioſus tuus onus Executoris teſtamenti ſupradicti, te permittente, ſuſcipiat, in laqueos incidat, ex quibus extricare ſe non poſſit. Vale, mei in ſacrificio pretii noſtri ad Altare Domini memor.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XIX.

Abbatiſſa lethali morbo decumbens reſiduos penſionis ſuæ vitalitiæ fructus, etiam ad pias cauſas, legare non poteſt; nec vaſa argentea, gemmas, variam ſupellectilem, libros nepti ſuæ ejuſdem monaſterii moniali donare. Alias 71. quæ autem 19. erat, nunc 36.

VIRO RELIGIOSO ***

Quam pro amicitiæ erga me tuæ jure vehementer urges reſponſionem ad Quæſtiones a te propoſitas, paucis expedio. Rogas, utrum Abbatiſſa lethali morbo decumbens, quæ tria millia nummorum ex vitalitia penſione ſua, parentumque donis reſidua habet, conferre poſſit monaſterio ſuo fundationis titulo ad piam cauſam, ut ſcilicet lampas coram ſanctiſſimo Sacramento in Eccleſia exteriori, ſive Sanctuario jugiter accenſa maneat, præter eam, quæ huc uſque in choro Sanctimonialium ardere conſuevit.

Secundo, utrum conſtituere poſſit numerum Miſſarum pro animæ ſuæ requie poſt obitum ſuum celebrandarum.

Tertio, utrum certo pauperum numero indumenta legare poſſit.

Quarto, utrum libros nepti ſuæ in eodem monaſterio Sanctimoniali profeſſæ donare poſſit, quorum illi jam permiſit uſum; cum hæc in Abbatia conſuetudo vigeat, ut Sanctimoniales conſanguineæ, vel amicæ libris hujuſmodi cum Abbatiſſæ licentia comparatis communiter utantur, inſcriptis ſororum duarum, vel amitæ, ac neptis, aut duarum amicarum nominibus; utque alterutra obeunte, remaneant alteri.

Quinto, utrum eadem Abbatiſſa diſcos, aut crateres argenteos, horologium affabre factum, atque pretioſum, telæ ſubtilioris centum ulnas, variamque ſupellectilem ſibi ſuperfluam (quæ omnia non ex monaſterii redditibus, ſed ex vitalitiæ penſionis ſuæ, quam habet a familia nobili, & prædivite, aut ex parentum donis comparavit) nepti ſuæ Sanctimoniali donare poſſit.

His Quæſtionibus facile reſpondere poſſes, cum

tentiam ut agat, hortare, nec ante absolvas, & sacra Eucharistiæ Communione dones infirmam, quam residuam illam ex pensionibus suis, & parentum donis pecuniam in commune monasterii ærarium sive depositum intulerit, cum cæteris Abbatiæ bonis confundendam. *Quidquid* enim *Monachus, vel Sanctimonialis acquirunt*, sive ex pensionibus vitalitiis, sive ex donis parentum, consanguineorum, amicorum, sive ex proprio labore, & industria proveniat, *acquirunt monasterio*; inconcussa regula est, in sacris Canonibus, & in ipsa voti paupertatis substantia fundata.

II. Abbatissa gravi, lethalique morbo decumbens residuam illam pecuniæ summam conferre non potest monasterio suo, ea adjecta conditione, ut lampas altera coram sanctissimo Sacramento perpetuo ardeat, vel ut pro animæ suæ requie certus Missarum numerus post obitum suum celebretur, aut pauperes aliquot vestiantur, Cum enim ea pecunia sit monasterio jure debita, conferri debet communitati sine onere. Præterea non potest Abbatissa contractum fundationis (ut loquimur) inire cum monasterio suo; siquidem peculium habere jure non potest, voto paupertatis repugnante; nec persona moraliter distincta censetur a communitate, cui præest, ut cum illa contrahere possit, sed præcipuum ejus membrum. Cap. Cum 1 ad monasterium Ext. de stat. monachorum

Accedit, quod condendi testamenti, aut aliquid suprema voluntate legandi, vel etiam inter vivos donandi facultas monachis, & monialibus, etiam Abbatibus, & Abbatissis interdicta sit, & repugnet *abdicationi proprietatis, quæ ita est annexa Regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex dispensare valeat.* Bona donare, vel legare nemo potest, quorum non est dominus, sive testamento, sive qualibet alia ratione, etiam ob causas pias: Monachus porro, & Sanctimonialis sunt incapaces dominii, adeoque & Abbates, & Abbatissæ iisdem votis obstrictæ. Impia igitur essent, & sacrilega legata (tametsi piæ illis causæ obtenderentur) utpote voto paupertatis repugnantia. Quomodo vero constituere aliquid Cap. Quia ingredientibus, Ext. De Testamentis.

poſſunt propria voluntate, qui propriam voluntatem non habent? Denique id ſacris Canonibus, & legibus diſerte vetitum eſt. Ita S. Gregorius magnus Epiſt. 7. lib. 7. Januario Calaritano Epiſcopo reſpondet: „ „ Quia ingredientibus monaſterium convertendi gratia, ulterius nulla ſit teſtandi licentia, ſed res eorum ejuſdem monaſterii juris fiant, aperta legis definitione decretum eſt. Quod cum pene omnibus notum ſit, in magnam nos graviniæ Abbatiſſæ monaſterii ſanctorum Gravini, atque Luxorii inſinuatio admirationem perduxit; quæ Siricam monaſterii ſui Abbatiſſam, poſtquam regendi ſuſcepit officium, condito teſtamento legata quibuſdam aſſerit reliquiſſe... Neceſſarium viſum eſt nobis, tam cum Conſiliariis noſtris, quam cum aliis hujus civitatis doctis viris, quid eſſet agendum de lege tractare. Qui tractantes reſponderunt: Poſtquam ſolemni more Abbatiſſa ab Epiſcopo ordinata eſt, & in monaſterii regimine per annos plurimos uſque ad vitæ ſuæ tranſitum præfuit... non potuiſſe monaſterio præjudicium irrogare, ſed res ipſius eidem loco, ex quo illuc ingreſſa, & Abbatiſſa conſtituta eſt, manifeſto jure com-

[redacted]

cumbens ægritudine, decernere sororum suarum suffragio, & assensu, ut lampas altera in choro exteriori coram sanctissimo Sacramento jugiter ardeat; in idque pium opus impendantur pecuniæ ex pensionibus suis residuæ, atque in eum finem serventur in communi deposito monasterii. Communitas enim religiosa, cujus Abbatissa caput est, jus habet dispensandi bona sua, & in quos visum fuerit pios, ac religiosos usus insumendi, Regula, Constitutionibusque servatis. Quin etiam mihi videtur, Abbatissam, cui jus plenæ, & liberæ administrationis bonorum temporalium monasterii creditum est, posse, dum vivit, pauperes aliquos induere, & eleemosynas, seu honoraria ad missarum celebrationem suo, monasteriique nomine conferre certis Ecclesiis, & Sacerdotibus; modo pia illa opera non retrotrahantur quasi post ejus obitum ex ejus implenda mandato; quod testamentariam dispositionem sapit. Resignatis demum communitati prædictis pensionis suæ vitalitiæ fructibus, aut pecuniis ex gratuita parentum suorum largitione provenientibus (quæ resignatio integra, simplex, & absoluta esse debet) rogare potest sorores suas, ut pro levamine, & remedio animæ suæ, cum diem ultimam obierit, Sacra piacularia Deo frequenter offerri curent, & eleemosynas erogari; in idque (si videbitur) fructus illos pensionum ipsius impendi, si necessarii non sint religiosæ familiæ ad alendas, & vestiendas sorores, ad æs alienum expungendum, ad ædificia instauranda. Verumtamen id communitatis suffragiis, & dispositioni relinquere debet, & cum omnimoda, & perfecta peculii, ac propriæ voluntatis abdicatione in Domino mori, Christumque in summa paupertate pro nobis omnibus mortuum imitari.

III. Nepti suæ ejusdem monasterii Sanctimoniali donare non potest Abbatissa libros pios, quos sibi magno numero comparavit, & quorum usum illi permisit. Spectata tamen consuetudine monasterii, librorum illorum usum retinere poterit religiosa neptis

post

post amitæ obitum, cum Abbatissæ futuræ licentia; sed eorum dominium sibi vindicare non poterit, quod nec habere potuit amita Abbatissa. Illos itaque alienare, vendere, donare, aut in aliud monasterium auferre jure non poterit, si transferatur ipsa vel causa regiminis, ac præfecturæ, vel ob aliam rationem.

IV. Religiosæ nepti donare non potest Abbatissa, sive optime valeat, sive periculose (ut exponis) decumbat, discos, vel crateres argenteos, annulos ex auro, vel gemmis, horologium pretiosum, aliaque id genus, telæ, vel panni plures ulnas, variamque supellectilem; sed disci, crateres & similia utensilia, vel instrumenta, & vasa argentea conflari debent in usum Sacrarii; annuli, gemmæ, & horologium pretiosum vendi, Altarisque decori, & ornamento pretium ex his proventurum applicari, nisi in alios usus magis necessarios ipsum converti justitia, vel charitas postulent. Supellectilem necessariam, & religioso statui suo convenientem si neptis non habeat, illi ex superflua supellectili sua providere potest Abbatissa, quamdiu vivit; si habeat necessariam, & sufficientem, relinquere debet distribuendam, vel ipsa distribuere sororibus, quibus forte deest. Si nulli de-

EPISTOLA XX.

Sanctimonialis ex fructibus vitalitiæ pensionis suæ, cum Abbatissæ licentia reservatis, creare sibi pensionem non potest, interposito fratris nomine. Alias 74. quæ autem 20. erat, nunc 37.

RELIGIOSO VIRO ***

Doleo plurimum, quod in monasteriis quibusdam religiosi viri, vel Sanctimoniales ritualibus quidem observantiis, humanisque legibus scrupulosa pietate adhæreant; in multis vero, quæ vota spectant, vitæque monasticæ substantiam, ac fundamentum, nullum sæpe scrupulum patiantur, colantes culicem, camelum autem glutientes. Id probat quæstio, de qua sententiam meam, consiliumque rogas.

Abbatissa quædam (inquis) Sanctimoniali monasterii sui suppeditans abunde necessaria multorum annorum spatio, quibus Domui religiosæ præfuit ad obitum usque suum; illi permisit, ut vitalitiæ pensionis quinquaginta nummorum argenti monetæ Gallicæ fructus annuos servaret, atque congereret, post obitum ejusdem Abbatissæ sibi profuturos. Postquam vero e vivis excessit Abbatissa, vult eadem Sanctimonialis conflatam ex prædictis fructibus summam quatuor millium librarum, interposito fratris sui nomine, donare, seu conferre monasterio, alienato capitali, & in monasterii jus, ac dominium pœnitus translato; ea conditione, ut Monasterium eidem Sanctimoniali, quoad vixerit, solvat pensionem annuam centum quinquaginta librarum, ad incrementum pensionis pristinæ, in religiosos ejus usus expendendam. Quærit a Doctoribus, an id liceat, quod licere sibi vellet, & quod ipsi licere quidam regulares Casuistæ responderunt. De proposita quæstione ita censeo.

Non potuit Abbatissa permittere Sanctimoniali prædictæ, ut fructus vitalitiæ pensionis suæ servaret, ex iisque summam ingentem pecuniæ conflaret imposterum sibi profuturam. Nec ea licentia Sanctimonialem a vitio proprietatis immunem præstitit, ut constat ex cap. *Cum ad Monasterium*, Ext. *De statu Monacho.*

chorum. Sanctimoniali prædictæ alimenta, & vestimenta, omniaque necessaria ad vitam commode transigendam abunde subministrabantur habita ratione religiosi status; nec præsumi poterat ipsi aliquid defuturum post obitum Abbatissæ, cum monasterium dives sit, in eoque disciplina regularis, quoad hoc etiam caput, accurate servetur, ut sororibus, tum sanis tum infirmis necessaria procurentur, ac subministrentur. Sequi igitur debuit, ac debet Apostoli re-
1. Tim. 6. gulam: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his con-*
Matth. 6. 34. *tenti simus.* Christi præceptum sequi debuit: *Nolite soliciti esse in crastinum.* Suade igitur, ut pœnitentiam agat de præterito; summam vero quatuor millium librarum ex fructibus vitalitiæ pensionis suæ conflatam, monasterio suo conferat, seu potius restituat; ipsius enim monasterii bonorum portio est. Quamobrem fructus annuos, seu redditu um centum quinquaginta librarum, interposito fratris sui velut donantis nomine, a monasterio exigere, aut recipere non potest ad incrementum antiquæ pensionis suæ, sine cupiditate, quæ radix malorum omnium est; sine vitio proprietatis; sine furti sacrilegi labe; sine mendacio,

[redacted]

ndées proposées à Monsigneur l'Archeveque de Rouen contre la Theologie du Père Alexandre ; primo impetu hanc propositionem oppugnet, quæ in Tract. *De Sacramento ordinis* Cap. III. Art. V. Regula XXI. legitur : *In mortalis peccati reatum incurrit, qui Tonsuram clericalem indigne suscipit.* Ipso in limine mihi affingit Anonymus, quod propugnem lethalis peccati reum esse, qui Tonsuram clericalem extra gratiæ statum suscipit ; verum non ita se res habet. Id unum assero, & propugno ; teneri se ad Deum convertere per actum contritionis, & charitatis, quicunque per Tonsuram Clero adscribitur. „ „ Quamobrem (*inquiebam*) & injurio- Epist. 2. sus est in Deum, & clericali Ordini contumeliosus, qui impœnitens Clericorum catalogo inscribi se procurat, & Deo se in isto ordine ministraturum devovet „ „. Haud satis attendit argutus ille Monitor, qui inter hæc distinguere nescit, esse impœnitentem, & non esse in statu gratiæ. Media inter duo hæc extrema dispositio est, esse extra peccati affectum, seu in statu pœnitentiæ,

Sane qui Tonsuram clericalem suscipit, ritu solemni coram Ecclesia profitetur Dominum Deum partem esse suam. *Dominus pars hereditatis meæ.* Quamobrem *Talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Dominum, & possideatur a Domino* (inquit S. Hieronymus.) Nunquid vero id convenit homini in statu peccati mortalis constituto, & non pœnitenti ? Nonne mentitur Spiritui sancto, qui se Deo addictum, ac penitus devotum esse velle profitetur exterius, cum diabolo interiori affectu voluntatis addictus est ? *Quæ conventio lucis ad tenebras, Christi ad Belial, templi Dei ad idola* ?... *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Si a negotiis secularibus expeditus esse debet, qui militiæ clericali dat nomen ; quanto potiori ratione peccati vinculis, & affectu solutus sit, necesse est ? Capillos illi tondet Episcopus, ut hoc ritu significet eum, qui statum ecclesiasticum amplectitur, cupiditates suas, & pravos affectus resecare debere. Comam illi tondet

2. Cor. 6. 15. 2. Tim. 2.

det in modum coronæ; ut ostendat illum teneri ad vitam suam Jesu Christo conformandam, spinis pro salute nostra coronato. Superpelliceo illum induit, ut eo ritu indicet eum, qui se Deo consecrat in statu ecclesiastico, expoliare debere veterem hominem, & induere novum. *Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sancti-*

In Pontificali Romano.

tate veritatis (precatur Episcopus.) Quis vero dixerit, hominem in affectu lethalis peccati perseverantem induere Dominum Jesum Christum? Deum pro novis Clericis orat Antistes: *Ut donet eis Spiritum sanctum, qui habitum religionis in eis perpetuum conservet, & a mundi impedimento, ac seculari desiderio corda eorum defendat.* An porro ad recipiendum Spiritum sanctum dispositus est, qui, cum sit lethalis peccati reus, in ejus affectu perseverat, nec ad Deum veræ pœnitentiæ motu, sinceræque contritionis actu convertitur? Nonne resistit Spiritui sancto? Nonne cor suum illi claudit? Omnes denique Ecclesiæ ritus

In 4. Sent. dist. 24. qu. 3. ar. 1. q. 1.

in Ordinatione Clericorum, significant illos a crimine immunes, & in virtute perfectos esse debere: *Perfecti in virtute esse debent* (inquit S. Thomas.) Sacræ illæ Cæremoniæ plane significant eos, qui in Cle-

Martinus Navarrus in Tractatu *De Oratione*, *& Horis canonicis*, Cap. 5. N. 15. „ „ Compluribus (*inquit*) qui prima Tonsura, aut quatuor Minoribus initiantur, satius foret ipso Ordinationis die frangere crura, quam prima Tonsura, aut quatuor Minoribus ordinari; tum quod nulla prævia Confessione, aut vera contritione ordinantur in statu peccati mortalis; & consequenter mortaliter peccant .. tum quod non se ordinant ad finem debitum, *&c.* „ „

Eamdem sententiam tuetur celeber Sorbonæ Doctor, & Professor Hallerius in libro *De sacris Ordinationibus* tit. *de præparatione*, *& dispositione Ordinandorum*, Sectione 4. §. 1. „ „ Peccati mortalis reatus (*inquit*) indigne suscipienti Tonsuram clericalem adscribendus est. .. Deo quidem injuriam infert, qui nulla præcedente in Deum conversione, cum tamen ipse totius Hierarchiæ principium, & caput habeatur, ejus se famulatui consecrat; & Hierarchiæ initiationes subit, nec se in ipsum tanquam omnis functionis ecclesiasticæ scopum dirigit: Ordini vero clericali contumeliam inurit, cujus cum finis sit ad Deum adducere, non potest sine ejus opprobrio quisquam eum Ordinem ingredi aversus a Deo, & alio ductore indigens, a quo ad eum reducatur. Tonsuram quoque clericalem contaminat, quam vere a mundo abstrahentem, ad Deum adducentem dicere possumus; eamque significatione sua frustratur, qui mundi inquinamentis conspurcatus, & divinis contemplationibus, ministeriisque ineptus, eadem initiari non veretur „ „

Et cap. 3. §. 6. Num. 30. „ „ Adeo jam passim aliquorum inolevit temeritas, & religionis contemptus, ut non ad Tonsuram modo, verum etiam ad omnes Ordines, solius temporalis beneficii, vel otii, vel honoris gratia se conferant; Tonsuram vero præsertim eo tantum fine capessant, abutentes sacra ista designatione in Clerum ad sua commoda; Episcopalem benedictionem ad profanas ambitiones convertentes; Ecclesiæ expectationem frustrantes; evertentes mysti-

cum cæremoniæ istius sensum; mendacii ecclesiastica, quæ in Tonsuræ collatione funduntur, verba, precesque arguentes; professionem Clericatus temere ementientes, ejusque prærogativam injuste, ac fraudulenter usurpantes, quos proinde nescio quis a lethali noxa excusare possit, quos injustitiæ, sacrilegii, publici mendacii, abususque rei sacræ non levibus criminibus constrictos teneri ostendimus? Nulla vox tot crimina velare potest, nulla ratio tueri. Quis enim levem materiam censeat profanationem rei sacræ, violationem totius Clericatus, promissionem coram tota Ecclesia fallacem, usurpationem alieni juris, Ordinis Clericatus perturbationem? Quis adeo perfrictæ frontis, ut defendere audeat leve crimen esse ambitionem illam, ac avaritiam, quæ sacros Ritus contra Ecclesiæ intentionem in sua commoda, honoresque detorquent? Quis non illud crimen sacrilegæ temeritatis arguat, per quod publica benedictio, eaque mystica, cassa, mysterio vacua, inanis, infructuosa reddatur, ita ut, quod gravius etiam est, in pluribus mendacii coargui possit? Quis non mendacium in Spiritum sanctum publicam illam Clericalis [redacted]

Ludovici de Noailles, qui Pariſienſis Eccleſiæ Sacris modo tanta pietate, & prudentia, vigilantia, & zelo præeſt, ſententia, ut conſtat ex ejus Conſtitutione edita die prima Octobris 1696, qua & Perfixii Archiepiſcopi ſtatutum confirmat, & alia quædam decernit, ac præcipit ad eorum examen, & probationem, qui prima Tonſura initiandi ſunt. „ „ Hæc eſt (*inquit*) prima Sanctuarii janua, quæ aditum ad Ordines aperit, jus tribuit ad eccleſiaſtica beneficia, ac ſæpe ab Epiſcopis Ordinationem, & regimen animarum pro indignis extorquet; qui cum primum pravos affectus ſuos celaverint, ſubinde tales ſe produnt, quales re ipſa ſunt, in opprobrium Caracteris ſui, & in perniciem animarum illis commiſſarum. Quamobrem nimia intelligentia adhiberi non poteſt in eorum examine, qui ad ſtatum eccleſiaſticum admittuntur; ſiquidem agitur de Dei gloria, de Eccleſiæ honore, de bono animarum, de perditione temporali, & æterna Clericorum, frequenter etiam familiarum. Quid Deo injurioſius, quam ut profiteantur Dominum hereditatem ſuam eſſe, qui bona duntaxat temporalia quærunt? Quid Eccleſiæ contumelioſius, quam habere miniſtros, qui ſcandalo ſunt, & offenſioni, non ædificationi; qui & ſeipſos, & miniſterium ſuum contemptui exponunt? &c „ „.

Eo principio nititur Propoſitio, quam propugno, quod ſicut (ex S. Thomæ ſententia) ut primum quis rationis uſum attigit, tenetur ad Deum ſeſe convertere, ac dirigere, eumque ſibi omnium actionum ſuarum finem præſtituere; tum vero maxime cum perfectionis etiam in alios diffundendæ ſtatum ingreditur, ac profitetur. Quid adverſus tam firmum principium objicit Anonymus? Fictitia duntaxat incommoda. Sequeretur (inquit) lethalis peccati reum eſſe, qui monaſticum habitum ſuſcipit, & religioſam profeſſionem emittit extra gratiæ ſtatum; & (quod longe magis ſtupendum eſt) novum peccatum, idque mortale committere, qui Senatoris officium ſuſcipit, qui

fit miles, aut medicus, &c. cum conſcientiam habet peccato contaminatam.

Graviter quidem peccat, qui religioſum habitum ſuſcipit in ſtatu mortalis peccati poſitus abſque ullo animi pœnitentis affectu. Horrendæ hypocriſis reus eſt, qui ſumit veſtimentum ovis, cum ſit intrinſecus
Euchol. Græc. lupus rapax, qui *Habitum angelicum*, & Chriſti inſignia recipit, cum nihilominus dæmoni ſerviat, & ad ejus familiam pertineat; qui habitum induit pœnitentiæ, ſine pœnitentia peccatorum; qui vitam religioſam profitetur, Deoque ſolemnibus votis ſe conſecrat, nec tamen in ejus gratiam ſe reſtitui prius curat, ſi ab ea exciderit, hunc novi peccati mortalis reum fieri minime dubitaverim. Deo namque Sacrificium exterius offert, non ſe ipſum. Impium Caïnum imitatur, qui cum ſua Domino bona offerret, ſeipſum ſibi retinuit, ideoque Sacrificium illius reprobatum eſt. Inſignem & eximium religionis actum modo plane irreligioſo, & ſacrilego exequitur. Abominatio eſt Domino cum votis ſuis.
Apol. ad Guilliel. Abb. c. 1. „ Quis magis impius (*inquit S. Bernardus*) an profitens impietatem, „ an mentiens ſanctitatem? Nonne is, qui etiam mendacium addens, geminat impietatem? Verum ma-

nasterialibus disciplinis eruditus ad Clericale munus accedit, etiam de Laicis anteacta ejus vita requiratur, ne sit aliquo facinore infectus... vel ab adolescentia sordidatus, vel publica pœnitentia notatus „„.

Quocirca S. Augustinus ex Monachis: „ „ Nonnisi probatiores, atque meliores in Clerum assumere *solebat*... Cum aliquando etiam bonus Monachus vix bonum Clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamen desit instructio necessaria, aut personæ regularis integritas „ „. Christum singulari quadam ratione imitari debent Clerici, *Pontificem sanctum, innocentem, impollutum, segregatum a peccatoribus, & excelsiorem cælis factum.* Deo grati esse debent, qui ad eum statum ascendunt, in quo mediatores ex officio inter Deum, & homines constituuntur, ut pro illorum cum Deo reconciliatione intercedant. „ „ Væ *enim* ministris infidelibus, qui nedum reconciliati, reconciliationis alienæ negotia, quasi homines, qui justitiam fecerint, apprehendunt! Væ filiis iræ, qui se ministros gratiæ profitentur! Væ filiis iræ, qui fideles sese mediatores pacis, ut peccata populi comedant, mentiuntur! Væ, qui ambulantes in carne Deo placere non possunt, & placare velle præsumunt „ „! Verba sunt S. Bernardi in Tract. *De conversione ad Clericos*, cap. 19.

Epist. 60. alias 76. ad Aurelian.

Heb. 7.

Quod vero ex principio a me posito colligit Anonymus, hominem, qui peccato mortali contaminatus sit Senator, medicus, aut miles, novum peccatum mortale committere, id minime consequens est; quæ enim comparatio Ecclesiæ cum Prætorio, medicinæ animarum cum medicina corporum, militiæ terrenæ cum spirituali, conditionis, ac professionis civilis, profanæ, secularis cum statu sacro? *Ne officium Clericatus genus antiquæ militiæ putes* (inquit S. Hieronymus.) Ex principio nostro id unum inferri potest, eum, qui Senatoris officium, aut similem magistratum suscipere, vel qui medicinam, aut negotiationem vult profiteri, aut exercere, aut militiæ nomen dare, ad Deum prius convertere se debere per

Epist. 2.

actum contritionis, & charitatis. Hæc vero conſecutio tantum abeſt, ut incommoda cenſeri debeat, quin potius ſaluberrima veritas eſt, fidelibus prædicanda. Nonne enimvero conditiones illas, & profeſſiones vitæ civilis chriſtiano animo eligere debent propter Dei gloriam, & ſanctificationem animarum ſuarum? Nonne a Deo lumen, & auxilium gratiæ ipſius humili, & ferventi oratione poſtulare, ut ſciant, quid ipſi acceptum ſit, quid ſuæ ſaluti conducibile? Nonne cum Propheta precari hunc in modum: *Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam... Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu... Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Cum enim cogitationes mortalium timidæ ſint, & incertæ providentiæ noſtræ, neſcimus, quid ſaluti noſtræ expediat, niſi Dei voluntatem ſedulo exploremus. Ad ipſum ergo confugiendum eſt, ut illuminet tenebras noſtras, ut donum conſilii nobis tribuat, ne ſtatum, aut conditionem, ſive profeſſionem eligamus, quæ nobis ſit occaſio peccati, & æternæ damnationis. Gratiam nobis neceſſariam debemus implorare in tanti momenti negotio. Hanc [redacted]

Pſal. 112.

mercator hujusmodi conditiones mutare possunt; Ordo vero clericalis mera conditio non est, quam ad tempus eligere possit homo commodi alicujus temporalis intuitu, & pro arbitrio deserere; sed status est Hierarchicus, ad quem Ecclesia neminem admittere intendit, nisi, qui a Deo legitime vocatus, in eo perseverare velit, & cum Dei gratia se perseveraturum speret. Unde status ecclesiastici desertionem, etiam a minoribus Clericis, ut veram apostasiam spectabat olim, & puniebat Ecclesia.

Rhemense Concilium anno millesimo quadragesimo nono præside Leone nono Pontifice maximo Canon. statuit; *Ne quis Clericus, vel Monachus a suo gradu apostataret*.

Nicolaus II. in Concilio romano anno millesimo quinquagesimo-nono Decretum edidit adversus Clericos sacræ militiæ desertores, quos Juliani Apostatæ imitatores vocat, qui cum Ecclesiæ lector esset, Clericatum simul, & religionem christianam ejuravit. „ „ De his autem Clericis, qui Tonsuram projiciunt, & a Clericatu recedunt, quos apostatas Julianistas jure vocitamus, statuimus, ut nisi ad professionem Clericatus redierint, omni christiana communione priventur „ „. Epist. 1.

Idem sanxerunt Concilia, Rothomagense anno millesimo septuagesimo-secundo, Canone undecimo; Londinense anno millesimo centesimo secundo, Canone pariter undecimo; Tolosanum anno millesimo centesimo decimo-nono, Canone decimo.

Concilium Trid. lege lata prohibuit: „ „ Ne prima Tonsura initientur, de quibus probabilis conjectura non sit, eos, ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse „ „. Concilium Burdigalense anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio, cap. 14. addit; *Ut Deo fidelem, & perpetuum cultum præstent*.

S. Carolus Borromæus in Concilio quarto Mediolanensi P. 2. tit. *De his, quæ pertinent ad Sacramentum Ordinis*, statuit, ut qui prima Tonsura vult ini-

tiari, testimonium afferat; „ „ Spem esse se in clericalis Ordinis disciplina permansurum. Hoc vero testimonium a Parocho, aut ab eo Sacerdote habeat, cui ab Episcopo in disciplinam traditus est, postquam clericalis Ordinis suscipiendi animum, voluntatemque ei patefecit „ „.

De Orat. & Horis can. C. 7. N. 15. *Navarrus* „ „ magna laude dignos esse Episcopos, *scribit*, qui primam Tonsuram, & quatuor Minores non conferunt, nisi ei, qui per se, si fuerit adultus, aut per parentes, si puer, juraverit se velle ad Majores legitimo tempore ascendere „ „.

Ex his omnibus perspicuum est, quam absurda sit comparatio, quam instituit Auctor Anonymus inter electionem forensis officii, aut militiæ, vel aliarum vitæ civilis conditionum, & ingressum status ecclesiastici per primam Tonsuram; & quam sit non solum a christiana pietate, sed etiam a recta ratione alienum, propugnare, majorem conscientiæ puritatem in eo non requiri, qui in sacro illo statu Deo se devovet, quam in illo, qui Senator, medicus, vel miles fieri velit. De hujusmodi commenti absurditate ipse judicabis. Vale.

Lutetiæ Parisiorum

improbabilem opinionem, quæ lethalis peccati reum censet Clericum, qui virum aut feminam nobilem urbanitatis, vel negotii causa conveniens, ludentes invenit, nisi statim oculos avertat, sine mora e domo exeat.

Verum Regula, quam tradidi, ad illam speciem non pertinet. Ludi enim aleatorii spectatores non sunt, si proprie, & canonice loquamur, qui scientes volentes non adeunt domos, aut societates, in quibus alea luditur, aut in iis forte non morantur eo fine, ut hujusmodi ludo intersint; sed qui ex condicto, & deliberata voluntate, absque necessitate, eo se conferunt, ubi alea luditur, ut eo spectaculo avidos pascant oculos, quo Deus offenditur; qui ludentibus favent, iisque applaudunt, qui eorum cupiditate afficiuntur; qui denique præsentia sua ludis prohibitis conciliant auctoritatem. Hos autem graviter peccare scite dixi, cum in materia gravi transgrediantur Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos. Id a me probatum est ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. Canone 16. relato cap. *Clerici*, Extra, *De vita, & honestate Clericorum*; ex Glossa ibidem; ex cap. *Inter dilectos*, Extra, *De excessibus Prælatorum*, ex Novella 123. Justiniani Imp. ex Concilio Tridentino anteriora Ecclesiæ Decreta circa vitam, & honestatem Clericorum, & nominatim circa aleas, & lusus renovante Sessione 22. cap. 1. *De Reformatione*; ex Concilio Mediolanensi primo, & ex Mexicano, nec non ex S. Raymundi auctoritate. Horum verba cum protulerim in eo Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis tractatu, quem penes te habes, ea hic repetere superfluum foret. Addere possum ad cumulum

Concilium Senonense anno 1528. in Decretis morum, cap. 35. ubi de Clericis: „ A ludo (*inquit*) „ alearum, aliisque, qui a sorte pendent, abstineant; „ neque ludentium fautores, spectatores, aut testes „ existant „.

Concil. Narbonense anno 1551. Can. 18. „ „ Cum

exacti inter homines temporis Deo reddenda sit ratio, Clericosque (*imprimis*) divus Paulus moneat, ut quodcunque faciant in verbo, aut in opere, in nomine Domini nostri Jesu Christi faciant, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum, non ad oculum servientes, sed in simplicitate cordis timentes Deum; cumque eorum modestiam omnibus notam esse velit, innumeræ autem sordes ex aleis contrahantur; jubet hæc Synodus, ut tesseras, & omne aleæ genus, præsertim publice vitent; ludisque haudquaquam permissis non utantur, neque intersint, ne ut supra puniantur „„.

Colos. 3.

Concil. Aquense 1585. tit. *De vita, & honestate Clericorum*, cap. 9. „ Ne pagellis pictis, aut alea, aliove „ hujusmodi ludi genere ludant, aut ludentes spectent „.

Concil. Mechliniense 1607. tit. 18. *De vita, & honestate Clericorum*, cap. 6. „„ Et generaliter quæcunque a sacris Canonibus, præsertim Concilii Trid. de vita, & honestate, & modestia Clericorum retinenda, & simul de luxu, lusibus, & quibuscunque criminibus vitandis sancita sunt, eadem omnia sub iisdem poenis, tanquam hic repetita, hæc Synodus fieri mandat „„.

Statuta Siffridi Coloniensis Archiepiscopi, tit. De vita, & honestate Clericorum: *Item ad aleas, & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint.* Hæc statuta repetita sunt, & confirmata in Concilio provinciali Coloniensi anno 1310.

Synodus Nemausensis anni 1284. tit. De vita, & honestate Clericorum: *Ad aleas, & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint.*

Concilium Salzburgense 1420. cap. 4. „ Ad aleas „ etiam, & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis „ intersint, nec ludos tales in domibus suis exercere „ permittant „.

Synodus Carnotensis 1526. „ Clerici a ludo alearum, taxillorum, & similium, quæ in sorte pendent, „ sic abstineant, ut neque etiam aliis ludentibus fautores, aut testes intersint „.

Statuta synodalia Stephani Poncherii Parisiensis Epi-

Episcopi: *Clerici tabernas prorsus evitent... ac etiam aleas, taxillos, chartas... & ne ludere conspiciant, prohibemus.* Idem vetant Statuta synodalia illustrissimi, ac religiosissimi D. Antonii Ludovici de Noailles Archiepiscopi Parisiensis anno 1696. edita.

His adde Statuta synodalia Petri de Colle-medio Rothomagensis Archiepiscopi &c.

Quis grave peccatum esse neget, Leges Ecclesiæ sacratissimas, ac mandata violare, quam Christus a nobis audiri, eique obedientiam accuratissimam ut matri nostræ præstari jussit? Quis actiones permultas sæpe in Clericis gravia esse peccata inficietur, tametsi in laicis, vel nulla, vel levia peccata sint? Aleatorios ludos non modo SS. Patres, & Concilia damnant, non modo Imperatores, & Reges christianissimi legibus suis, & edictis prohibent, sed & gentiles ipsi; & hæretici bonis moribus contrarios pronuntiant. Ab iis ut Clericos averteret Ecclesia, non solum prohibuit, ne taxillis, aut chartis, aliisve hujusmodi ludis luderent, verum etiam ne ludentes spectarent; quemadmodum illis prohibuit ingressum popinarum, ut eos a crapula, & ebrietate penitus averteret, quæ graviora sunt in sacratis ministris, quam in secularibus, crimina. *Plures Episcopi tabernarum* ingressum sub poena *suspensionis ipso facto incurrenda* Clericis Dioecesium *suarum prohibent.* Insipiens, & temerarius est, qui saluberrimas illas Sanctiones nimiæ severitatis arguit. Sed ecce vir ecclesiasticus ab amico rure veniente invitatur, tabernam ingreditur, moderate bibit, popinam frequentare non solet, sobrius est; nullum forte scandalum inde ortum; numquid in suspensionem propterea non incurrit? Incurrit certe ipso facto, & lethale peccatum commisit hoc ipso, quod Episcopi sui Statuta violavit, ingressum tabernarum sub poena tam gravi prohibentia. Ludis aleatoriis non solum ludere, sed interesse, ac ludentes spectare, sub poenis gravissimis prohibent non unus, aut alter Episcopus, sed frequentia Concilia, etiam generalia; quis præva-

vari-

varicatores ſacrarum Sanctionum a gravi crimine excuſet? Quis vero temeritatis non damnet Anonymum Auctorem, & alios idem cum eo ſentientes, qui Canones illos vim legis amplius non habere effutiunt, nullumque ex illis de morali quæſtione judicium noſtris temporibus ſecure ferri poſſe? Quis non potius auſcultandum cenſeat ſacræ Synodo Tridentinæ, Seſſione 25. cap. 18. *De reformatione* declaranti, Fideles omnes, & maxime Clericos ad obſervantiam ſacrorum Canonum pro virili ſua parte adſtringi? *Sciant univerſi, ſacratiſſimos Canones exacte ab omnibus, & quoad fieri poterit indiſtincte obſervandos.*

Quis inconcuſſum illud S. Thomæ principium non amplectatur, 2. 2. qu. 97. art. 5. „ „ Si maneat ratio eadem, propter quam lex primo utilis erat, non conſuetudo legem, ſed lex conſuetudinem vincit „ „? At eadem ratio manet, propter quam Eccleſia in Conciliis frequentibus, generalibus, provincialibus, diœceſanis prohibuit Clericis non ſolum, ne taxillis, & chartis luderent, verum etiam, ne hujuſmodi ludis intereſſent, ac ludentes ſpectarent. Eamdem igitur vim habent Canones, quibus id vetitum, quæcunque conſuetudo, ſeu verius corruptela contra invaluerit.

quas non extinguitur charitas, de quibus judicium ferendum est ex adjunctis circumstantiis. Quamquam vero hanc exceptionem Apostolus non apposuerit, quæ aliunde satis intelligi potest, nemo nisi impius dixerit Apostolum in tradendis morum regulis modum excessisse. Grave peccatum in Clericis esse scripsi, alea ludere, aut ludentes spectare; regula generalis est in sacris Canonibus fundata; cujus applicatio ad singulares species ita facienda est, ut expendatur, num forte actionis circumstantiæ malitiam ejus minuant. Modum certe mihi non videor excessisse, cum secundum Canones pronuntiaverim sancti Spiritus auctoritate firmatos, & æternum victuros; assertionisque meæ Auctorem etiam habeam S. Raymundum, S. Carolum Borromæum, &c. Cæterum severitas in praxi hac in materia, & in similibus Moralis christianæ quæstionibus, severitas est, quam prudentia illuminat, pietas dirigit, atque huic S. Thomæ Regulæ consentanea omnino est: „„ Cum debemus aliquibus malis adhibere remedium, sive alienis, expedit ad hoc, ut securius remedium apponatur, quod supponatur id, quod est deterius; quia remedium, quod est efficax contra majus malum, multo magis est efficax contra minus malum „„. Vale, meique in sacrosancto Sacrificio memineris. 2. 2. qu. 60. art. 4. ad 3.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXIII.

Simoniæ peccatum nullo intercedente pacto committitur. Alias 45, quæ antea 23. erat, nunc 24.

CLARISSIMO VIRO ***

Firmiores, ac puriores Moralis Christianæ Regulas nostris temporibus impugnari, valde lugendum est. Gravissima hæc est in Ecclesia Dei tentatio, qua diabolus, & in errorem, & in omne genus vitiorum homines inducit. Ecclesiam malignantium sibi constituit Christi æmulus, & adversarius; & ecclesiasticos plerosque viros Simoniæ, ambitionis, avaritiæ laqueis implicatos, in eam pertrahit, cujus ipse caput est

est, malorum societatem, quod ut facilius assequatur, licitum esse persuadet, quod divinis, & ecclesiasticis legibus vetitum est. Antiqui illius Dei, & hominum hostis artibus fuisse delusum Anonymum summopere dolendum est, qui inter alias Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis Regulas hanc impugnat
Tomo 5. libro 2. cap. 7. pag. 465. traditam: „„ Simoniæ reus est, qui pro indigno ad obtinendum illi ecclesiasticum beneficium preces interpositas exaudit; vel qui preces pro digno quidem factas, sed tamen favoris humani, non meritorum rationem habet; vel qui pro se rogat, ut obtineat curam animarum „„. Hanc Regulam quoad singulas partes tradit S. Thomas, cujus doctrinam *tutissimam*, & *inconcussam* Sedes apostolica non semel pronuntiavit, Secunda secundæ quæstione centesima art. 5. in responsione ad tertiam objectionem, & in Quartam Sententiarum, dist. 25. qu. 3. art. 3. in responsione ad quartum argumentum. Eamdem confirmat sanctus Raymundus in Summa lib. 1. tit. 1. *De Simonia*, cap. 7. Doctoris angelici, & sancti Pœnitentiarii testimonia, & rationes protuli loco indicato.

His addo Sylvestrum Prieratem in Summa, verbo

rem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron... Hæc opinio non est dura humilibus, & parcis; & amatoribus sapientiæ, sed ambitiosis, & delitiosis, & non habentibus interiores virtutum delectationes... Non tolerantia Papæ excusat in his, quæ sunt prohibita quia mala. Nec inconvenit majorem partem Cleri beneficiati esse in malo statu, si vacat ambitioni, pompis, & lasciviis... Preces pro alio, si sit indignus, factum est simoniacum; si vero sit dignus, ipsum factum non est simoniacum; licet possit esse simonia in intentione, si non attendatur ad dignitatem personæ, sed ad humanum favorem „ „.

At, inquit Anonymus Auctor, opulenta Abbatia cupiditatem, ac ambitionem movet multo magis, quam parochiale beneficium, cujus redditus centum fere nummos non excedit. Qua igitur ratione simoniæ reus asseritur, qui parochialem Curam pro se petit, a simoniæ vero labe purgatur, qui pro se postulat beneficium simplex, etiam Abbatiam, cujus redditus annuus ad centum millia librarum ascendat?

Absit, ut cupiditatis, vel ambitionis artes, precesque ad ecclesiastica beneficia aucupanda ullatenus approbem; cujuscunque generis illa sint, sive curam animarum habentia, sive simplicia. Verumtamen cum illa, quibus animarum cura annexa est, singularem a Deo vocationem exigant in iis, qui illa suscipiunt, & dignioribus conferenda sint secundum Canones, sanctorumque Patrum, & S. Thomæ, ac celebriorum Theologorum sententiam, longe gravius (cæteris paribus) peccatum est in illa irrepere, ac se ingerere pro se rogando; quam in beneficia simplicia. Horrenda enim præsumptio est, cæteris existimare se digniorem, virtutibus præsertim, & charitatis ratione; gravis injustitia est, se dignioribus velle præponi. Quamobrem, qui pro se rogat, pro indigno rogat, vocatus a Deo non est: *Non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, tanquam fur, & latro.* Simplicis vero beneficii pro se postulationem pauperibus duntaxat Clericis permittunt SS. Thomas, & Ray-

mun-

mundus, secundum quos hanc Regulam statui libro Tomo 7. 3. Theologiæ Dogmaticæ, & Moralis, cap. 5. art. 24. „ numero septimam : „ Qui pro se beneficium eccle„ siasticum sine cura animarum petit ad inopiam sub„ levandam, non est reus ambitus „. Id enim spectatur velut supplementum tituli, qui ad congruam, & honestam Clerici sustentationem non sufficit.

Frustra vero Anonymus objicit, Simoniam rei spiritualis emptionem esse pro temporali, adeoque nullam esse Simoniam, ubi simplices preces intercedunt; aut ubi propter solam amici commendationem, nullo intercedente pacto, vel formali, vel tacito, beneficium confertur.

Triplex enim genus muneris, quo fit, ut rei spiritualis collatio non sit mere gratuita, S. Thomas, & omnes cum eo Theologi, & juris Canonici periti vulgo distinguunt, scilicet *Munus a manu, munus a lingua, munus ab obsequio.* Munus a manu, pecuniam, & quæcunque pecunia æstimari possunt; munus a lingua, laudem humanam, adulationes, preces, commendationes; munus ab obsequio genus omne obsequii, & officii complectitur. Nec arbitraria hæc di-

peccatorum expungenda esset simonia mentalis. Et eo quidem collineare videtur Auctoris Anonymi conatus, ut nulla agnoscatur, nisi forte in illis, qui ita rudes, ac stolidi fuerint, ut artem dirigendi intentionem nesciant. Nec attendit: „ Ea, quæ constat „ esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi „ bono fine, nulla velut bona intentione facienda „; *ut docet* S. August. lib. *Contra Mendacium*, cap. 7.

Nec sequitur, quod infert Anonymus ille Auctor, eos, qui beneficia ecclesiastica pro se postularunt, & humanis rationibus, nulla meritorum habita ratione, obtinuerunt, vel contulerunt, in Censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas canonicas incurrisse, aut beneficia, sic impetrata devolutis esse obnoxia. Cum enim ad simoniæ mentalis genus crimen istud pertineat, ecclesiasticis pœnis in simoniacos latis non subjacet, quæ ne conventionalis quidem, sed realis duntaxat simoniæ reos afficiunt; cum scilicet ita de pecunia, seu re pretio æstimabili pro spirituali danda expresse, vel tacite conventum est, ut ex una saltem parte conditio impleta sit. Quod libro 2. *Theologiæ Moralis*, in Tract. De Ordine, Tomo 5. cap. 7. Regula 42. probatum a me, & explicatum est. Verum quamvis in foro exteriori cogi non possit ad beneficium ejurandum, aut eo privari per sententiam ecclesiastici judicis, sive jure devoluto ab eo excidere, qui aliquo munere, seu a manu, seu a lingua, seu ab obsequio in illud irrepsit nullo intercedente pacto, nulla conventione; secundum fori tamen interioris leges tenetur ad resignandum, sive dimittendum beneficium in manu Collatoris, si animo proposuerit rem temporalem pro spirituali dare. Id Regula sequenti probavi; quæ quidem etsi severa cupiditati videatur, nec nova tamen, nec singularis est, cum sententia sit Henrici Gandavensis, Quodlibeto 6. Adriani VI. Quodlibeto 9. Dominici Soto lib. 9. De justitia & jure, quæst. 8. art. 1. Bartholomæi Medinæ in Summa libr. 1. cap. 14. §. 2. Joannis Medinæ quæst. *De acquisitis per usuram*, Estii in quartum sententiarum,

dist. 15. §. 18. & Silvii in 2. 2. qu. 99. art. 6. dubio 1. Estii unius verba describo.

„ „ Ex jam dicta ratione (*inquit*) videtur & illud consequens, mentalem, quam vocant, simoniam cum opere subsecuto restitutioni obnoxiam esse, v. gr. Si quis non expresse paciscatur de pretio, sed munus quasi liberaliter offerat, mente tamen simoniaca, qua intendat munere tanquam pretio beneficium sibi comparare, is obnoxius sit restitutioni, quia tali modo beneficii possessor fieri non potest, nihilo magis quam si expressa pactio intercederet. Idque confirmari potest ex simili. Nam qui ea mente dat mutuum, ut aliquid speret ultra sortem; usuram mente committit, & ad restitutionem tenetur ejus, quod tali intentione acceperit, etiamsi expressa conventio non antecesserit; quemadmodum ex Urbano III. decretum habemus *Extra.* De Usuris, *cap.* Consuluit; quare idem omnino de mentali simonia sentiendum videtur. Atque ita sentiunt Adrianus VI. & Dominicus, reclamantibus licet plerisque Canonum Doctoribus „ „.

„ „ Neque obstat huic sententiæ rescriptum Gre- [redacted]

mentalem simoniam commiserunt, suo satisfaciant Creatori. Eadem ratione Innocentius III. ejus tituli cap. *Tua*, tales apud districtum judicem Deum culpabiles judicari pronuntiat, neque ipse aliam pœnam addit; *Quia* (inquit) *nobis datum est de manifestis tantummodo judicare.* Gregorius autem primus, a cujus sententia non est verisimile Gregorium IX. voluisse recedere, apud Gratianum 1. qu. 1. Can. *Si quis*, aperte dicit, eum, qui fraudulento munusculo dignitatem aliquam ecclesiasticam acceperit, eumque insperata mors pœnitentem non invenerit, proculdubio in æternum periturum. Quo loco fraudulentum munusculum intelligitur, quod sine pacto expresso quasi liberaliter datum est; quemadmodum illud recte Glossa interpretatur. Vult ergo Gregorius mentalem simoniam cum opere subsecuto, sub pœna æternæ damnationis esse restitutioni obnoxiam. Nec plane apparet, S. Thomam in diversa esse sententia articulo sexto ad sextum. Quamvis enim Cajetanus sic eum intellexerit, Dominicus tamen locutum eum interpretatur de simoniaco mentali, qui intendit quidem dare, aut accipere aliquid, non tamen dedit, aut accepit „„.

Non sequitur etiam, quod infert rursus Anonymus simoniæ reum esse collatorem, qui ex duobus ecclesiastici beneficii candidatis æqualium meritorum, illi beneficium confert, qui ab amico commendatur; siquidem ratio principalis, cur beneficium isti conferat, non est commendatio, aut propositum amico gratificandi. Ubi enim paria merita sunt, unus alteri sine injustitia, & sine peccato acceptionis personarum præponi potest; & vero necesse est, uni præ alium beneficium conferatur, quod sine divisione, & diminutione conferendum sacri Canones statuunt. Vale, meique ad Altare Domini in Sacrificio pretii nostri memineris.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXIV.

Alias 30. quæ autem 24. erat, nunc 41.

Qui beneficium simplex habet per se ad honestam sustentationem insufficiens, illud dimittere non tenetur, cum pinguius beneficium, ac per se sufficiens adeptus fuerit.

CLARISSIMO VIRO *** INSIGNIS ECCLESIÆ *** CANONICO.

Intentionis tuæ puritatem, conscientiæque teneritudinem plurimum laudo, quæ te impulit, ut subjectam quæstionem mihi proponeres, consiliumque de illa rogares meum. Beneficium ecclesiasticum simplex antehac habebas, ad vitam quidem honeste sustentandam insufficiens, valoris scilicet ducentarum duntaxat libellarum annui redditus. Collatus nuper tibi est ab illustrissimo Episcopo *** optimus Canonicatus, qui ad honestam vitæ, statusque tui sustentationem solus, ac per se sufficiat. Quæris utrum primum beneficium simplex ejurare, ac dimittere tenearis? Sacerdotem regularem conscientiæ Moderatorem tuæ ea de re tibi scrupulum movisse scribis, quod ea mens sacræ Synodi Tridentinæ fuisse videa-

sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque residentiam non requirat, eidem conferri „ „. Nec valet optimi Sacerdotis ratiocinium a paritate rationis (ut illi quidem videtur) informatum. Ratio enim discriminis inter utramque speciem hæc est, quod primi beneficii ad honestam sustentationem per se sufficientis possessor, ad alterius impetrationem ex avaritia, vel ambitione impelli videatur; quæ præcipuæ rationes sunt, cur prohibita sit beneficiorum pluralitas, cap. *Cum jam dudum*, Extr. *De Prabendis*, *& Dignitatibus*. At vero unius beneficii ad vitam suam honeste sustentandam minime sufficientis possessor juste appetit alterum ad honestam sui sustentationem. Et quamvis accidat, ut secundum per se sufficiat, illud tamen impetrando non peccat, cum auctoritate Concilii generalis juvetur; nec privatione primi, quod insufficiens erat, mulctandus est, cum Ecclesiæ lex id permittat, & quod legitime factum est, nullam pœnam mereatur. Primum itaque beneficium per se insufficiens, nec personalem exigens residentiam, tuta conscientia retinere potes cum Canonicatu. Sic respondet vir juris canonici consultissimus, & laxiorum opinionum impugnator acerrimus Prosper Fagnanus in cap. *Cum jam dudum*, Extra. *De Prabendis*, *& Dignitatibus*, qu. 4. n. 55. Favet enim Barbosa in Collectan. Doct. in Conc. Trid. Sess. 24. de Reform. cap. 17. num. 4. Vale, & utriusque beneficii fructibus ita utere, ut fidelem dispensatorem decet, superflua in pios usus erogans. Mei vero ad Altare Domini memineris.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXV.

Episcopus ad Capituli sui Visitationem non tenetur sibi adjungere duos ex ejusdem Capituli gremio Canonicos, aut dignitates. Alias 13. quæ autem 24. erat, nunc 16.

CLARISSIMO VIRO ***

Quantum tibi debeam ob tuam de me opinionem, ac singularem in me, resque meas benevolæ vo-

voluntatis propensionem, satis exprimere non possum, nec pro meritis gratias agere. Obsequii duntaxat mei specimen occasione data exhibere valeo. De quæstione, quam proposuisti, hæc mea sententia est: Episcopum ad sui capituli visitationem non teneri sibi adjungere duos ex ejusdem capituli gremio Canonicos, vel dignitates; imo aliquos extra capitulum assumere posse, si ita ipsi videatur. Tridentini scilicet Concilii sess. 6. cap. 4. *De Reformatione*, datur Episcopis facultas visitandi, & corrigendi capitula cathedralium Ecclesiarum, illorumque personas, *per se ipsos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones &c.* Hæc porro verba rem totam permittunt arbitrio Episcopi, ut videlicet nemine capitularium adjuncto visitationem capituli peragat, aut etiam aliquos extra capituli corpus sibi hoc in negotio adjungat. Ita respondit sacra Congregatio Concilii Interpres, cujus sententiam approbavit Gregorius XIII, ut Fagnanus refert ad cap. *Ut juxta*, Ext. *De officio ordinarii.* Derogavit porro sacra Synodus capiti, *Irrefragabili*, sub eodem titulo, quatenus statuit „„ Ut excessus Canonicorum cathedralis Ecclesiæ, qui consueverunt corrigi per capitulum, per ipsum

duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus Vicarius, tam in formando processu, quam in cæteris omnibus actibus, usque ad finem causæ inclusive, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alteri Episcopo accedere. Quod si ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant; & si in electione tertii etiam discordent, ad viciniorem Episcopum electio devolvatur; & juxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur; alias processus, & inde secuta nulla sint; nullosque producant juris effectus. „ „ In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in Decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur „ „. Vale, meique tui observantissimum semper dilige.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXVI.

Utrum Episcopus vagam, & indefinitam licentiam concedere possit Abbatissæ, admittendi intra septa sui Monasterii pro libito, & absque necessitate, personas omnis sexus, ætatis, & conditionis; & utrum personæ prætextu hujusmodi licentiæ ingressæ, & Abbatissa, quæ illas admisit, excommunicatæ sint ipso facto. Alias 19. quæ autem 19. erat, nunc 17.

VENERABILI SACERDOTI SANCTIMONIALIUM *** CONFESSARIO.

Consilium meum, sententiamque rogas de subjectis conscientiæ casibus, urgesque comiter, ut

ſine mora reſpondeam. Studia igitur mea intermitto ad horam, ut tibi faciam ſatis.

Quæris primo, utrum Epiſcopus licentiam vagam, & indefinitam concedere potuerit Abbatiſſæ Diœceſis ſuæ introducendi pro arbitrio, ſine cauſa, & neceſſitate, intra ſepta monaſterii ſui perſonas extraneas omnis generis, ſexus, ætatis, conditionis diu, noctuque; illas ad mediam noctem uſque retinendi, permittendi etiam, ut in monaſterii ipſius interioribus ædibus manducent, & dormiant.

Quæris ſecundo, utrum Abbatiſſa, quæ licentia Epiſcopi abutitur, & perſonæ, quæ ſine cauſa neceſſaria ingreſſæ ſunt ſepta monaſterii, vaga illa, & indefinita Epiſcopi licentia fretæ, in excommunicationem ipſo facto incurrerint.

Ad primam quæſtionem reſpondeo, incredibile videri, Epiſcopum licentiam ſuperius enuntiatam Abbatiſſæ ſuæ Diœceſis conceſſiſſe. Religioſiſſimi Præſules Eccleſiæ Regulas, & Decreta, poteſtatem ſuam, officiaque melius norunt, quam ut licentiam adeo exorbitantem ſacris Canonibus, & Decretis eccleſiaſticis adeo periculoſam, diſciplinæ regulari adeo repugnantem, adeo ſcandaloſam concedant. Ipſis nam-

Sanctiſſimam hanc diſciplinam Decreto ſuo firmavit Tridentina Synodus ſeſſ. 25. *De Regularibus, & Monialibus*, cap. 5. „„ Ingredi autem (*inquit*) intra ſepta monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit; ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſariis „„.

Id ipſum confirmarunt Concilia provincialia poſt Tridentinum celebrata: Mediolanenſe 1. P. 3. tit. *De Clauſura*; Toletanum anno 1566. Actione 3. Decreto 25. tit. *De Monialibus*; Rothomagenſe anno 1581. tit. *De Monaſteriis*, n. 27. Mediolanenſe ſextum tit. 30. Rhemenſe 1583. tit. *De Regularibus, & eorum Monaſteriis*, num. 12. Aquenſe 1585. Toloſanum 1590. 1. P. cap. 7. n. 5. &c. Gregorius XIII. Conſtitutione, quæ incipit, *Ubi gratia*, idem confirmat, gravioribus pœnis latis. „„ Quin etiam ſub iiſdem pœnis (*excommunicationis*) ipſo facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac etiam ordinum quorumcunque, etiam Mendicantium, Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex Decreto Concilii Trident. poteſtas tribuitur, ne monaſteria ipſa monialium pro libito, ſed neceſſitatibus urgentibus duntaxat ingredi, neque moniales, ſub eiſdem pœnis, illas aliter admittere præſumant „„.

Concilium Mediolanenſe 5. anno 1579. P. 3. titulo *Quæ ad Moniales pertinent*, hanc Gregorii XIII. Conſtitutionem executioni mandari jubet. „„ Caveant, qui ab Epiſcopo, Superioreve facultatem habent ingrediendi monaſterium, ne pro libito intra ejus ſepta datæ facultatis prætextu ingrediantur, ſed tum ſolum cum urgens neceſſitas depoſcet; ut ne ex ſanctiſſimi Pontificis Gregorii XIII. ſanctione excommunicatio-

facto non incurrisse, si bona fide ...
scopum licentiam superius enuntiatam conc
tuisse; & Abbatissa, vel ipsemet, facultatei
ptis ab Episcopo obtinuerint, nec ea fueri
extendendo vagam, & indefinitam licenti
quam Episcopus esset verisimiliter concessur
pernoctando intra septa monasterii, vel a
multam usque ibi permanendo, & cum M
comedendo. Excommunicatio enim ipso
in specie in eos solum a Tridentina Synod
qui *sine Episcopi, vel Superioris licentia in f*
tenta, septa monasterii ingressi fuerint. Co
quidem Gregorii XIII. excommunicantur
omnes, & quæcunque personæ ecclesiasti
culares, ac etiam Ordinum quorumvis I
quæ prætextu licentiarum ab Episcopis, ve
ribus concessarum, monasteria Monialium
& nulla necessitate urgente ingressæ fuerin
niales, quæ ipsas aliter admiserint. Verum
tia invincibilis Constitutionis illius, quæ
promulgata non fuit, Abbatissam, & pers
dictas ab excommunicatione incurrenda ex
tueri potuit. Excommunicatio enim solos
ces ligat; contumacia porro monitionem
... legis ecclesiasticæ, siv

ſtatem, ac licentiam habere ſe præſumpſerit, aut verbotenus habuerit ab Epiſcopo admittendi intra ſepta monaſterii ſui, pro libito, quas perſonas vellet, quando, & quotieſcunque vellet.

Cæterum poſtquam Abbatiſſa, & perſonæ ſupra dictæ a Confeſſariis ſuis, ſeu aliis viris doctis didicerint, leges & Decreta Eccleſiæ, quæ ſuperius a nobis prolata ſunt, prohibere perſonis quibuſcunque ingreſſum in monaſteria Monialium ſine cauſa neceſſaria, & urgente, etiam prætextu licentiæ ab Epiſcopo, vel aliis Superioribus conceſſæ, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, & ſub eadem pœna vetare Abbatiſſis, ne illas admittant; abſtinere debent illæ ab ingreſſu, iſtæ ab admiſſione, & introductione, qualemcunque licentiam generalem ab Epiſcopo obtinuerint, niſi cauſa juſta, & neceſſaria urgeat; alioquin mortalis peccati reæ erunt, & in periculum excommunicationis ipſo facto incurrendæ incident. Vale, meque Deo in ſacroſancto Altaris Sacrificio commenda.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XXVII.

Epiſcopus ſtatuere poteſt, ut Parochi ne per hebdomadam quidem a Parochiis ſuis abſint abſque ſua licentia. Alias 83. quæ autem 27. erat, nunc 18.

CLARISSIMO VIRO ***

Ab illuſtriſſimo, & religioſiſſimo Epiſcopo N. ſtatutum ſcribis, ut parochorum Diœceſis illius nemini liceat, vel per hebdomadam a parochia ſibi commiſſa abeſſe ſine ejuſdem Epiſcopi licentia in ſcriptis, ſub pœna ſuſpenſionis, durum ſtatutum vocas; quæris an Concilio Trident. non repugnet, ea quæ de reſidentia Epiſcoporum conſtituta ſunt Seſſ. 23. cap. 1. ad Curatos extendenti. Epiſcopi autem (inquis) duos aut tres menſes abeſſe poſſunt ab Eccleſiis ſuis abſque licentia Metropolitani, & abſque probatione cauſæ, cujus æquitatem eorum conſcientiæ permittit, judicioque Dei relinquit ſacra Synodus. Quamob-

obrem eodem jure Curatos uti posse tibi videtur. Addis, casus repentinos occurrere posse, in quibus temporis angustiæ non permittant ad Episcopum scribere, ac responsum expectare, & rogas, utrum in illis casibus incurrat in suspensionem, qui sine licentia per hebdomadam abfuerit.

Mea de proposita quæstione sententia est, Episcopum id statuere potuisse; Decretum ejus durum videri non debere, sed prudens, salubre, suave, ecclesiasticæ disciplinæ, & Concilii Trid. Decretis prorsus congruum; quod etsi parem non residentium parochorum conditionem esse sanciverit, ac declaraverit, *etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas;* continenter addidit: „„ Ita tamen ut quandocunque eos causa prius per Episcopum cognita & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant „ „. Abesse igitur non possunt parochi a suis Ecclesiis quandocunque, nisi cum licentia Episcopi in scriptis. 2. Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum relinquere debent. 3. Hæc licentia ultra bimestre tempus concedi non debet nisi ex gravi causa.

Hinc sacra Congregatio Concilii Trid. Interpres declaravit, parochos non posse, etiam per duos menses, imo nec per hebdomadam abesse absque licentia Episcopi, quæ causa cognita, & in scriptis concedatur. Et alias rogata, an valeat constitutio Episcopi vetans, ne parochi absint ultra duos dies sine sua licentia, respondit, *Valere.* Quin etiam cum Episcopus Brixiensis editurus esset constitutionem prohibentem, ne ullus Curatus a sua parochia abesset, vel unicum diem sine ejus licentia, sub mulcta pecuniaria, & parochi illius Diœcesis dubitassent, utrum id liceret Episcopo, cum ex Concilio cap. 1. Sess. 23. qui paullisper abest a sua Diœcesi non videatur abesse; sacra Congregatio censuit, Statutum illud non fore

con-

contra Concilium, quod videtur velle, ne possit Rector paululum abesse absque licentia Episcopi, etiam per unum diem. Si tamen hujusmodi constitutio absque aliquo temperamento edatur, sacram Congregationem effecturam, ut Episcopus det potestatem alicui ex Vicariis suis foraneis, ut hujusmodi licentiam rogantibus concedat. Si quis autem ex gravi causa, repentina, & ita urgente, ut non potuerit petere licentiam, a sua parochia abfuerit, quantocius redire debet ad residentiam; & cum primum potuerit, Episcopum de absentia sua, & absentiæ causis certiorem facere; cujus est judicare, num absentiæ causa legitima, an impotentia, vel difficultas petendi licentiam vera, an simulata fuerit. Si enim causa necessaria, & urgentissima non fuerit, aut necessaria quidem, & legitima, propter quam Episcopus facultatem discedendi concessurus fuisset; sed tamen non fuerit petita, & expectata, cum peti, & expectari facile potuisset, parochum, qui sine licentia sua discessit, suspendere, vel alia poena canonica mulctare poterit Episcopus. Vale, mei tuis in Sacrificiis memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXVIII.

Episcopus jure negat Parocho facultatem studium Theologicum, seu licentiam in aliqua Universitate decurrendi. Alias 24. quæ autem 28. erat, nunc 8.

CLARISSIMO VIRO ***

Gratulandum est illustrissimo, & religiosissimo Episcopo N. de zelo, quo Dominus cor illius accendit; præsertim vero de constanti animo in promovenda sacrorum Canonum de residentia parochorum observantia. Jure negat ejus amplitudo parocho Ecclesiæ N. facultatem studium Theologicum, seu licentiam decurrendi in Academia, cujus inter Baccalaureos cooptatus erat, antequam illi parochiale beneficium conferret. Quamvis enim similes dispensationes concedendi potestas olim Episcopis conveniret ex cap. *Cum ex eo*, tit. *De electione* in sexto; Concilii

iam, sed simpliciter dicit: *Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis apostolicæ Delegati; eos ad id opportunis remediis compellant.*

II. Licentiam concionandi regularibus concedere potest Episcopus, sine qua concionari non possunt in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt. Si vero concionator errores, aut scandala disseminaverit in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicet; quod si hæreses prædicaverit, contra eum agere potest tanquam Sedis apostolicæ Delegatus, exemptione quacunque regularium non obstante (ex Concilio Trid. Sess. 5. cap. 2.) Prædicandi licentiam regularibus concedere pariter potest Vicarius Episcopi, & in prædicantes hæresim animadvertere, quia hæc facultas jure ordinario competebat Episcopo ante Concilium, ut constat ex cap. *Excommunicamus* 1. Extra. *De Hæreticis*, §. *Qui vero.* Sed tamen contra concionatorem exemptum agere non potest Vicarius generalis Episcopi, nisi speciali mandato delegatus, quia Episcopus in exemptos jure

rum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur; nemini quoad hoc privilegio, vel exemptione quacunque suffragante „ „. Hæc facultas in Vicarium generalem Episcopi transit, si Ecclesiæ parochiales non sint exemptæ. Hæc enim Vicariorum deputatio jure ordinario spectabat ad Episcopum ante Concilium, ut constat ex cap. *Cum ex eo*, §. *Porro*, tit. *De electione*, in sexto. Si vero Ecclesiæ exemptæ sint, facultas illa non transit in Vicarium sine speciali delegatione; quia eo casu sacra Synodus Episcopum agere jubet *tanquam in hac parte a Sede apostolica delegatum*.

IV. Episcopus Regulares extra monasterium degentes, quovis privilegio munitos, si deliquerint tanquam Sedis apostolicæ delegatus visitare, punire, & corrigere potest, ex Trid. Concilio Sess. 5. cap. 3. Hæc porro facultas in Vicarium generalem Episcopi non transfunditur, nisi speciali mandato sit ab ipso delegatus; siquidem jure ordinario caret Episcopus hac potestate, quæ ipsi convenit in eos duntaxat, qui non sunt exempti, ut colligitur ex cap. *Quanto*, & cap. *Licet*, Extra. *De Officio Ordinarii*. Quamobrem Concilium hoc loco non utitur dictione, *etiam*, sed hanc potestatem tribuit simpliciter Episcopo tanquam Sedis apostolicæ Delegato. „ „ Nemo secularis Clericus cujusvis personalis, vel regularis extra monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu tunc censeatur, quominus, si deliquerit, ab Ordinario loci tanquam super hoc a Sede apostolica Delegato, secundum canonicas Sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat „ „.

V. Episcopus in Ecclesia sua residens de surreptione, & obreptione gratiæ, quæ super absolutione publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam reus per eum condemnatus fuerat, falsis precibus impetratur, cognoscere potest tanquam Sedis apostolicæ delegatus, ex Concilio Trid. sess. 13. cap. 5. Hujus tamen cau-

sæ cognitionem suscipere non potest Vicarius generalis Episcopi. Hæc enim facultas, prius Episcopo non competens, illi tribuitur, ut *per seipsum tanquam Sedis apostolicæ Delegatus, etiam summarie, cognoscat, ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitime constiterit, non admittat.* Quamobrem pars hæc jurisdictionis non transit in Vicarium generalem Episcopi, sed nec eidem speciali mandato committi ab ipso potest. Illa enim verba, *per seipsum*, electam demonstrant personæ industriam, & causam delegari non posse.

VI. Episcopus in Ecclesia sua residens, quoscunque *seculares Clericos, qualitercunque exemptos, qui alias suæ jurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquam ad hoc Sedis apostolicæ Delegatus, corrigendi, & castigandi facultatem habet*, ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 4. Sed non transfunditur hæc facultas in Vicarium Episcopi per ejus institutionem, ac generale mandatum. Ibi enim constituitur Episcopus summi Pontificis Delegatus in his, quæ non poterat ante Concilium, ut constat ex cap. *Irrefragabili*, Extr. *De officio judicis ordinarii.* Delegari tamen potest Vicario generali ab Episcopo facultas agendi in hujusmodi negotio; siquidem non est ipsi Episcopo demandata verbis designantibus electam esse personæ industriam.

VII. In Ecclesiis cathedralibus, & Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur; „ Tertiam partem fructuum, & quorumcunque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum, separari oportet, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros divinis interessentes, proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Sedis apostolicæ Delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur. " non obstantibus exemptionibus, &c.

&c. crescenteque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere juxta juris, & sacrorum Canonum dispositionem „ „ (ex Decreto sacri Concilii Trid. sess. 21. cap. 3. quod Sess. 23. confirmatur.) Hæc facultas competit & Vicario generali Episcopi in capitulis non exemptis, quam jure communi in illis exercebant Præsules ante Concilium; sed non competit Episcopi Vicario in capitulis exemptis, in quibus ipsi Episcopo non competebat. Ideo Concilium his locis utitur dictione, *etiam*, quæ innuit, Episcopum aliquando agere debere jure delegato, respectu scilicet exemptionum, quibus utrobique sancta Synodus in fine laudatorum capitum derogavit; sed tamen posse etiam aliquando agere jure ordinario respectu capitulorum, quæ nulla immunitate, aut privilegio donata sunt.

VIII. „„ Episcopi, etiam tanquam apostolicæ Sedis Delegati, in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis administrandis, & cultui divino peragendo, *cogere possunt* Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Constitutionis Alexandri III. quæ incipit: *Ad Audientiam*, constituere possunt „ „ (ex Decreto Concilii Trid. sess. 21. cap. 4.) Hæc facultas cum Vicario generali Episcopi communicatur, quia jure ordinario Episcopo competit. Unde sacrum Concilium voce, *etiam*, utitur, quæ jurisdictionem ordinariam supponit: *Episcopi, etiam tanquam Sedis apostolicæ Delegati, &c.*

IX. Episcopi commendata monasteria, etiam Abbatias, Prioratus, & præposituras, in quibus non viget

regularis obſervantia, nec non beneficia tam curata, quam non curata ſecularia, & regularia, qualitercunque commendata, etiam exempta, *etiam tanquam Sedis apoſtolicæ Delegati* annis ſingulis viſitare poſſunt (ex Decreto Concilii Trid. ſeſſ. 21. cap. 8.) Vicarius generalis Epiſcopi hanc juriſdictionis partem exercere poteſt in monaſteriis, & beneficiis Epiſcopo jure ordinario ſubjectis; ſed in exemptis exercere non poteſt vi iſtius Decreti, niſi ab Epiſcopo ſpeciali mandato delegetur. Ideo ſacra Congregatio Concilii cenſuit, ſi Epiſcopus viſitare velit vi capitis quarti Seſſionis ſextæ, debere id perſonaliter agere, quia Concilium ait: *Per ſeipſos ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adjunctis.* Si vero vi aliorum Concilii Decretorum ſacram Viſitationem obire velit, per Vicarium ſuum generalem, aut Viſitatorem id exequi poſſe, modo legitime fuerit impeditus, ut permittit Concilii ſeſſ. 24. cap. 3. etiamſi de viſitatione exemptorum ageretur juxta caput 8. Seſſ. 21. cum dictum caput tertium has in ſpecie exemptiones tollat his verbis: *Non obſtantibus quacunque conſuetudine etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuſque.*

[redacted]

data ſibi a ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam ut delegati Sedis Apoſtolicæ prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant; atque ad ea inviolate ſervanda cenſuris eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant „ „. Hæc poteſtas, quam jure ordinario Epiſcopi exercent reſpectu ſecularium, & eorum, qui non ſunt exempti, in Vicarios generales transfunditur. At reſpectu exemptorum auctoritate delegata, uti debent, quam Vicariis ſuis generalibus demandare poſſunt, cum exemptiones nemini his in caſibus ſuffragentur; *Non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcunque.*

XII. Epiſcopi, *etiam tanquam Sedis apoſtolicæ delegati*, jus habent viſitandi hoſpitalia, collegia quæcunque, & confraternitates laicorum, & pia loca omnia, etiamſi illorum cura ad laicos pertineat, *atque eadem pia loca exemptionis privilegio ſint munita*; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, *ex officio ſuo, juxta ſacrorum Canonum ſtatuta* cognoſcendi, & exequendi: *Non obſtantibus quacunque conſuetudine etiam immemorabili, privilegio, aut ſtatuto* (ex Decreto Concilii Trid. ſeſſ. 22. cap. 8.) Hæc facultas ordinario jure competens Epiſcopo, in Vicarium illius generalem transfunditur.

XIII. Epiſcopus, *etiam tanquam delegatus Sedis apoſtolicæ*, notariorum capacitatem ſcrutari poteſt. Quæ poteſtas cum jure ordinario competeret Epiſcopo ante Concilium Trid. ut innuit dictio, *etiam*, huic Decreto ſeſſionis 22. cap. 10. adjecta, in Vicarium generalem Epiſcopi ſine ſpeciali mandato transfunditur.

XIV. Epiſcopi „ „ Eccleſias quaſcunque, quomodolibet exemptas auctoritate apoſtolica ſingulis annis viſitare tenentur, & opportunis juris remediis providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur; & cura animarum ſi qua illius immineat, aliiſque debitis obſequiis minime fraudentur appellationibus, conſuetudinibus, privilegiis, & penitus excluſis „ „ (ex De-

creto Concilii Trid. ſeſſ. 7. de reformatione, cap. 8.) In omnibus etiam iis, quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, „„ Jus, & poteſtatem habent Epiſcopi, etiam tanquam Sedis apoſtolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi juxta Canonum ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum emendatione, ac Diœceſis ſuæ utilitate neceſſaria videbuntur „„; exemptionibus non impedientibus (ex ejuſdem Concilii Decreto, ſeſſ. 24. cap. 10.) In his duobus Decretis Concilium promiſcue loquitur tam de exemptis quam de non exemptis. Quamobrem hac utitur loquendi ratione: *Auctoritate apoſtolica.., etiam tanquam Sedis apoſtolicæ Delegati*. Quoad Eccleſias ſcilicet, ac perſonas ſibi ſubditas uti poteſt Epiſcopus auctoritate ordinaria, quæ cum Vicario generali communicatur; quoad exemptas vero delegata duntaxat, quæ Vicario non competit ex generali mandato, quamvis illi ſpeciatim demandari poſſit.

XV. Eccleſiæ ſeculares nullius Diœceſis, ab Epiſcopo, cujus cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet; alioquin ab eo, qui ſemel in Concilio pro-

pis præcipit sess. 25. *De Regularibus*, cap. 5. „„ Ut in omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis vero Sedis apostolicæ auctoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui; & ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores per Censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione seposita, compescentes „„. Et cap. 9. Sessionis ejusdem statuit, ut *Monasteria Sanctimonialium sanctæ Sedi apostolicæ immediate subjecta, ab Episcopis tanquam dictæ Sedis Delegatis, gubernentur.* Jus, & potestas, quæ competunt Episcopo in monasteriis Monialium, illi jure ordinario subjectis quoad clausuram competit & ejus Vicario generali; in exemptis vero non competit, nisi ei speciatim ab Episcopo demandetur. In monasteriis etiam Sedi apostolicæ immediate subjectis nullam exercere jurisdictionem Vicarius generalis potest sine speciali Episcopi mandato.

XVII. Accessiones per viam unionis factas a quadraginta annis citra, de beneficiis liberis ad Ecclesias jurispatronatui etiam laicorum subjectas, tam ad parochiales, quam ad alia quæcunque beneficia etiam simplicia, Tridentina Synodus sess. 25. *De Reformatione*, cap. 9. „„ Nihilominus ab Ordinariis, tanquam a Sede apostolica Delegatis, revideri, ac examinari, *statuit*, ac quæ per surreptionem obtentæ fuerunt, simul cum unionibus irritas declarari, ut beneficia ipsa separentur, & aliis conferantur „„. Decrevit insuper, ut Patronatus quicunque in Ecclesiis quibuscunque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisitis a quadraginta annis citra, & in futurum acquirendis, seu ex augmento dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis apostolicæ: „„ Ab iisdem Ordinariis, ut Delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter cognoscantur; & quos non repererint ob maxime evidentem Ecclesiæ, vel beneficii, seu Dignitatis necessita-

ſitatem legitime conſtitutos eſſe, in totum revocent; atque beneficia hujuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto Patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant „„.

De his cauſis judicare non poteſt Vicarius generalis, niſi ſit ab Epiſcopo ſpeciatim ad hoc delegatus; cum has facultates Epiſcopus jure ordinario non habeat, ut conſtat ex Clementina, *Romani*, tit. *De Electione*; & propterea Concilium tribuat Epiſcopo hanc facultatem ſimpliciter tanquam Sedis apoſtolicæ Delegato, abſque adjectione particulæ, *Etiam.*

XVIII. Epiſcopus, *etiam uti Sedis apoſtolicæ Delegatus* in concubinarios Clericos agere poteſt, eos a beneficiorum adminiſtratione ſuſpendere, & ſi ita ſuſpenſi concubinas non expellant, beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus eccleſiaſticis quibuſcunque perpetuo privare (ex Concilio Trid. ſeſſ. 25. *De Reformatione* cap. 14.) Hæc facultas in Vicarium generalem Epiſcopi tranſit, quoad non exemptos, quia & ante Concilium poterat Epiſcopus jure ordinario in concubinarios animadvertere, ut conſtat ex cap. *Cum multis*, & ſeq. Extra. *De cohabitatione Cle-*

XX. In omnibus quidem, quæ voluntariam jurisdictionem, & ordinariam spectant, Vicarius generalis vices gerit Episcopi. Excipienda tamen est beneficiorum collatio: Vicarius enim generalis beneficia conferre non potest, quorum collatio ad Episcopum pertinet, nisi hæc illi facultas speciali mandato concessa sit, ut constat ex cap. *Cum in generali*, tit. *De officio Vicarii*, in sexto, cujus hæc sunt verba: „„ Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quæ non esset quis verosimiliter concessurus; nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa: Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre non possunt, nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa „„. Potest tamen Vicarius Episcopi præsentatos a Patronis instituere, quamvis Episcopus facultatem conferendi beneficia ipsi non concesserit, ut Zerola in Praxi Episcopali 1. P. verbo *Vicarius*, num. 15. & alii juris Canonici periti docent. Verum cum unaquæque res per easdem causas dissolvatur, per quas constituta est, ut habetur cap. *Omnis res*, Ext. *De Regulis juris*, ejusdemque propterea potestatis sit exuere, cujus est investire; Vicarius generalis, cui potestas conferendi beneficia speciatim ab Episcopo non est demandata, resignationes beneficiorum admittere non potest. Eadem ratione a receptione permutationum arcetur, quia permutatio beneficiorum duplicem collationem requirit.

XXI. Excipienda rursus est ab ordinaria Vicarii generalis jurisdictione facultas dandi literas dimissorias ad ordines, nisi Episcopus hanc illi speciatim concesserit, ut sancitum est, cap. *Cum nullus*, tit. *de Temporibus Ordinationum*, in sexto. Episcopo *tamen in remotis agente, ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel Sede vacante capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi*, & dimissorias concedere, ut ibidem dicitur.

Hæc ad quæstionem a te propositam habui, quæ re-

reſponderem. Prolixitatem Epiſtolæ excuſes velim; paucioribus enim confici res non potuit. Vale, meique ad altare Domini memor eſto.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XXX.

Capituli poteſtas Sede vacante explicatur.

Alias 12. quæ autem 30. erat, nunc 58.

VENERANDO VIRO *** INSIGNIS ECCLESIÆ *** DECANO

De illuſtriſſimi, religioſiſſimique Præſulis veſtri obitu doleo ex animo ob egregias viri dotes, eximiam virtutem, præcellentem eruditionem, zelum pro eccleſiaſticæ diſciplinæ conſervatione, vel reſtauratione incredibilem, profuſam in pauperes beneficentiam, paſtoralem vigilantiam. Ipſius animæ bene precor, Deumque oro, ut dignum paſtorem, ſimilemque ſucceſſorem Eccleſiæ *** concedat, ac præficiat. Exequor interim, quod optas, ut abſque mora tibi per literas breviter explicem fines poteſtatis Capituli Sede vacante; quod tamen non ſine pudore

net, ut constat ex cap. *Illa*, Ext. *Ne Sede vacante aliquid innovetur*, & cap. 1. *De Institutionibus*, in sexto. Præsentatos tamen a Patronis potest admittere, si sint idonei, & eos instituere in beneficiis, ad quæ fuerint præsentati; licet ad Episcopum (si viveret) admissio, & institutio hujusmodi pertineret, ut constat ex eodem capite. Ratio autem, cur Capitulum admittere, instituere, & confirmare possit præsentatos, vel nominatos a Patronis, non vero beneficia conferre, est, quod confirmatio sit necessitatis, justitiamque sapiat; cum per electionem jus quæsitum sit electo, eique sit debita confirmatio, modo legitima sit electio, personæque idoneæ, capacis, & dignæ, ut colligitur ex cap. *Cum inter* 3. *De electione*, *& electi potestate*; sed collatio est voluntatis, & sapit gratiam, ut colligitur ex cap. *Illa*, Ext. *Ne Sede vacante aliquid innovetur*, & ex cap. *Cum in generali*, tit. *De Officio Vicarii*, in sexto. At Capitulum Sede vacante non succedit in jurisdictionem voluntariam, sed in necessariam tantum, ut summo consensu docent juris canonici periti.

III. Capitulum Sede vacante concedere non potest indulgentias; quod voluntariæ jurisdictionis est.

IV. Vicarius Capituli Sede vacante potest instituere concursum ad parochiales Ecclesias vacantes, & magis idoneum præeligere, secundum præscriptum Concilii Trid. sess. 24. *De Reformatione*, cap. 18. Hæc enim præelectio necessariæ jurisdictionis est, & justitiæ.

V. Jurisdictio Episcopo competens, ut Sedis apostolicæ Delegato, in Capitulum Sede vacante minime transfunditur.

VI. Bona, vel jura Ecclesiæ Capitulum alienare non potest Sede vacante, ut colligitur ex Can. *Si qua de rebus*, & Canon. *Precariæ*, causa 12. qu. 2. Cum enim Ecclesia pupillo comparetur, & jure minoris fruatur, ut habetur cap. *Auditis*, Ext. *De in integrum restitutione*; sicut pupillus nihil alienare potest sine auctoritate tutoris, ita nec Ecclesia sine volun-

luntate, & conſenſu Epiſcopi. Exceptio tamen admittenda eſt in fructibus, & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, quales ſunt res mobiles, quæ non durant triennio, vel uſu conſumuntur, & non fructificant. Has enim Capitulum alienare poteſt, dummodo pretium ſervetur, ut colligit Innoc. IV. *Novit.* Ext. *Ne Sede vacante aliquid innovetur*, argumento ſumpto ex L. *Lex qua tutores.* C. *De adminiſtratione tutorum.*

VII. Licentiam tranſeundi ad aliam Eccleſiam Capitulum Sede vacante Clerico impertiri non poteſt, ut colligitur ex Canone, *Presbyteri*, diſt. 24. & Can. *Fraternitatem*, diſt. 71. Ratio eſt, quia major eſt alienatio perſonæ quam rerum; Capitulum autem ſine conſenſu Epiſcopi bona Eccleſiæ alienare non poteſt; multo minus igitur poteſt alienare perſonas.

VIII. Capitulum Sede vacante ordinandi licentiam, & literas dimiſſorias infra annum a die vocationis concedere non poteſt, niſi arctatis ratione beneficii recepti, vel recipiendi; ad quod ſcilicet præſentatus ſit Clericus, & quod Ordinem annexum habet, ad quem promoveri poſtulat; alioqui Capitulum, & ſic

Concilio Trid. sess. 24. *De Reformatione*, cap. 16.] Unum tantum Vicarium deputare potest Capitulum Sede vacante, nisi sit immemorabilis consuetudo constituendi duos, ut censuit sacra Congregatio Concilii interpres, fulta ejusdem Concilii verbis loco mox laudato.

X. Vicarium a se institutum revocare Capitulum potest, modo infra octo dies alterum instituat.

XI. Substitutio facienda propter absentiam Vicarii generalis, aut aliorum Officialium Capituli Sede vacante spectat ad ipsos Officiales, non ad Capitulum, ut censuit sacra Congregatio; quia licet jurisdictio Sede vacante præcipue resideat penes Capitulum, usus tamen jurisdictionis residet penes Vicarium generalem ab eo institutum. Quamobrem nec Capitulum absque Vicario suo generali visitatorem Dioecesis eligere potest, ut censent *Joannes Franciscus Pavinus* in Tractatu *De Officio, & potestate Capituli Sede vacante*, & *Prosper Fagnanus* ad cap. *His, quæ*, Ext. *De Majoritate, & obedientia*. Vale, meque tui singularem æstimatorem, ac tibi comprimis addictum ad Altare Domino commenda, quoties Sacris operaberis.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXI.

Qua ratione Capitulum Statuta condere, & pœnas in eorum transgressores possit decernere. Alias 15; quæ autem 31. erat, nunc 10.

CLARISSIMO VIRO ***

De quæstione, quam mihi proponis, ita censeo: Capitulum statuta condere potest de his, quæ non spectant Episcopum nec generalem statum Ecclesiæ, sed singularia ipsius capituli negotia; & pœnas decernere potest in transgressores statutorum, non quasi jurisdictionem habens, sed ex conventione. Quæ tamen pœnæ non afficiunt Canonicos successores, nisi statuta sint ab Episcopo confirmata. Quamobrem die 30. Martii 1607. hoc dubio in sacra Congre-

gre-

gregatione Concilii proposito, Patres unanimi suffragio censuerunt, Capitulum posse statutis suis pœnas adjicere quasi conventione facta, modo sint ex eo pœnarum genere, quæ pacto promitti, atque in conventionem deduci possint; sufficereque ad hujusmodi statuta condenda consensum majoris partis capituli; sed canonicos successores pœnalibus illis statutis non affici, nisi fuerint ab Episcopo confirmata. Refert *Fagnanus* in cap. *Cum omnes*, Ext. *De Constitutionibus*. Nostri tuis in Sacrificiis memor sis, etiam, atque etiam rogo. Vale.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXII.

Alias 16. quæ autem 38. erat, nunc 45.

Potestas Episcopi in Regulares exemptos certis in casibus explicatur.

RELIGIOSISSIMO VIRO *** ORDINIS *** PROVINCIALI.

Prudentiam tuam, ac religionem laudo plurimum, quod ordinem nostrum, qui ad sacram Hierar-

vocari ad examen. Approbati ab Epiſcopo poſſunt ab ejus ſucceſſore rurſus examinari, & ſi minus capaces inventi fuerint, rejici. In una Diœceſi generatim approbati, Confeſſiones in alia Diœceſi audire non poſſunt abſque Diœceſani Epiſcopi approbatione. A caſibus Epiſcopo reſervatis Regulares abſolvere non poſſunt, niſi hæc facultas ab illo conceſſa ipſis fuerit. Hæc partim ex Tridentino Concilio, partim ex Conſtitutionibus ſummorum Pontificum, præſertim ex Clementina, *Dudum*, tit. *De Sepulturis*, ex *Gregorii XV.* Conſtitutione, quæ incipit *Inſcrutabili*, ex Clementis X. Diplomate, quod incipit *Superna*, ex Decreto Alexandri VII. in cauſa Epiſcopi Andegavenſis, & Regularium ejuſdem Diœceſis, &c. ſatis a me probata lib. 2. *Theologiæ Dogmaticæ, & Moralis*, in Tractatu *De Sacramento Pœnitentiæ*. Tomo 4. Hic tantum ſubjiciam ſacræ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, & Congregationis Epiſcoporum, & Regularium declarationes quaſdam hæc diſciplinæ capita ſpectantes, quas refert vir juris Canonici conſultiſſimus *Proſper Fagnanus* in cap. *Grave*, Ext. *De Officio Ordinarii.*

Quæſitum eſt a ſacra Congregatione Concilii, 1. An Regulares ab Ordinario ad Confeſſiones audiendas, prævio examine approbati ad tempus, elapſo tempore, tanquam ſemel approbati poſſint invito Ordinario deinde audire Confeſſiones. Congregatio cenſuit, *Non poſſe.*

Quæſitum eſt, 2. an Epiſcopus volens ex nova cauſa Regulares ſemel ad Confeſſiones audiendas approbatos examinare, teneatur eam patefacere Superioribus regularibus; & an de hujuſmodi cauſa conſtare debeat, vel ſit credendum Epiſcopo atteſtanti hujuſmodi cauſam ſubeſſe. Congregatio Concilii cenſuit: „ Poſſe Epiſcopum ex nova cauſa, etiamſi de ea non conſtet in Actis rurſum examinare, ac minus repertum idoneum reprobare Regularem ſemel ad audiendas Confeſſiones approbatum, idque ejus arbitrio, quod tamen debebit eſſe moderatum, & diſcretum, & ita ut eo non abutatur. Verum ubi hoc facere

cere

cere voluerit ; debere id Superioribus regularibus ſignificare, non quidem cum individua expreſſione cauſæ, ſed tantum ſe velle ob novam, quæ ſupervenerit, cauſam, ad hujuſmodi examen procedere „ „.

3. Conquerentibus regularibus S. Dominici Neritonenſis, quod dum eſſent prævio examine approbati ad confeſſiones ſecularium audiendas a Vicario generali Epiſcopi, dum Epiſcopus Romæ degeret, ille ad ſuam Eccleſiam reverſus vellet eos rurſus pro audiendis confeſſionibus examini ſubjicere ; ſacra Congregatio Concilii cenſuit : *Poſſe Epiſcopum rurſum examinare Confeſſarios regulares a ſuo Vicario approbatos.*

Quæſitum eſt a ſacra Congregatione Epiſcoporum, & regularium, an Epiſcopus, qui regulares ad Confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas approbavit, poſſit eoſdem ex nova cauſa ab iiſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendere, aut licentias illis conceſſas revocare, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, & qualis hujuſmodi cauſa eſſe debeat. Sacra Congregatio reſpondit : „ „ Epiſcopum, quamvis ſimpliciter & abſque ulla temporis præfinitione approbaverit regulares ad Confeſſiones ſecularium per- [redacted]

illis concessarum, etiam renuente Episcopo ordinario pro tempore existente. Sacra Congregatio censuit: *Posse quamdiu Episcopus non prohibuerit. Caeterum esse in facultate Episcopi successoris illos rursus examinare, atque interim prohibere.*

Approbatio ad audiendas Confessiones Monialium, etiam regularibus subditarum.

II. Regulares deputari non possunt ad audiendas Confessiones monialium, etiam ordinibus suis subjectarum, absque approbatione Episcopi. Potest Episcopus ex legitima causa Superiores regulares monere, ut hujusmodi Confessarios Monialium amoveant; si renuerint, aut neglexerint, potest Episcopus illos ab audiendis Monialium confessionibus amovere. (Et constitutione Gregorii XV. quæ incipit, *Inscrutabili*) Regulares ad audiendas Confessiones Monialium unius tantum monasterii ab Episcopo approbati, audire non possunt Confessiones Monialium alterius monasterii. Sic respondit sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, ut refert Fagnanus in cap. *Cum Capellas*, Extra. *De Privilegiis*.

Expositio sanctissimi Sacramenti in Ecclesiis regularium.

III. Non licet Regularibus, etiam in propriis Ecclesiis sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publice adorandum exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab ordinario. Ex causa autem privata possunt ea conditione, ut sanctissimum Sacramentum e tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut sacra Hostia videri non possit. Ita declaravit sacra Congregatio Concilii, ut refert Fagnanus in cap. *Grave*, Extr. *De Officio Ordinarii*.

Visitatio, & correctio regularium extra claustra degentium.

IV. Regulares extra claustra degentes visitari, corrigi, & puniri possunt ab Episcopo tanquam Sedis apostolicæ Delegato, non solum in visitatione, ut sancitum est, cap. 3. Sessionis sextæ Concilii Tridentini, *De Reformatione*, sed etiam extra visitationem, modo Episcopus in Diœcesi sua resideat, ut declaravit Pius quartus in Constitutione de residentia Episcoporum. Similiter regulares Apostatæ, & ejecti ab ordine subsunt Episcoporum jurisdictioni, ut declaravit sacra Congregatio Concilii Interpres.

Regulares etiam intra clauſtra degentes, ſubſunt juriſdictioni, & correctioni Epiſcopi in his, quæ ſpectant Sacramentorum adminiſtrationem perſonis ſecularibus.

V. Regulares etiam intra clauſtra degentes, qui vel curam animarum perſonarum ſecularium exercent, vel perſonis ſecularibus aliquod Sacramentum prævia Epiſcopi licentia adminiſtrant, aut in alicujus Sacramenti adminiſtrationem de facto abſque ulla auctoritate ſe ingerunt, plene in omnibus ſubjiciuntur juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi in his, quæ Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, cum in aliqua ſacri illius miniſterii parte delinquunt (ex Concilio Trid. ſeſſ. 25. *De Regularibus*, cap. 11. ex conſtitutione Gregorii XV. quæ incipit, *Inſcrutabili*; & ex Declaratione Congregationis Concilii.)

Regulares circa Monialium clauſuram, aut bonorum earumdem adminiſtrationem delinquentes, &c. Epiſcopi cor-

VI. Cum Regulares delinquunt circa perſonas degentes intra ſepta monaſteriorum monialium, aut circa earumdem Monialium clauſuram, aut circa bonorum eorumdem monaſteriorum adminiſtrationem, nullis privilegiis, & exemptionibus tueri ſe poſſunt, quominus ab Epiſcopo loci, tanquam ad hoc Sedis apoſtolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeant (ex laudata Gregorii XV. Conſtitutione.)

VII. Regulares adminiſtrantes bona ad eadem mo-

[redacted]

cant, vel evulgant, nisi antea examinati, probatique fuerint, ut declaravit sacra Congregatio Concilii.

Scripturæ sacræ lectio in Cœnobiis.

IX. Concilii Trid. sess. 5. *De Reformatione*, cap. 1. statutum est, ut in monasteriis Monachorum, si commode fieri poterit, lectio sacræ Scripturæ habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant.

X. Regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint, idem Episcopus punire potest. (Ex Concilio Trid. sess. 5. *De Reformatione*, cap. 2. ex Gregorii XV. Constitutione supra laudata, & declaratione Congregationis Concilii ab Urbano VIII. approbata.)

Episcoporum in Concionatores regulares auctoritas.

XI. Regularibus, qui errores, & scandala disseminaverint in populum, cum sacræ prædicationis munus obeunt, vel alias, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis Conciones habeant, Episcopus prædicatione interdicere potest (ex Concilio Trident. sess. 5. *De Reformatione*, cap. 2.) Possunt etiam Episcopi, quo tempore concionandi licentiam dabunt, a Regularibus exigere professionem fidei; ut declaravit sacra Congregatio Concilii ab Archiepiscopo Mediolanensi rogata.

Indulgentiarum promulgatio.

XII. Regulares promulgare, vel proponere populo indulgentias non possunt sine licentia, & approbatione Ordinarii (ex Concilio Trid. sess. 21. *De Reformatione*, cap. 9. & declaratione sacræ Congregationis Concilii.)

Regulares statutis Episcoporum circa observanda, & vitanda in celebratione Missæ pa-

XIII. Concilium Trid. sess. 22. *De observandis, & evitandis in celebratione Missarum*, statuit: „ „ Ne patiantur Episcopi privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab iisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc Sacrificium a secularibus, aut regularibus quibuscunque peragi „ „. Quibus verbis

 sub-

rere tenentur.

sublatum est privilegium ab Honorio III. olim concessum Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus celebrandi in Altari viatico, seu portatili; etiam Episcopo non permittente, secundum cap *In his*, Ext. *De Privilegiis*. Declaravit autem sacra Congregatio Concilii hoc Decreto comprehendi etiam Regulares quantumvis exemptos, eosque ea omnia, quæ ab Ordinariis locorum circa observanda, & evitanda in Missarum celebratione statuta fuerint, omnino servare teneri, ad idque etiam pœnis, & Censuris ecclesiasticis ab iisdem Ordinariis compelli posse.

Rationes Episcopo reddendæ a Confraternitatum & Hospitalium administratoribus, etiam Regularibus.

XIV. Confraternitates Laicorum in Ecclesiis Regularium constitutas Episcopus visitare potest, atque ab illarum administratoribus rationes administrationis exigere (ex Concilio Trid. ibidem) non tamen potest earum Capellas ibi sitas, aut Altaria visitare, nisi quatenus Confratrum administrationem spectant, ut respondit sacra Congregatio Concilii.

XV. Regulares, qui Confraternitatum Laicorum, vel Hospitalium administrationem suscipiunt, cogere potest Episcopus ad reddendas rationes administrationis singulis annis, & in eos, quos reos repererit, animadvertere, consuetudinibus, & privilegiis quibuscunque in contrarium sublatis, ut statuit Concilium Trid. sess. 22. *De Reformatione*, cap. 8. & 9. & ut declaravit sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpres.

Regulares ordinandos ad interstitia servanda compellere potest Episcopus.

XVI. Episcopi regulares ordinandos ad interstitia servanda juxta præscriptum Tridentini Concilii sess. 23. *De Reformatione*, cap. 11. compellere possunt, ut eadem sacra Congregatio declaravit.

Qui Regulares cogi possint ab Episcopo, ut adsint Diœcesanæ Synodo.

XVII. Regulares, qui parochialium Ecclesiarum, aut aliarum secularium, etiam annexarum curam gerunt, Synodo diœcesanæ debent interesse; & qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec generalibus capitulis subduntur, compelli possunt ab Episcopis, ut ad Synodum Diœcesanam accedant (ex Concilio Trid. sess. 24. cap. 2.) & contumaces privationis vocis activæ & passivæ, aliisque pœnis arbitrariis, etiam excommunicationis, plectere potest Episco-

scopus, ut declaravit olim sacra Congregatio Concilii, referente Fagnano in cap. *Quod super his*, Extra. *De Majoritate, & Obedientia.*

XVIII. Numerum monialium, etiam in monasteriis Regularibus subjectis, Episcopus definire potest secundum Trid. Concilii Decretum sessionis 25. *De Regularibus*, cap. 3. ita tamen, ut adjuncto Superiore regulari id agat.

Numerum Monialium præscribere potest Episcopus etiam in Monasteriis Regularibus subjectis.

XIX. Monasteria tam virorum quam mulierum erigi non possunt sine licentia Episcopi, in cujus Diœcesi erigenda sunt (ex Concilio Trid. loco mox indicato.) Clemens VIII. ex sententia sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium die 26. Augusti 1603. declaravit, locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conventus, cujuscunque, etiam Mendicantium ordinis in civitatibus, & locis eorum ordinariæ jurisdictioni subjectis erigendos concedere, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis, quorum interest; & causa cognita constiterit in eisdem civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendo Conventus sine aliorum detrimento commode sustentari posse. Si vero ab eorum sententiis in hujusmodi causis ad Sedem apostolicam appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quousque ab apostolica Sede pronuntiatum fuerit. Gregorius XV. decrevit, ut deinceps novi Conventus non erigantur, nisi in eis duodecim saltem Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, competenter sustentari valeant. Urbanus VIII. decrevit, ut Conventus imposterum erigendi, in quibus duodecim Religiosi sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non habitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subjecti esse intelligantur. Quod Decretum Italiam solam non spectare, sed alia etiam regna, & provincias, declaravit sacra Congregatio Concilii, ut refert Fagnanus in cap. *Non amplius* Ext. *De Institutionibus.*

Monasteria sine licentia Episcopi erigi non possunt. Quibus conditionibus concedenda.

Episcopus animadvertere potest in regulares fugitivos, & extra conventus studiorum prætextu degentes.

XX. Regulares, qui sine Superiorum mandato in scriptis recesserint a Conventibus suis, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, & reperti fuerint, ab Ordinariis locorum tanquam instituti sui desertores puniri possunt. Illi autem, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, in Conventibus tantum habitare debent, alioqui in illos animadvertere potest Episcopus (ex Concilio Trident. sessione 25. *De Regularibus*, cap. 4.)

Episcopi auctoritas in iis, quæ spectant clausuram Monialium.

XXI. Episcopi in his, quæ pertinent ad clausuram monialium conservandam, aut ubi violata est, restituendam, in monasteriis etiam exemptis, plenam auctoritatem habent, ut Sedis apostolicæ Delegati (ex Concilio Trid. sess. 25. *De Regularibus*, cap. 5.) Unde licet Episcopo monasteria monialium, etiam Regularibus subjectarum, & singulas moniales absque Regularium interventu alloqui, in iis, quæ clausuram spectant, examinare; & clausuram violantibus pœnas infligere, ut declaravit sacra Congregatio Concilii, cujus ecce Decretum.

Die 26. *Maji anni* 1640. „ Sacra Congregatio eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini

Visitatione sanctimonialium, art. 7. Tambur. *De jure Abbatissarum*, disp. 24. quæst. 9. num. 4. Galletum verbo, *Clausura*.

XXII. Eodem Trid. Concilii capite sancitum est, ut nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire e monasterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda; indultis quibuscunque, & privilegiis non obstantibus.

Quæ monasteria regularium Episcopis subjecta.

XXIII. In monasteriis omnibus, quæ generalibus capitulis non subsunt, nec suos habent regulares Ordinarios Visitatores, Episcopi jurisdictionem exercere possunt prout cap. 8. Sessione 25. Concilii Trid. *De Regularibus*, statutum est. Nam si infra annum in Congregationem se redigere neglexerint, licet Metropolitano, in cujus provincia sita sunt, tanquam Sedis apostolicæ Delegato, eos pro prædictis causis convocare. Quod si Metropolitanus id exequi non curaverit, monasteria, eorumque personæ subduntur Episcopo in cujus Diœcesi sita sunt, tanquam Sedis apostolicæ Delegato.

XXIV. Monasteria Monialium Sedi apostolicæ immediate subjecta Episcopo subjiciuntur tanquam Sedis apostolicæ Delegato (ex Concilio Trid. sess. 25. *De Regularibus*, cap. 9.)

In monasteriis, quibus cura parochialis annexa est, regulares hujusmodi curæ præfici non possunt sine consensu, & examine Episcopi. Exceptio.

XXV. In monasteriis quibus imminet cura animarum personarum secularium, Regulares dictæ curæ etiam pro tempore, ad nutum amovibiles præfici non possunt, nisi de Episcopi consensu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo, excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam monasteriis seu locis, in quibus Abbates generales, aut capita Ordinum Sedem ordinariam principalem habent, atque aliis monasteriis, seu domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in parochos & parochianos exercent. Ita statuit Concilium Trid. sess. 25. *De Regularibus*, cap. 11.

Regulares publicare,

XXVI. Censuræ, & interdicta ecclesiastica ab Ordi-

& ſervare tenentur Cenſuras, & interdicta Eccleſiaſtica ab Epiſcopis promulgata.

dinariis promulgata, mandante Epiſcopo, a regularibus in eorum Eccleſiis publicari, atque ſervari debent (ex Concilio Trid. cap. 12. ejuſdem ſeſſionis.) Cum autem dubitatum fuiſſet, an Epiſcopus prohibere poſſet, ne regulares in Eccleſiis ſuis Sacerdotes exteros ſeculares divina celebrare permittant, niſi prius ab Epiſcopo viſis literis commendatitiis Sacerdotes illi admiſſi fuerint; ſacra Congregatio Concilii reſpondit, *Poſſe*.

Feſtos dies ab Epiſcopis præceptos ſervare tenentur regulares.

XXVII. Dies etiam feſti, quos in Diœceſi ſua ſervandos idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus, ſervari debent, ut decernit ibidem Tridentina Synodus. Quod quidem Decretum ſacra Congregatio Concilii ita intelligendum declaravit, ut Regularium ritus illis diebus feſtis nihilominus ſervetur, quoad Miſſas celebrandas, & alia divina officia tam publice quam privatim ab ipſis regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda.

Controverſias de præcedentia componere poteſt

XXVIII. Seſſionis 25. Concilii Trid. *De Regularibus*, cap. 13. tribuitur Epiſcopis facultas componendi controverſias omnes de præcedentia, quæ perſæpe maximo cum ſcandalo oriuntur inter eccleſiaſticas per- [redacted]

XXX. Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, a Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat. Sin minus, a suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Ita statuit iisdem verbis Concilium Trid. sess. 25. *De Regularibus*, cap. 14. idemque decrevit Clemens VIII. Constitutione edita 18. Martii 1506. ac insuper statuit, ut si Superior sic delinquentem ad aliam Diœcesim transmiserit, postulante Episcopo intra terminum ab eo præscribendum, ad locum, in quo deliquit, illum revocare teneatur; alioquin Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, ab Ordinario loci, ubi delictum commissum est, rogatus, vel alias de delicto certior factus tanquam Sedis apostolicæ Delegatus Decretum Concilii exequi, & illum punire possit, ac debeat. Regularem vero extra claustra delinquere sacra Congregatio declaravit, etiam cum in Ecclesia monasterii delinquit, nisi clausis januis, & solis Regularibus in ea existentibus delictum sit commissum. Cæterum cum extra claustra delinquit, statim remittendum esse ad suum Superiorem una cum inquisitionibus, & probationibus, si quæ sint, sacra Congregatio declaravit.

Punitio regularium extra claustra delinquentium.

XXXI. Ejusdem Sessionis cap. 16. irritæ declarantur renuntiationes, & obligationes quælibet Novitiorum, etiam in favorem cujuscunque causæ piæ, nisi fiant cum licentia Episcopi, aut ejus Vicarii generalis infra duos menses ante professionem.

Renuntiationes, & obligationes Novitiorum cum licentia Episcopi.

XXXII. Statuitur ibidem, ut Novitiis a monasterio ante professionem abeuntibus, & habitum regularem dimittentibus, omnia restituantur, quæ sua erant. Idque ut recte fiat, Episcopus etiam per censuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

XXXIII. Sancta Synodus sessionis ejusdem 25. *De Regularibus*, cap 17. statuit, ut si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim an-

Puellæ ante susceptionem veli, &

profeſſionem ab Epiſcopo examinandæ.

annis ſit, non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea ipſa, vel alia profeſſionem emittat, quam exploraverit Epiſcopus, vel eo abſente, aut impedito, ejus Vicarius, vel aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat, quid agat; & ſi voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas juxta monaſterii illius, & ordinis regulam, nec non monaſterium fuerit idoneum, libere ei profiteri liceat. Cujus profeſſionis tempus, ne Epiſcopus ignoret, teneatur Præfecta monaſterii eum ante menſem certiorem facere. Quod ſi Præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, quamdiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit.

Judicium de nullitate profeſſionis, qua ratione ad Epiſcopum pertineat.

XXXIV. Ordinarius debet adhiberi una cum Superiore regulari in judicio de nullitate profeſſionis (ex Concilio Trid. ſeſſ. 25. *De Regularibus*, cap. 19.) ſive profeſſus vota ſua irrita eſſe contendat, ſive Ordo illum tanquam non profeſſum expellere velit, ut declaravit ſacra Congregatio Concilii. De nullitate tamen profeſſionis, ex eo quod facta non fuerit in conventu pro Novitiatu deſignato juxta Decreta Clementis

declaravit sacra Congregatio Concilii, cujus sententia a Gregorio XIII. probata est.

Hi sunt casus, & negotiorum species præcipuæ, in quibus Episcoporum jurisdictio in Regulares extenditur, immunitatibus, sive exemptionibus, ac privilegiis nequidquam prohibentibus. Vale, meque tui semper observantissimum habeto.

tes, & eorum jurisdictionem turbantes, ab illis puniri possunt.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXIII.

Episcopus promovere non potest ad sacros Ordines juvenem in suo Seminario institutum, eo solum titulo, quod patrem divitem habeat, cujus aliquando heres erit.

Alias 9. quæ autem 33. erat, nunc 46.

ILLUSTRISSIMO PRÆSULI ***

Jubet amplitudo tua, ut sententiam dicam de quæstione, quam proponit. Juvenem habet in suo Seminario optimæ indolis, annos viginti duos natum, Philosophicis, ac Theologicis disciplinis instructum, moribus optimis præditum, a Deo vocatum ad Sacerdotium. Patrem habet divitem, qui filium unicum vitæ secularis, connubiique vinculis illigare velit; ideo bonorum patrimonialium congruam, sufficientemque portionem filio in titulum non vult assignare. Quæris utrum illum nihilominus ad sacros Ordines promovere possis, nullo prius ipsi collato beneficio, cujus ad titulum ordinetur, cum certum sit, illum in patris bona successurum. Pareo jussioni amplitudinis tuæ.

Clericum illum promovere non debes, nec jure potes, nisi beneficium ecclesiasticum ad sustentationem sufficiens ipsi contuleris. Ad titulum enim patrimonii non potest ordinari, cui nulla bonorum patrimonialium portio assignata est; siquidem perspectum prius esse debet Episcopo, patrimonium vel pensionem ab eo, qui ad sacros Ordines promovendus est, vere obtineri, & ad vitam congrue sustentandam sufficere, ex Trident. Concilii Decreto. Statuit præterea sancta Synodus, ut patrimonium illud,

vel penſio in titulum Clerico promovendo aſſignata, alienari, extingui, aut remitti non poſſit ſine licentia Epiſcopi; quod caveri non poteſt de bonis, quæ actu non poſſidentur, ſed ſpe duntaxat, & jure ad paternam hereditatem. „ „ Patrimonium vero (*inquit Concilium*) vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint niſi illi, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum; eo quoque prius perſpecto; *Patrimonium illud, vel Penſionem vere ab eis obtineri*, taliaque eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint; atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere poſſint; antiquorum Canonum pœnas ſuper his innovando „ „. Hoc ſacræ Synodi Decreto rejicitur manifeſte Tancredi, Hoſtienſis, Imolæ, & Decii opinio, aſſerentium, Clericum poſſe ad ſacros Ordines promoveri, ſi patrem habeat divitem, nec Ordinatorem pœnis Canonum antiquorum obnoxium eſſe, id eſt ad alimenta ſic ordinato ſubminiſtranda, vel conferendum illi beneficium eccleſiaſti-

Seſſ. 21. cap. 2.

[redacted]

„ bonis vere assignatis in titulum, non autem bonis „ paternis, quorum pater habet liberam dispositio- „ nem. Amplitudini tuæ prospera omnia a Deo ad- „ precor. Vale, mihique tui observantissimo bene- „ dicas.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXIV.

An juvenis ex parentibus calvinianis in Gallia genitus, qui post Edicti Nannetensis abrogationem in heresi pertinaces manserunt, & in Angliam transfugerunt, ad ordines, & beneficia sine Pontificia dispensatione promoveri possit. Alias 20: quæ autem 34 erat, nunc 6.

CLARISSIMO VIRO***

Sententiam meam rogas, vir clarissime, de juvene ex parentibus calvinistis nato, qui post Edicti Nannetensis abrogationem a christianissimo Rege, in hæresi pertinaces manserunt, & in Angliam transfretarunt. Juvenis iste (ut scribis) optat in Clerum cooptari, & per ordinum ecclesiasticorum gradus ad Sacerdotium suo tempore promoveri. Catholicæ fidei probata integritas, & firmitas, probitas morum, literaturæ sufficientia ipsi suffragantur; titulus patrimonialis non suppetit; vellet Episcopus ipsi providere collatione beneficii. Quæris, quid facto sit opus. Utrum sit irregularis, ordinumque, & beneficiorum ecclesiasticorum ob præcedentem suam, & parentum hæresim incapax. Et si res ita se habet, utrum cum illo dispensare possit Episcopus, aut necessaria sit summi Pontificis dispensatio.

Non te latet, vir clarissime, quam antiqua sit hominum, qui olim hæretici fuerunt, irregularitas. Hujus irregularitatis testis est illiberritana Synodus Canone 51. Testis S. Augustinus variis in locis operum suorum contra Donatistas, cum quibus tamen dispensatum est a Melchiade summo Pontifice, & ab aliis Episcopis, ut extra Ecclesiam ordinati, ad eam redeuntes in suis ordinibus susciperentur. Testis Nicæ- S Aug. Ep. 43. alias 162. & Ep. 185 alias 50. cap. 10.

na

na Synodus, quæ cum solis Novatianis dispensavit Canone octavo. Legem firmavit Innocentius I. dispensationem a Nicæno Concilio Novatianæ sectæ Clericis ad Ecclesiam redeuntibus concessam, ad aliarum hæresum Clericos non pertinere declarans, Epist. 22. cap. 6. iis, qui ex parentibus Donatistis nati erant, & in ea secta baptizati, dispensationem, ut ad sacros ordines promoverentur, concedere proprio arbitrio, & auctoritate noluerunt africanæ Ecclesiæ Episcopi, sed ea de re ad Siricium Pontificem maximum scripserunt, & ad Simplicianum Mediolanensem Episcopum, ut constat ex Concilio africano, seu potius ex collectione variorum Canonum Ecclesiæ africanæ, Canonibus 14. & 24. *Tantum* (inquiunt africani Patres) *de his, qui infantes baptizati sunt, satagimus, ut nostræ, si placet, in eisdem ordinandis consentiant voluntati.* Æquum scilicet videbatur, ut eos, qui parvuli baptizati erant apud Donatistas nondum scire valentes erroris eorum interitum, & compotes rationis facti, agnita veritate, & Ecclesiam catholicam animo sincero conversi, & per manus impositionem recepti erant, ad Clericatum suscipiendum *non impe-*

Cæsaraugustanum. Nicolaus III. Constitutione in romano Bullario edita, Alexander quartus cap. *Quicunque.* Innocentius quartus, & Bonifacius VIII. cap. *Statutum*, tit. *De Hæreticis*, in sexto, filios & nepotes hæreticorum irregulares declarant, & beneficiorum incapaces. „ „ Statutum felicis recordationis Innocentii, & Alexandri prædecessorum nostrorum (*inquit Bonifacius VIII.*) ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem, ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur; quod si secus factum fuerit, sit irritum, & inane; primum, & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus; per maternam vero ad primum duntaxat hoc volumus extendi. Hoc sane de filiis, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum hujusmodi, qui tales esse, vel etiam tales decessisse probantur, intelligendum esse videtur; non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ unitati, & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse; quam ipsi, vel jam perfecerunt, vel humiliter persecutioni ejus insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eamdem „ „. Solam irregularitatem ad beneficia, non ad Ordines, Decretales illæ Pontificum exprimunt. Irregularitas tamen, quæ homines olim hæreticos, & filios hæreticorum, incapaces Ordinationum sacrarum efficit secundum veterem disciplinam, sublata non est jure novo; maxime cum infames arceantur a Clero, & infamia comitetur hæresim, ut Navarius, & omnis Canonistarum natio testatur. In illis quidem regionibus, in quibus illa disciplina consuetudine contraria abrogata est, & hæretici tolerantur, ut in Germania, & olim in Gallia ante Nannetensis edicti revocationem, hæreticos post conversionem irregulares non manere, & multo minus eorum filios, plerique casuum conscientiæ arbitri * censent.

* Sayrus lib. 6 de Censuris

Verum cum post Nannetensis edicti abrogationem hæ-

c. 10. Henriquez lib. 14. c. 7 n. 4 Tannerus lib. 1. de Fide qu. 8. dub. 6. n. 122. Bonacina diſp. de irreg. qu. 3. punct. 7. prop. 2. n. 9. & alii. Conſt. 2. in bull. rom. Tom. 1.

hæretici non amplius in Galliis tollerentur, jamque antea Regiis edictis a publicis officiis excluſi eſſent, infamiam ex eo tempore hæreſis profeſſioni adjunctam in hoc regno, & omnibus Regis chriſtianiſſimi ditionibus conſtat; adeoque irregulares eſſe, & incapaces non modo beneficiorum, ſed Ordinum eccleſiaſticorum hæreticos, etiam poſt converſionem; eamque irregularitatem ab illorum filiis eſſe contractam cum infamia juris. De illa porro irregularitate mihi videtur diſpenſare non poſſe Epiſcopum. Beneficiorum namque collationem hujuſmodi hominibus factam Nicolaus III. conſtitutione ſua irritam declaravit. „ „ Hæretici autem (*inquit*) receptores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filii uſque ad ſecundam generationem, ad nullum eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium admittantur; quod ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos ex nunc privamus beneficiis acquiſitis, volentes, ut tales & habitis perpetuo careant, & ad alia ſimilia nequaquam impoſterum admittantur „ „.

„ Ea de re olim controverſiam contigiſſe in Rota „ refert Fagnanus, & re ad Clementem VIII. Ponti- „ ficem maximum delata die 3. Novembris anni 1594.

„ esse privatos ipso jure beneficiis, & pensionibus,
„ etiam ante delictum obtentis, seu reservatis; & hanc
„ opinionem dixisse esse veriorem de jure, & commu-
„ niter receptam, eamque probari ex pluribus roma-
„ norum Pontificum Constitutionibus, nempe Inno-
„ centii quarti, Alexandri quarti, & præcipue ex illa
„ Nicolai III. Refert Fagnanus in 1. P. libri 5. Decreta-
„ lium, tit. *De Hæreticis*, ad cap. *Vergentis*.

Quærit ibidem vir juris canonici consultissimus, utrum Episcopus possit dispensare cum filiis hæreticorum ad officia, & beneficia ecclesiastica. Quæstioni hunc in modum respondet: „ Cum explorati sit juris hæreti-
„ corum filios nec ad beneficia ecclesiastica, nec ad
„ officia, vel honores admitti debere, cap. *Quicun-*
„ *que*, tit. *De Hæreticis* in sexto; non videtur Episco-
„ pus habere facultatem cum eis dispensandi. Primo,
„ quia cum textus dicti capitis contineat decretum ir-
„ ritans: *Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum,*
„ *& inane*; sequitur, ut Episcopus dispensare non pos-
„ sit. Nam etiam in adulterio, & minoribus crimini-
„ bus Episcopus non potest dispensare, quando leges,
„ vel canones prohibentes annullant actum factum
„ contra prohibitionem. Deinde, quia Nicolaus III.
„ in constitutione superius relata statuit, ut hæretici,
„ eorumque filii usque ad secundam generationem be-
„ neficiis habitis perpetuo careant, & ad alia similia
„ nequaquam imposterum admittantur. Quibus ver-
„ bis censetur adempta Episcopis dispensandi facultas,
„ ut notat Glossa in cap. *Cupientes*, §. *Cæterum*, verbo
„ *perpetuo*, tit. *De Electionibus*, in sexto. Denique cum
„ filii hæreticorum, qui læserunt Majestatem divinam,
„ non minus videantur infames, quam filii conspiran-
„ tium adversus Principem; infamia hujusmodi per
„ solum Principem, sive summum Pontificem aboleri
„ potest, non per Episcopum. Hæc Fagnanus.

His omnibus perpensis, censerem, juvenem, de quo sententiam meam rogas, esse irregularem, nec beneficiorum tantum, sed Ordinum omnium ecclesiasticorum, & Clericatus incapacem ob præceden-

 temi

tem suam, & parentum suorum in Calvinismo pertinacium hæresim. Episcopum cum illo dispensare non posse, sed summo Pontifici supplicandum, ut juveni, cujus optimas dotes, fideique catholicæ firmam integritatem, ac morum probitatem Episcopus probavit, sanctitas sua gratiam faciat, & canonicum impedimentum auctoritate sua auferat. Si tamen usu sit receptum, ut gallicani Episcopi, etiam num post Edicti Nannetensis abrogationem dispensent cum hominibus ab hæresi conversis, & cum filiis hæreticorum pertinacium, ut ad Ordines ecclesiasticos, & beneficia promoveantur: Reverendissimus, & religiosissimus Episcopus R. receptum in Ecclesia gallicana usum, si ita ipsi videbitur, sequi poterit. Vale, meique in sacrosancto Altaris Sacrificio memineris. Vale.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXV.

Alias 18. quæ autem 35. erat, nunc 46.

Solutio dubiorum circa materiam irregularitatum.

CLARISSIMO VIRO ***

Dubia quædam circa materiam irregularitatum mihi

gitio deprehensam occidit, cum adulter evasisset. Quæris, an Joannes sit irregularis, ita, ut acta pœnitentia, ad superiores Ordines sine pontificia dispensatione ascendere non possit?

Dubium III. Petrus Presbyter, parochus S. Nicolai de *** iter agens, ad hospitium divertit, in quo tres laici post multam compotationem rixati, ensibus districtis digladiati sunt, unusque ex eis cæsus est, Petro Presbytero præsente quidem, sed dissuadente, & ad concordiam adhortante, verumtamen nihil aliud agente, quia metu correptus, & viribus suis diffidens, tres in mutuam furentes perniciem solus ipse cohibere non potuit. Quæris, an sit irregularis hoc ipso, quod homicidio interfuit, quamvis homicidæ testificati sint illum criminis conscium nullatenus fuisse. Quæris insuper, utrum Episcopus illum a sacris functionibus prohibere debeat, & Vicarium Ecclesiæ parochiali, cujus rector est, ejus sumptibus alendum præficere, donec dispensationem a summo Pontifice obtinuerit.

Dubium IV. Robertus Clericus ascendit campanile in vigilia festi solemnis, & dum fune una manu apprehenso, altera campanam crebro pulsaret, animadvertens campanam dimoveri, e tabula, cui insidebat, descendit, funem sursum traxit; dum autem attraheret, persensit funem gravi pondere onustum, sed tamen trahere perrexit, & alligavit trabi, ne campanas ad modulos pulsando, a quoquam impediri posset. Festivo sonitu finito, e campanili descendens, reperit puerum moribundum subtus funem campanæ, qui se eam trabi appenderat, ut pueri ludendo solent, & usque ad fornicem elatus, casuque cæsus fuerat. Quæris utrum Robertus Clericus sit irregularis.

Dubium V. Alfonsus Abbas mandavit famulis, ut hominem rusticum in ejus agris, aut nemore cum catapulta frequenter venationi indulgentem fuste verberarent, prohibitione tamen addita, ne mutilarent, vel occiderent. Famuli herilis mandati fines prætergressi,

greſſi, ruſticum exanimarunt, propriæque catapultæ cornu in caput ejus impacto, occiderunt. Quæris, utrum Alfonſus Abbas ſit irregularis ea irregularitate, quæ ex homicidio voluntario oritur, adeo ut a ſacris miniſteriis, & aſcenſu ad majores ordines, beneficiis, & officiis eccleſiaſticis in perpetuum excluſus abſque ulla ſpe diſpenſationis manere debeat, ſecundum Trident. Concilii Decretum ſeſſ. 14. cap. 7.

Dubium VI. Sacerdos quidam ruralis ad exquirenda vaſa ſtannea, & pateras argenteas in puteum a fure projectas, eo demiſit adoleſcentem fune novo, ac forti colligatum eumque appenſum ſuſtentabat, donec pateras & vaſa expiſcaretur; accidit, ut funis, qui ore putei refricabatur, dum adoleſcens ſenſim extrahebatur onuſtus, dirumperetur, qui in aquam ſuo, ſarcinæque pondere ruens, ſuffocatus eſt. Quæris, utrum Sacerdos ille, quem rei illicitæ operam non dediſſe conſtat, ob homicidium omnino fortuitum irregularis evaſerit.

Ad primum reſpondeo, Martinum irregularem non eſſe, quia proxima cauſa non fuit, cur Jacobus e feneſtra ſe præcipitem daret. Venerat, non ut occide-

pidem corruens, & caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, tum propter patris incuriam, qui laboribus, & sudoribus ipsum expoluit, expiravit. Quia vero dictus Clericus, ut mitigaretur dolor patris defuncti, veniam super hoc postulavit ab ipso, tu eum a sacrorum Ordinum susceptione repellis; quamquam idem defuncti pater in extremis laborans, tibi, & Presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & præstito firmaverit juramento, nihil ipsum in morte filii sui (prout sibi constiterat) commisisse. Quare idem Clericus postulavit a nobis, ut, cum de illius obitu læsam non habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer cum eodem. Quocirca mandamus, quatenus si constiterit ita esse, ipsum propter hoc a receptione sacrorum Ordinum non repellas „ „

Ad secundum respondeo, Joannem Subdiaconum irregularem non esse, quamvis rei illicitæ operam daret; quia mortis, quam maritus adulteræ uxori intulit, proxima causa non fuit, nec furtiva ejus libido tendebat ad cædem, quæ omnino ex accidenti consecuta est. Ita censuit in simili specie sacra Congregatio Concilii die trigesima Julii, anno millesimo sexcentesimo decimo, ut refert *Fagnanus* in cap. *De cætero*, Ext. *De Homicidio*. Cæterum, si adulterium ejus notum sit, ad altiores Ordines non est admittendus ob infamiam criminis, & ob scandalum. Sed & si occultum fuerit, ad sacros tamen Diaconatus, & Presbyteratus Ordines accedere Joannes non debet, nisi acta diu poenitentia, sive in monasterio vitam religiosam professus, sive in Seminario, secundum prudentis, & pii Directoris consilium; quamvis ex occulto illo crimine irregularis non fuerit.

Ad tertium respondeo, Petrum Presbyterum in ea specie irregularitatem non contraxisse, siquidem nullatenus particeps criminis fuit non ope, non consilio, non mandato, nec silentio quidem occasionem homicidio dedit, imo rixantes ad pacem hortatus est, pugnam, & cædem dissuasit quantum in ipso erat,

proindeque illi non convenit hoc juris effatum, cap. *Sicut dignum*; Extra, *De Homicidio*, quod Alexandri III. reſponſum eſt: *Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.* Quamvis porro Speculator tit. *De diſpenſat.* §. *Juxta*, num. 56. Tabiena in verbo *Irregularitas*, 2. num. 31. & Majolus *De Irregular.* lib. 5. cap. 48. § 5. num. 1. aſſerant, ad irregularitatem contrahendam ſatis eſſe, ut aliquis interfuerit homicidio, tametſi non percuſſerit; non tamen intelligendi ſunt de eo, qui caſu reperitur in loco, ubi homicidium perpetratur, ſed eo, qui homicidam comitatur, ut ipſum defendat, ſi neceſſitas poſtulet, vel ipſum non prohibet a cæde, cum poſſit; vel certe illum præſentia ſua reddit audaciorem, & fortiorem, cum ejus adverſarii comitatum magis timeant, quam ſolum. At in propoſita ſpecie nihil hujuſmodi occurrit; itaque Petrus Presbyter irregularitatem non contraxit, ut colligitur ex Canone. *Si quatuor*, cauſa 23. quæſt. 8. can. 33. „ „ Si quatuor, aut quinque homines, ſeu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit, quicunque eorum plagam ei impoſuit, ſecun-

cædem enses distrinxerunt; illisque pugnam, & cædem frustra dissuasit, nec eorum furorem sedare, aut impetum, ac violentiam cohibere potuit. Quamobrem Episcopus inquisitione facta per suum Officialem, & comperta facti, prout propositum est, veritate, illum suo ministerio fungi, & parochiam regere sinat; siquidem, etsi res dubia videretur, in foro tamen contentioso *Pœnæ legum interpretatione molliendæ sunt potius, quam exasperandæ*, ut dicitur Canone *Pœnæ*. Dist. 1. *De Pœnitentia*; & *In pœnis benignior est interpretatio facienda*, secundum regulam juris in sexto.

Ad quartum respondeo, Clericum, qui campanas pulsabat in campanili, in casu proposito irregularitatem contraxisse, quia debitam diligentiam non adhibuit; dum enim funem sursum trahens sentiebat ponderis gravitatem, advertere poterat, & debebat, puerum aliquem (ut fieri solet) esse illi appensum, & inde posse grave aliquod nocumentum contingere. Ita respondit in simili specie sacra Congregatio Concilii Trid. Interpres; quæ tamen cum Clerico misericorditer agendum censuit, eique dispensationem ad ordines, & beneficia indulgendam.

Ad quintum respondeo, Alfonsum Abbatem irregularem quidem esse, quia jubens famulis, ut hominem rusticum fuste verberarent, *homicidio causam dedisse videtur* (cap. *De cætero*, Ext. *De homicidio*) sed non ea irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario, siquidem contra ejus intentionem, imo contra expressum illius mandatum, mors rustico illata est. Quamobrem ad sacrorum Ordinum, & Altaris ministeria, & beneficia quæcunque ac dignitates jure dispensari cum ipso potest in forma præscripta a Concilio Trid. sess. 14. cap. 7. *De Reformatione*. Ita censuit in simili specie sacra Congregatio Concilii Interpres. Et cum postea dubitatum fuisset, an is, qui gravibus ab aliquo affectus injuriis, famulo mandavit, ut illi in facie vulnus leve cæsim infligeret, si mandatarius jussionis fines excedens pluribus mor-

tiferis vulneribus illi necem intulerit, censeatur incurrisse in irregularitatem provenientem ex homicidio voluntario; sacra Congregatio censuit non incurrisse, sed in eam duntaxat, quæ oritur ex homicidio fortuito. In his igitur, & similibus casibus solus mandatarius est irregularis ex homicidio voluntario, non autem mandans, cujus præter intentionem homicidium perpetratum est, adeoque non est simpliciter volitum.

Ad sextum respondeo, illum quidem Sacerdotem rei illicitæ operam non dedisse, dum vasa sua in puteum a fure demersa extrahere satagebat; an vero ipsi nihilominus imputanda sit mors adolescentis in puteum propterea demissi, quæ inde consecuta est, dubium videri potest. Non imputandam colligi posset ex cap. *Dilectus*, Ext. *De homicidio*, ubi dicitur, Clericum equo insidentem, qui disrupto fræno hominem prætereuntem interfecit, irregularem factum non esse, quia nec rei illicitæ operam dabat, nec ulla ejus culpa præcessit; quia videlicet fragile frænum non adhibuerat, sed validum satis (inquit Bernardus vetus Canonista.) Pari ergo ratione Sacerdos ruralis, de quo in proposita specie excusandus videtur, quandoqui-

qui sursum trahebatur onustus periculo objici, ne disrupto fune laberetur, & mergeretur, præsertim cum funis esset unicus, & ore putei refricaretur. Sacerdos igitur ille videtur irregularis esse, cum Hostiensis, Joannes Andreas, aliique celebres canonici juris interpretes in cap. *Significasti*, 1. Extra. *De Homicidio*, culpam levissimam ad irregularitatem sufficere censeant. Addiderim, forte etiam in illa specie intervenisse latam culpam, quia vehementior vasa in puteum demersa recuperandi cupiditas causa fuit, ne infelix adolescens cautius extraheretur. Unde ad hanc speciem applicari potest Alexandri III. responsum cap. *Suscepimus*, Extra. *De homicidio*, cujus hæc sunt verba: „ Quoniam expediebat potius post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere jacturam, quam pro conservandis vilibus rebus, & transitoriis tam acriter in alios exardescere, abstineat iste humiliter ab Altaris ministerio „. In eam quidem sententiam magis propendeo; Sacerdotem illum ruralem, de quo agitur, irregularem esse; sed esto res dubia sit, in dubio certe a sacris ministeriis, & Missarum celebratione abstinere debet, donec dispensationem obtinuerit, quia *In dubiis semitam debemus eligere tutiorem*, ut respondet Clemens III. cap. *Ad audientiam*, Extra. *De Homicidio*. Vale, mei in sacrosancto Altaris Sacrificio memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXVI.

Solutio difficultatum quarumdam circa irregularitates occultas.

Alias 19. quæ autem 36. erat, nunc 41.

CLARISSIMO VIRO ***

Cum liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, aliisque deductis ad forum contentiosum pariter exceptis, dispensare, ex Concilio Trid. Sess. 24. cap. 6. quæris a me, an delictum coram duobus, aut

tribus teſtibus commiſſum, de quo tamen nullus rumor ſparſus in vulgum eſt, cum teſtes ſint rei amici, ac ſecreti tenaciſſimi, dici poſſit occultum, ita ut in irregularitate ex eo ſecuta diſpenſare poſſit Epiſcopus, aut a Cenſura ipſi annexa, ſummoque reſervata Pontifici abſolvere. Quid ſi crimen ſolis complicibus notum ſit; quamvis plurimi ſint? Quid ſi deductum fuerit ad forum contentioſum, ſed probari non potuerit, ideoque reus dimiſſus fuerit, & quodammodo abſolutus?

De his quæſtionibus ita cenſeo. De prima: Delictum coram duobus, aut tribus teſtibus commiſſum, non eſſe quidem notorium evidentia facti, forte nec evidentia præſumptionis, ſed tamen occultum non eſſe. Occultum enim proprie dicitur, quod probari non poteſt; verbaque Concilii ſecundum proprietatem ſunt accipienda; delictum porro coram duobus, aut tribus teſtibus commiſſum probari juridice poteſt, non eſt igitur occultum. Quamobrem ab eo abſolvere non poteſt Epiſcopus, ſi ſit apoſtolicæ Sedi reſervatum; nec in irregularitate ex eo ſecuta diſpenſare. Ita cenſuit ſacra Congregatio Concilii, ut refert

miſſus, ſed relaxatus ſub fidejuſſione de ſiſtendo ſe, ac repræſentando ; non poteſt Epiſcopus a crimine Sedi apoſtolicæ reſervato abſolvere, aut in irregularitate inde ſecuta diſpenſare ; ſiquidem ad forum contentioſum deductum eſt, manetque ratio ſcandali, nec abſterſa eſt infamia. Unde Concilli Trid. exceptio cap. 6. Seſſionis 24. locum habet ; *Et exceptis aliis deductis ad forum contentioſum.* Ita ſacram Congregationem Concilii interpretem cenſuiſſe, refert Fagnanus in cap. *Veſtra*, Extra. *De cohabitatione Clericorum, & mulierum.* Vale, meque tui obſervantiſſimum Deo commenda.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XXXVII.

Qui Duello pugnans hominem occidit, & poſtea vitam religioſam ſolemni ritu profeſſus eſt, ac ſacros Ordines ſuſcepit, & diſpenſatione ſuper Irregularitate a ſummo Pontifice non impetrata ; ſacris operari non poteſt... Qui Profeſſionem ſuam nullam eſſe contendit, voce activa, & paſſiva gaudere non debet. Alias 20. quæ autem 37. erat, nunc 48.

RELIGIOSO VIRO ***

Quæris a me, quid ſentiam de conſcientiæ caſu, quem his fere verbis exponis, F. N. cum adhuc in ſeculo viveret, duello pugnans, hominem interfecit. Monaſterium deinde ingreſſus vitamque religioſam profeſſus, diſpenſatione ſuper irregularitate, quam per homicidium voluntarium contraxerat, a ſummo Pontifice non impetrata, ſacros omnes ordines ſuſcepit, eorumque functiones hactenus exercuit. Is porro ante lapſum quinquennii a religioſa profeſſione, contra illam reclamavit, canonicam non eſſe cauſſatus, tum quia diebus aliquot ante probationis annum omnino expletum emiſſa fuit, tum quia minis patris in illum irati ad vovendum coactus eſt. Rogas primo, utrum religioſa Profeſſione ſublatum ſit irregularitatis impedimentum, ex hypotheſi, quod valida fuerit Profeſſio. Secundo, utrum ſacris operari

rari potuerit poſt reclamationem ſuam juridice per Notarios publicos ſuperioribus ſignificatam. Tertio, utrum voce activa, & paſſiva gaudere debeat, ex quo ſecundum formam juris declaravit profeſſionem ſuam nullam, & irritam eſſe.

Ad primam quæſtionem reſpondeo, F. N. Irregularem fuiſſe ratione homicidii voluntarii, ut conſtat ex jure canonico, tit. *De homicidio voluntario, & caſſuali*, & ex Concilio Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. „„ Cum etiam (*inquit*) qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab Altari avelli debeat; qui ſua voluntate homicidium perpetraverit, etiamſi crimen id, nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros Ordines promoveri poſſit, nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiamſi curam non habeant animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, & beneficio, & officio eccleſiaſtico perpetuo careat „„.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo, irregularitatem illam religioſa Profeſſione minime fuiſſe ſublatam, quamvis profeſſio Canonica, & legitima fuiſſet.

to, vir religiose, cui animæ ejus cura commissa est, illi prohibere debes, ne sacris operetur, servatis prudentiæ legibus; & si nota sit, vel juridice probari possit irregularitas, contumacem, & sacrilegum arcere debes via juris ab Altari, & ab omnibus ordinum ecclesiasticorum ministeriis, ne peccata illius tibi imputentur.

Ad tertiam quæstionem respondeo, F. N. voce activa, & passiva frui non debere, ex quo Professionem suam nullam, & irritam esse contestatus est, donec re judicata constet illum legitime professum esse. Vocis enim activæ, & passivæ privilegium in electionibus, ex Professione religiosa legitime, & canonice facta consequitur. *Ex eo* porro *non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare*; ut habet regula Juris 36. in sexto. Vale, vir religiose, meque Domino ad sanctum Altare commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXVIII.

Regularis sine summi Pontificis dispensatione, & Superiorum suorum licentia ad mitiorem Ordinem transiens, ibique sacros Ordines suscipiens, non est Irregularis. Alias 21. quæ autem 38. erat, nunc 49.

RELIGIOSO VIRO***

Literis nuper ad me datis dubium proponis his verbis conceptum. F. Vincentius ordinis Capucinorum a suis Superioribus ab annis aliquot male habitus, & vexatus absque causa, ad monasterium *** Cluniacensis ordinis migravit, ibique se licentiam a summo Pontifice habere jactans ad mitiorem Ordinem transeundi, rogante Abbate commendatario cognato suo receptus est a Priore claustrali, & Monachis absque Pontificii rescripti exhibitione. Peracto Novitiatus anno professus, sacros Ordines suscepit, Sacerdosque factus, celebravit per multos annos. Promulgato deinde Innocentii XII Pontificis maximi diplomate, quo apostatas omnes, & fugitivos ad

suos

suos Ordines, & monasteria redeuntes recipi jubebat sanctitas sua, pœnis omnibus, quas defectione sua meruerant, clementer condonatis, dictus F. Vincentius ad Capuccinos rediit. Receptus a fratribus a sacrorum Ordinum functionibus prohibitus est. Superiores hanc interdicti sui rationem afferebant, quod sacris Ordinibus in apostasia, & consequenter in statu excommunicationis susceptis, eorumque ministerio in eodem statu functus, irregularis esset, summique Pontificis dispensatione speciali ad sacra ministeria obeunda indigeret, secundum cap. *Consultationi*, Ext. *De Apostatis*, cujus hæc sunt verba: „ Monachus aliquem sacrum Ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo reconciliatus fuerit Abbati, & receperit pœnitentiam, absque dispensatione romani Pontificis; ministrare non poterit in ordine sic suscepto „. Meam de hac difficultate sententiam rogas; eam tibi aperire non moror.

Censeo F. Vincentium proprie apostatam non fuisse. Monachus enim proprie non dicitur apostata, nisi qui a religioso statu omnino deficit, dimissoque habitu, & excusso penitus obedientiæ jugo, ad seculum redit. Qui vero a strictiori ad mitiorem, seu laxiorem ordinem absque licentia & dispensatione transeunt, a statu religioso omnino non deficiunt, nec penitus excutiunt obedientiæ jugum, nec dimittunt habitum regularem, sed mutant, votaque substantialia religionis in Ordine laxiori renovant: Apostatæ igitur minime censendi sunt, nec proinde excommunicati. Sententia est celeberrimorum canonici Juris interpretum Innocentii IV. cap. *Intelleximus* Ext. *De ætate, & qualitatibus ordinandorum*: Joannis Andreæ, ibidem Archidiaconi, in Can. *Placuit*, dist. 50. num. 4. Abbatis: Antonii de Butrio: Joannis de Annania lupi Alleg. 33. Ludovici romani Consil. 341. Glossæ in cap. *Consultationi*, Ext. *De Apostatis*. Itaque Frat. Vincentius post suam in Ordine Cluniacensi Professionem sacros Ordines suscipiens eorumque functus ministerio, in irregularitatem non incurrit.

rit. Tametsi enim lethaliter peccasset discedendo ab Ordine FF. Capuccinorum, & gravissimo rursus peccato se obstrinxisset decipiendo superiorem, & Monachos monasterii laxioris, & mendaciter asserendo se dispensationem transeundi ad mitiorem Ordinem a summo Pontifice obtinuisse; ac proinde Professio illius in Ordine Cluniacensi canonica, & valida non esset, ideoque ad Capuccinos suos redire teneretur rebus ita stantibus; excommunicatus tamen ob defectionem non erat. Quamobrem illi ad priorem Ordinem reverso Capuccinorum superiores immerito interdixerunt sacrorum Ordinum functionibus, & divinorum celebratione Mysteriorum. Quod disertis verbis confirmat cap. *Ex parte* Extra. *De temporibus ordinationum*, quod Innocentii III. responsum est Abbati, & Conventui Cariloci datum. „„ Ex parte vestra (*inquit*) nostro fuit Apostolatui reseratum; quod quidam Monachus vester se ad nigros monachos transferens, & habitum eorum assumens, ad Sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus; unde quia dubitastis, utrum in assumpto totaliter Ordine ministrare debeat; mandamus, quatenus (nisi canonicum aliud obviet) ipsum Monachum officium Sacerdotis libere exequi permittatis „„. Vale, vir religiose, meque Domino ad sanctum Altare commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XXXIX.

Quamvis Episcopi subditos sibi Clericos possint corrigere, & mores eorum reformare, appellatione quavis, & consuetudine non obstantibus, Clericus tamen ob suspicionem de mala familiaritate in carcerem Episcopalem detrursus ad Metropolitanum appellare potuit. Alias 14. quæ autem 39 erat, nunc 26.

CLARISSIMO VIRO ***

Dum illustrissimus Præsul *** sacram Diœcesis suæ Visitationem obiret, Clericum de mala familiaritate cum muliercula quadam graviter, ut scribis,

bis, suspectum in carcerem Episcopalem detrudi jussit. Appellavit ille ad Metropolitanum, Metropolitanus reum a carcere solvi decrevit, causamque ad tribunal suum traxit. Nullum fuisse appellationi locum existimas, secundum Tridentini Concilii Decreta, cum de morum correctione, & reformatione ageretur; proindeque Metropolitanum potestatis suæ fines excessisse. Meam ea de re sententiam rogas. Morem gero lubens.

Episcopi subditos suos corrigere possunt, mores eorum reformare, appellatione quavis, & consuetudine non obstantibus. Ita statuit Lateranense Concilium generale sub Innocentio III. cujus hæc sunt verba: „ „ Irrefragabili constitutione sancimus, ut Ecclesiarum Prælati, ad corrigendos subditorum excessus, maxime Clericorum, & reformandos mores prudenter, ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus excesserint observandam „ „.

[redacted]

aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter, ac devote suscipiant, quod pro salute sua eisdem fuerit injunctum „ „.

Istud disciplinæ caput confirmat sacra Synodus Tridentina Sessione 22. cap. 1. *Nec appellatio* (inquit) *executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat.* Et Sessione 24. cap. 10. „ „ Nec his, ubi de visitatione, & morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab iis mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat „ „.

Ex his sacri Concilii Decretis compertum est, appellationem, etiam in causis correctionis, & visitationis, ad effectum suspensivum locum non habere, nec executionem impedire; ad effectum tamen devolutivum in his etiam causis locum habet, modo a definitiva, non ab interlocutoria appelletur. Quamquam, & ab interlocutoria appellare licet, si sit irreparabile gravamen, quod appellationis fundamentum est. Id confirmatur altero ejusdem Concilii Decreto, Sessione 13. cap. 1. „ „ Cum igitur (*inquit*) rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, & Episcoporum subterfugenda judicia, querelas, & gravamina simulent, & appellationis diffusio judicis processum impediant; ne remedio ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque ut hujusmodi eorum calliditati, & tergiversationi occurratur, ita statuit, & decrevit; in causis visitationis, & correctionis, sive habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine non appelletur; nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi, tanquam frivolæ deferre teneatur, sed ea, ac quacunque inhibitione ab appellatione emanata, nec non omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili, contraria non obstante,

ad ulteriora valeat procedere, nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit; quibus casibus sacrorum antiquorum Canonum statuta illibata persistant „ „. In causis igitur visitationis, & correctionis appellare licet post definitivam sententiam, vel antea, si gravamen sit irreparabile, devolutiva duntaxat, non suspensiva appellatione. Ita censuit sacra Congregatio Concilii interpres, ut Fagnanus refert in cap. *Ad nostram*, Ext. *De appellationibus*.

Jam ad speciem, de qua sententiam rogas meam, descendo. Cum carcer infamiæ notam inurat, & damnum inferat quasi irreparabile, nec ad pœnitentiam duntaxat, & simplicem correctionem infligatur, sicut imperatur secessus in Seminarium, sed ad pœnam corporalem; Clericus ob suspicionem de mala familiaritate carceri a suo Episcopo addictus appellare potuit ad Metropolitanum, ejusque appellationi illustrissimus Episcopus deferre debuit, & causam ad Metropolitanum remittere, reo tamen in carceribus interim manente, donec Metropolitanus causa cognita aliud forte decrevisset. Ita sacram Congregationem [redacted]

impendi ſolitum ab honeſtis quibuſque viris prætexentes, ſententiam meam quæris, utrum poſt monitionem iteratam, ſeverioribus remediis hanc licentiam periculis plenam cohibere poſſit, & debeat illuſtriſſimus, & religioſiſſimus Præſul. * *

Cohibere poſſe, ac debere cenſeo; ſiquidem oſcula mulieribus libata exitialia ſæpe, periculoſa ſemper ſunt caſtitati, quam ſacrati homines profitentur. De his præclare S. Clemens Alexandrinus lib. 3. *Pædagogi*, cap. 11. „ „ Dilectio non in oſculo cenſetur, ſed in benevolentia. Illi autem nihil aliud oſculo, quam Eccleſias conturbant, cum ipſam non habeant intus amicitiam. Etenim hoc utique turpem movit ſuſpicionem, & maledicentiam, quod imprudentes oſculo uterentur, quod eſſe oportebat myſticum. Id ſanctum vocavit Apoſtolus, Regno digne deguſtato, ore modeſto, & clauſo benevolentiam animi oſtendamus, per quod maxime ſe exerit manſuetudo morum. Et aliud quoque oſculum inceſtum, veneno plenum, ſanctitatem ſimulans. An neſcitis, quod etiam phalangia ſi ore tantum tangant, graves dolores hominibus afferunt? Oſcula autem impudicitiæ ſæpe virus immittunt. Manifeſtum itaque nobis factum eſt, oſculum non eſſe dilectionem. Dilectio enim eſt Dei. Hæc autem dilectio Dei (*inquit Joannes*) ut mandata ejus ſervemus, non ut nos invicem ore demulceamus „ „.

Et S. Iſidorus Peluſiota lib. 4. Epiſt. 109 ad Fidelem Diaconum: „ „ Quoniam (*inquit*) per literas quæſiviſti, quam ob cauſam poſtquam ſcriptum fuerat: *Qui ingreditur ad mulierem nuptam, non innocens erit*, dictum ſit præterea, *neque omnis tangens eam*? Reſpondeo ingrediendi quidem verbum uſurpaſſe Salomonem de coitu, ſecundum id quod dictum eſt a Sara ad Abrahamum: *Ingredere ad ancillam meam, & liberos ex ea procrea*; tangendi autem, de oſculis, & contactu. Quamquam enim iſta, ſi cum coitu conferantur, peccata eſſe non videntur, veruntamen veritate judicante ipſa quoque merito lapſus quidam cenſenda fuerint. Nam ſi curioſus aſpectus adulte-

rium esse judicatus est a Christo . contrectatio certe pro adulterio multo magis judicabitur. Quemadmodum enim in imaginibus depictis color magis afficit spectatores, quam nuda lineamenta; sic etiam in corporibus comparatum est, ut tactus, quam visus majorem movendi vim habeat. Si igitur aspectus, quamvis subtilior sensus sit, ac purior, condemnatus est tamen, non immerito tactus, ut qui sit crassior, atque impurior sensus, prohibitus est „ „.

Præclare quidam veterum ait : Osculum pars adulterii est, criminis ostium, mortis initium, morsus diaboli, & arrha peccati. Etsi enim nondum in opere consummetur iniquitas, perfecta est in corde captivitas. Hinc regula militum Templi, cap. ultimo, mulierum omnium, etiam propinquarum, oscula ipsis prohibet : „ „ Periculosum (*inquit*) esse credimus omni religioso vultum mulierum nimis attendere ; & ideo nec viduam, nec virginem, nec matrem, nec sororem, nec amitam, nec ullam aliam feminam aliquis frater osculari præsumat. Fugiat ergo feminea oscula Christi militia, per quæ solent homines sæpe periclitari, ut pura conscientia, & secura vita in con-

[redacted]

EPISTOLA XLI.

Sacerdotes, qui boves, oves, equos emunt, in pascuis suis alunt, eorumque fructus vendunt, non sunt rei negotiationis illicitæ. Alias 24. quæ autem 41. erat, nunc 1.

CLARISSIMO VIRO ***

Quosdam Dioecesis N. Sacerdotes boves, oves, equos emere scribis, in pascuis suis alere, & eorum fructus vendere, rogasque, ut ea de re sententiam dicam, num illud sit illicitæ negotiationis genus, Clericisque prohibitæ cap. *Secundum institutua*, Ext. *Ne Clerici, vel monachi secularibus negotiis se immisceant*; ac proinde illud prohibere possit Episcopus, sub poena suspensionis.

Hanc proprie dictam negotiationem esse non censeo, sed magis artificium, quod Clericis sacri Canones permittunt, Canon. *Clericus*. & 2 dist. 91 Hinc sanctus Raymundus in Summa libro 2. titul. *De negotiis secularibus*, ubi secularia negotia regulariter Clericis prohibita esse dixit his Apostoli verbis: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*; nec non sacris Canonibus; quatuor casus explicat, in quibus possunt hujusmodi negotia tractare, quorum postremus quæstionem propius attingit, quam mihi proposuisti. *Quartus* (inquit) *casus est, si Clericus indigeat; tunc enim potest recipere possessiones excolendas ad firmam, sive conducere.* Argum. Dist. 86. *Pervenit*, Versic. *Avaritiæ causa*. Dist. 91. cap. 2. vers. *Agricultura. Potest etiam talis Clericus artificio suo honesto acquirere sibi victum, dum tamen occasione talis artificii non desit divinis officiis.* Dist. 20. per totum, Dist. 5. *De Consecratione*, *Nunquid*, Extra. *Ne Clerici, vel Monachi*, cap. 1. „ „ Item, quod dictum est supra, quod non licet Clerico emere vilius, ut vendat carius, ita intelligatur, si ejus intentio est, ut vendat carius in eadem forma sed ut vendat carius mutata forma, bene potest; puta, emit tabulas, ut faceret scrinium; vel chartas, ut scriberet libros; vel linum, ut faceret retia, & simi-

lia. Poteſt etiam emere pullum, & illum educatum, & opera ſua melioratum carius vendere „ „. Argum. Diſt. 91. *Clericus.* Et eſt ratio, *Quia talis quæſtus ex artificio intelligitur provenire.*

Idem docet *S. Antoninus* 3. part. tit. 13. cap. 2. §. 3. Idem confirmant Declarationes ſacræ Congregationis Concilii in gratiam Presbyterorum, & Clericorum terræ Maidæ Neocaſtrenſis Diœceſis. Quæſierant, an liceret eis abſque reatu illicitæ negotiationis.

1. *Terras patrimoniales, & beneficiales per laicos colere.*

2. *An pro neceſſario culturæ uſu poſſint emere boves, & alia animalia, & fructus illorum vendere.*

3. *An ii, qui in propriis terris habent quercus, & caſtaneas, quarum fructibus ſues veſcuntur, poſſint ſues emere, eoſque alere, & pro familiæ ſuſtentatione vendere.*

4. *An iidem Clerici, cum foliis ſuarum arborum poſſint in propriis ædibus artis ſericæ operam dare, vel idem opus alteri ad medietatem committere, ut in illis partibus fieri conſuevit.*

Ad primum reſpondit ſacra Congregatio : „ „ Licere Clericis agros beneficiorum, & patrimoniorum ſuorum opera laicorum colere, abſque reatu illicitæ nego-

[redacted]

artificio hujusmodi personas suspectas non adhibeat, & quoad hoc Episcopi licentiam, quæ gratis detur, obtineat „„.

Eadem sacra Congregatio die 20. Augusti 1627. censuit „„ Clericos pauperes, ob suam, suæque familiæ necessitatem posse terras ecclesiasticorum conducere absque reatu illicitæ negotiationis: bona vero laicorum non posse, nisi ex mera præcise necessitate „„.

Item censuit: „„ Posse retinere, & locare boves, oves & alia animalia, quæ habent ex successione, vel decimis, nec non fructus illorum vendere, absque crimine illicitæ negotiationis „„.

Hæc refert Fagnanus, quo Secretario Declarationes istæ a sacri Concilii Congregatione editæ sunt, in cap. *Multa*, Extra. *Clerici, vel Monachi*, &c.

Quæ cum ita sint, Clericis, de quibus quæstio est, molestus (ut spero) non erit religiosissimus Episcopus N. a Censuris in illos distringendis temperabit, minis parcet, modo alias honeste, & ecclesiastice vivant. Si quæ tamen avaritiæ labes illis adhærere videatur, paterna charitate illos arguet, obsecrabit; increpabit in omni patientia, & doctrina. Vale, meque Deo commenda in Sacrificio Pretii nostri.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XLII.

*Oblationes Deo factæ ad imaginem beatæ Virginis, muro castri ** contiguam, ad Parochum, non ad castri Dominum pertinent.* Alias 34. quæ autem 42. erat, nunc 3.

CLARISSIMO VIRO ***

Cum unus sit Deus montium, & vallium, unusque & idem in pagis, & urbibus amplissimis colatur, fideles ministros, ac pios Sacerdotes, animarumque Rectores, qui pagorum Ecclesiis præsunt, christianamque plebem regunt ruri degentem, non minus colo, & in Christo complector, quam urbium florentissimarum parochos. Non est igitur, cur ve-

niam depreceris, dum quæstionis propositæ solutionem rogas. Christianis omnibus debitor sum, quia omnium frater, multo magis Consacerdotibus. Quæris porro, utrum oblationes Deo factæ ad imaginem Deiparæ Virginis... in Oratorio, quod a D. Marchione, pagi Toparcha, erectum, muroque castri contiguum est, ad eumdem Marchionem pertineant; an vero ipsas repetere possis, ut loci parochus.

Oblationes illas tui juris esse censeo, teque illas repetere posse, ac debere; siquidem sacra imago Deiparæ, & Oratorium intra fines parochiæ tuæ posita sunt. Omnes enim proventus spirituales, qui infra limites parochiæ obveniunt, quales sunt decimæ, primitiæ, oblationes, funeralia, &c. ad parochialem Ecclesiam jure communi pertinent, ut colligunt juris Canonici periti ex cap. *Pastoralis*, Extra. *De his quæ fiunt a Prælatis sine consensu Capituli* & cap. *Ad audientiam*, Ext. *De Ecclesiis ædificandis, & reparandis.* Idque S. Thomæ auctoritate confirmatur, secunda secundæ, quæst. 86. art. 1 ad secundum. „ „ Monachi (*inquit*) sive alii religiosi possunt oblationes recipere tripliciter. Uno modo sicut pauperes, per dispensa-

stat ex Canone, *Quia Sacerdotes*, & Canone, *Hanc consuetudinem*, caula 10. quæst. 1. Idemque colligitur ex cap. *Decernimus* Ext. *De judiciis*, quo prohibetur, ne laici ecclesiastica tractare negotia præsumant. Intercedere igitur jure potes, ne Dominus Marchio N. oblationes ad sacram imaginem Deiparæ Virginis N. & oratorium castri sui muris adjacens, Deo factas percipiat, quamvis in pios usus erogaturus. Ipsum urbane, & amice convenire primum debes, jus Ecclesiæ tuæ parochialis illi exponere, rogare, ne jus illud usurpet cum animæ suæ periculo. Si precibus tuis insuper habitis dictas oblationes recipere, de illisque pro arbitrio disponere pergat, illustrissimum Episcopum adi, ejusque auctoritatem implora, ut D. Marchionem compellat ad dimittendum oblationes illas Ecclesiæ parochiali. Vale, mei tuis in sacrificiis memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XLIII.

Qua prudentia gerere se debeat Prælatus regularis in reformatione monasteriorum sibi subditorum. Alias 61. quæ autem 43. erat, nunc 14.

RELIGIOSISSIMO VIRO ABBATI ***

Tuum de regularis disciplinæ instauratione in cœnobiis curæ tuæ, ac regimini subditis consilium non solum probo, sed laudo vehementer, Deoque gratias ago, qui hanc tibi voluntatem dedit; ipsum precor, ut det tibi sancti operis exequendi, & perficiendi facilitatem.

Prælatum arctioris, ut par est, disciplinæ studiosum, in ea subditis imponenda, singulari prudentia, mansuetudine, & patientia uti debere, tibi perspectum, & exploratum est. Hanc Regulam tradebat S. Bernardus Simoni Abbati S. Nicolai de Saltu in Diœcesi Laudunensi, Epistola 93. „ „ Omnes (*inquit*) qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur, ita ut cum eis nunquam desit pie velle, non semper tamen adsit, & perficere pro bona voluntate.

Sicut enim impiorum eſt piis bonorum propoſitis aſſidue reluctari, ſic contra pietatem non eſt, propter multitudinem adverſantium, quamvis juſta, & ſancta deſideria paucorum plerumque non perfici. Sic Aaron ſceleratis tumultuantis populi contra voluntatem ſuam clamoribus ceſſit. Sic Samuel eidem populo inordinate Regem petenti invitus Saulem inunxit. Sic David, cum vellet conſtruere templum, propter infeſtantium tamen bella inimicorum, quia vir bellicoſus erat, prohibitus eſt facere, quod ſancte propoſuit. Simili forma tibi, Pater Venerande, conſulimus, ut tamen ſapientiorum conſilio non præjudicemus, quatenus ad tempus propoſiti tui, tibique conſentientium rigorem ſic temperes, ut infirmorum ſalutem non negligas. Invitandi quippe ſunt ad arctiorem vitam, non cogendi, quibus utique ſemel in Ordine illo Cluniacenſi præeſſe conſenſiſti. Illis autem, qui arctius vivere deſiderant, aut condeſcendere imbecillioribus ex charitate (quantum ſine peccato poſſunt) ſuadendum eſt; aut ibidem tenere, quod cupiunt permittendum, ſi abſque utrarumque partium ſcandalo fieri poteſt; aut certe de Congrega-

abstinens a carnibus, dum scrupulosus observator Regulæ videri vult, erit ejusdem violator, & hoc si tanquam singularis ferus turbet alios, & quasi reos suæ abstinentiæ putativa sanctitate condemnet, quos magistra charitas, aut charitatis comes necessitas, aut consuetudo laudabilis per Superiores tolerata, vel imposita excusat, absolvitque. Sed heu! rarus valde casus talis, utinam crebrior non esset transgressio per excessum, quam per diminutum! Propterea non diximus ea, quæ diximus ad laxandum fræna luxuriæ, gulæ, & inobedientiæ; non ad dissolvendum rigorem regularis disciplinæ; non ad habendum velamen malitiæ libertatem; seorsum a nobis hoc sacrilegium; sed quod interim quærimus investigare quousque, & quantum obligatio regularis extenditur, ne vitare cupientes scyllam nimiæ laxationis, præcipitemus nos, & alios in charybdim falsæ, & austeræ obligationis; quoniam displicet Deo infidelis, & stulta promissio; *Eccl.* 5. 3. infidelis, si non impletur, stulta, si discretione non fallitur „ „.

Cum itaque prudentia, & mansuetudine singulari præditus sis, vir religiosissime, non dubito, quin susceptum monasticæ reformationis opus feliciter exequaris. Vale, meque tuis sanctis sacrificiis, & religiosæ Congregationis orationibus habeto commendatum.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XLIV.

In Galliis, non vero in Italia, Moniales e monasteriis suis exire possunt cum Superiorum suorum, & Episcopi licentia, ut aliis monasteriis præsint. Alias 91. quæ autem 44. erat, nunc 15.

Nullum movere debes scrupulum Sanctimoniali Ordinis N. in Priorissam alterius monasterii ejusdem Ordinis electæ, & confirmatæ circa migrationem, positis conditionibus requisitis. Nullum enim dubium est, quin e monasteriis suis exire possint Moniales secundum mores Ecclesiæ gallicanæ, ut aliis mo-

monasteriis præsint, cum Superiorum suorum, & Episcopi licentia. Hic casus cum dispositione capitis 8. Sessionis 25. Concilii Tridentini *De Regularibus* convenit, quo permittitur, ut si Monialis dotibus requisitis prædita, & legitimæ ætatis non reperiatur in eodem monasterio, quæ in Abbatissam, vel Priorissam eligi valeat, *ex alio ejusdem ordinis eligi possit.*

Cæterum alia viget in Italia disciplina. Hanc enim dispositionem immutatam S. Pii V. Constitutione, quæ incipit, *Decori*, declaravit Gregorius XIII. cujus declaratio illis in regionibus usu recepta est; ita ut sine speciali summi Pontificis licentia in hujusmodi casu, Moniali e suo monasterio exire non liceat. Cum enim Ordinis Eremitarum S. Augustini generalis Archimandrita dubitaret, utrum post Constitutionem S Pii V. liceat de uno ad aliud monasterium transferre Monialem, ut illi præsit tanquam Abbatissa: sacra Congregatio censuit, quæstionem referendam esse Sanctissimo. Respondit porro summus Pontifex, Concilii Tridentini decreto supradicto derogatum fuisse Constitutione S. Pii V. ideoque vi illius decreti, non licere amplius educere Moniales e [redacted]

EPISTOLA XLV.

Quæ ſervanda in expulſione Monachorum contumacium. A ſacrorum Ordinum functionibus perpetuo ſunt ſuſpenſi. Alias 32. quæ autem 45. erat, nunc 4.

RELIGIOSISSIMO ARCHIMANDRITÆ ***

De monachis contumacibus, & qui emendari nolunt ab Ordine expellendis, quid conſilii tibi capiendum ſit, dubitas, & mecum quæris. Tibi morem gero.

Monachos contumaces, & qui emendari nolunt, ab ordine expelli poſſe cenſeo, re abſolute ſpectata. Sic a ſanctis Auguſtino, & Benedicto ſtatutum eſt in Regulis, quas probavit Eccleſia. Sic ſentiunt S. Bonaventura in Regulam S. Franciſci quæſt. 14. & S. Thomas quodlibeto 11. quæſtione 24. art. unico. Quod autem expulſio remedium ſit juri conſonum, colligitur ex cap. *Ne Religioſi*, Ext. *De Regularibus*. Idque neceſſarium videtur, ne Monachus ſceleratus, & contumax contagione peſtifera plurimos perdat. Sicut ad corporis naturalis valetudinem natura, & naturæ adjutrix medicina humores noxios expellunt; & magiſtratus flagitioſos quoſdam homines ad reipublicæ purgationem in exilium amandat; & Eccleſia facinoroſos Clericos exauctoratione, ſeu degradatione ejicit e Clero, ne Ordinis eccleſiaſtici privilegiis amplius abutantur, & gravius noceant; ita congruum eſt, ut monaſticus Ordo ſibi conſulat flagitioſorum, & contumacium monachorum expulſione, poſtquam alia remedia ad illorum emendationem fruſtra tentata ſunt, omneque charitatis officium inutiliter adhibitum eſt, ſcilicet multiplex admonitio, blanditiæ, terrores, minæ, flagella, carcer, jejunia, prorogatio temporis ad emendationis experimentum, aliaque remedia.

„ Decrevit autem ſacra Congregatio Cardinalium „ Concilii Tridentini Interpretum die 21. Septembris „ anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti, ut im- „ poſterum ex Ordinibus religioſis nemo legitime pro-

„ feſ-

„ feſſus ejici poſſit, niſi ſit vere incorrigibilis. Talis
„ autem minime cenſeatur, niſi non ſolum concur-
„ rant ea omnia, quæ ad hoc ex juris diſpoſitione re-
„ quiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis, & conſtitu-
„ tionibus cujuſque religionis, & Ordinis, etiam a
„ Sede apoſtolica approbatis, & confirmatis; verum
„ etiam unius anni ſpatio in jejunio, & pœnitentia pro-
„ betur in carceribus. Elapſo autem anno, ſi nihilomi-
„ nus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua per-
„ vicacia perſeveraverit, ne contagione peſtifera plu-
„ rimos perdat, tanquam pecus morbida, ac mem-
„ brum putre ejici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Ge-
„ nerali tantum, de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum
„ ex gravioribus religionis eligendis in ſingulis Capi-
„ tulis, vel Congregationibus generalibus; tumque
„ nonniſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum, & Con-
„ ſtitutiones proceſſu, & plene probatis cauſis ex-
„ pulſionis ad ſacrorum Canonum præſcriptum. Sic
„ vero ejecti, quamdiu non redierint ad religionem,
„ in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci
„ juriſdictioni, & obedientiæ ſubſint; proindeque
„ Generalis illico expulſionis ſententiam eidem Ordi-

In contumaciam igitur, & eorum, qui emendari nolunt, Monachorum expulsione, Provinciales, & Capitula provincialia nihil aliud possunt, quam allegare causas, quæ merentur expulsionem, & inquisitionum, seu processuum instrumenta, sive informationes (ut loquitur) ad summum Ordinis Moderatorem mittere, qui secundum formam a sacra Congregatione præscriptam expulsionis sententiam ferat. Hæc tamen de Monachorum expresse Professorum ejectione ab ordine disciplina in Galliis recepta non est, nec eam Curiæ supremæ patiuntur. Vale, mei ad sanctum Altare memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XLVI.

Episcopus collegiatam Ecclesiam supprimere potest, ut in ea Seminarium erigat; cui ejusdem Ecclesiæ beneficia uniat in perpetuum. Alias 25. quæ autem 46. erat, nunc 44.

CLARISSIMO VIRO ***

De Seminarii erectione, fundatione, dotatione pie, & ex officio cogitat illustrissimus, ac religiosissimus Episcopus *** remque strenue urgendam censet. Nonnullas autem quæstiones hac occasione natas rogas ut expendam, tibique de illis mentem meam aperiam.

Quæris primo, utrum Episcopus supprimere possit Capitulum Ecclesiæ N. ut in ea Seminarium suum erigat, & instituat; cum ea in Ecclesia canonicum officium, & Missa diebus singulis regulariter cantentur a Canonicis, sicut in Ecclesia cathedrali, ab annis mille circiter; plurimaque anniversaria, officia, statalque preces celebrari, ac recitari fundationum tabulis præscriptum sit.

Quæris secundo, utrum Canonici dictæ Ecclesiæ Collegiatæ tuta conscientia consensum præbere possint capituli sui suppressioni, cum Episcopus spondeat se decreturum, & curaturum, ut officium divinum in dicta Ecclesia perpetuis temporibus celebretur,

&

& fundationibus fatisfiat; piifque Fundatorum voluntatibus, ficut in hanc ufque diem factum eft. Hunc articulum videri contrarium ais Tridentini Concilii Decreto feff. 23. *De Reformatione*, cap. 18.

Quæris tertio, utrum Epifcopus jure poffit impedire dictos Canonicos, ne præbendas fuas refignent, ut eas unire poffit Seminario fuo, earumque redditus illi incorporare poft eorum obitum, ad ejus dotationem, & fuftentationem juniorum Clericorum, Præceptorum, & Moderatorum.

Quæris quarto, utrum Epifcopus Seminario fuo unire poffit, fine Titularium confenfu, Capellas, quas dictum Capitulum pleno jure confert, quæ dudum Capitulari menfæ unitæ fuerunt in cafu vacationis.

Quæris quinto, fi Canonici prædictæ fuppreffioni confentire debeant, & refignandi facultate priventur, utrum pinguiores poftulare poffint, ratione fumptuum, quos non fine incommodo fecerunt ab annis amplius quindecim, ad Ecclefiæ, ædiumque canonicalium reftaurationem, ampliationem, & decorem; tum etiam ratione dictarum Capellarum, quarum vacatio in dies contingere poteft, & ex quarum redditibus menfa Ca-

ſicut ſummus Pontifex Epiſcopatus in tota Eccleſiâ unire poteſt, ut conſtat ex cap. *Sicut unire*. Extra. *De Exceſſibus Prælatorum*; ex Clementina 1. *De ſtatu Monachorum*; §. *Ad hæc* & Concilio Trid. ſeſſ. 21. *De Reformatione*, cap. 5.

Secundum, ſuppreſſiones, & uniones hujuſmodi beneficiorum ab Epiſcopis fieri canonice non poſſe, niſi habita ratione neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ. *Si evidens neceſſitas, vel utilitas exigat* (ut habet cap. *Expoſuiſti*, Extra. *De Præbendis*.)

Tertium, inſtitutionem, dotationem, conſervationem Seminarii opus eſſe neceſſarium, & maxime utile Eccleſiæ, ut experientia docet, ac ratio, qua nititur Concilium Trid. ſeſſ. 23. *De Reformatione*, cap. 18. *Cum adoleſcentium ætas*, &c.

His poſitis, ad primam quæſtionem reſpondeo, Epiſcopum ſupprimere poſſe Capitulum, de quo agitur, ad inſtitutionem, & fundationem Seminarii ſui; ſiquidem nullum in urbe Epiſcopali erectum eſt, ſed proviſorie ſolum ab illuſtriſſimis Epiſcopis ejus deceſſoribus conceſſum, ut Seminarii exercitia interim fierent in communitate Sacerdotum, Regiis quidem literis approbata, non tamen in Seminarium inſtituta, & confirmata. Verum religioſiſſimus Epiſcopus hanc ſuppreſſionem, & unionem exequi debet *ſine cultus divini*, *& illa* beneficia *obtinentium præjudicio*; ut ſtatuit ſacra Synodus Tridentina.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo, dictæ Eccleſiæ collegiatæ Canonicos non modo poſſe tuta conſcientia ſuppreſſioni, & unioni prædictis conſenſum præbere, ſed ex officio teneri, cum Epiſcopo ſuo canonicam obedientiam debeant, & eum veneratione, & ſubmiſſione animi ſtatuta illius, ac mandata ſuſcipere, auctoritatem ſuam ſecundum regulas, & pro bono Eccleſiæ exercentis. Quod ſane præſtat inſtituens Seminarium, adhibenſque media, quæ ſancta Synodus Tridentina,& regiæ Conſtitutiones Epiſcopis proponunt ad tam ſancti, & Eccleſiæ tam neceſſarii operis executionem. Concilii Tridentini decreto pla-

te vacationem. Totum igitur committant Epiſcopi ſui diſpoſitioni, & æquitati.

Ad ſextam quæſtionem reſpondeo, ſimiles Capitulorum ſuppreſſiones in aliis Diœceſibus ob eundem finem factas, novæ legis vim non habere, ſed firmare legem Tridentini Concilii, cujus in executionem decretæ ſunt, & factæ. Canonicos ſupradictos cogi poſſe, ut Tridentinæ Synodi Decreto, Conſtitutionibus regiis, Epiſcopi ſui literis, mandato, ſententiæ hac in cauſa pareant, Eccleſiaque ſua collegiali cedant, ſi ad Seminarii erectionem, & dotationem Capitulum illius canonice ſuppreſſum ab Epiſcopo fuerit. Regii Conſiſtorii Decreta, aut Senatuſconſulta in ſimilibus cauſis graviſſima ſunt præjudicia adverſus Canonicos. Expectare non debent regiorum Magiſtratuum ſententiam, ut pareant Epiſcopi decreto, ac mandatis, cui parere tenentur ex officio; ſed interveniente Senatuſconſulto non ſolum parere tenebuntur, ſed compellentur. Ita cenſeo de quæſtionibus a te propoſitis. Vale, meique ad Altare Domini memineris.

Lutetiæ Pariſiorum.

rebus Ecclesiæ non alienandis, cujus hæc sunt verba: „Quod
„ si Episcopus (sui etiam Capituli accedente consensu)
„ mensæ suæ, vel ipsi Capitulo aliquam duxerit Eccle-
„ siam uniendam, hoc irritum esse decernimus „. Neque vero huic Clementinæ derogavit Concilium Tridentinum, quod permittit quidem Episcopis, ut accedente Capituli sui consensu beneficia simplicia, non tamen regularia, præbendis uniant, ubi frequentes, adeoque tenues sunt, ut simul cum distributionibus quotidianis sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant; sed facultatem non tribuit uniendi mensæ Capitulari. Cur non concesserit, hæc ratio fuisse videtur, quod ad unionem necessarius sit Capituli consensus ex Clementina laudata: Capitulum autem facto proprio præstare non possit auctoritatem, ut ait Glossa ejusdem Clementinæ; summoque consensu docent omnes Canonici juris Interpretes. Capitulum quidem potest auctoritatem præstare unioni beneficiorum, quæ fit omnibus, & singulis Præbendis, quia tunc præcipue agitur de utilitate singulorum, & secundario de utilitate, & commodis Capituli; non autem unioni, quæ fit mensæ Capitulari, quia tunc præsertim agitur de utilitate Capituli, & secundario de utilitate singulorum. Jure autem permissum est ei, cujus non interest principaliter, & primario, sed secundario tantum in aliquo negotio, auctoritatem suam interponere, ut constat, ex L. *Quamquam Regula*, D. *De auctoritate, & consensu tutorum.*

Hac tandem quæstione ad sacram Congregationem Concilii Interpretem olim delata, sacra Congregatio declaravit, non posse Episcopum beneficia simplicia unire Capitulo, seu Capitulari mensæ; quod si fecerit, irritam fore unionem; & hanc declarationem confirmavit Paulus V. Pontifex maximus die 19 Decembris anno 1612. Neque etiam id potest Episcopus, ubi præbendæ non sunt distinctæ, sed redditus omnes in distributionibus consistunt, quæ ex communi mensa percipiuntur, ut censuit eadem sacra Congre-

gatio die 5. Februarii anno 1611. referente Fagnano in cap. *Expoſuiſti*, Extra. *De Prabendis.* In ea igitur ſpecie ſummi Pontificis auctoritas imploranda eſt. Vale, meque tui obſervantiſſimum Deo commenda.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XLVIII.

Alias 37. quæ autem 48. erat, nunc 62.

Si lis de jure Patronatus finita non ſit poſt quatuor menſes in Patronatu laico, vel poſt ſex menſes in eccleſiaſtico, jus inſtituendi parochum, abſque præſentatione ſeu nominatione Patroni, ad Epiſcopum, pro hac vice, devolvitur.

CLARISSIMO VIRO ***

Conſultius egiſſent D. Marchio N. & D. Præſes N. de jure Patronatus parochialis Eccleſiæ N. litigantes, ſi illuſtriſſimi Epiſcopi N. judicio, vel arbitrio cauſam ſuam permiſiſſent. Controverſiam facile diremiſſet pro ſua ſingulari juris eccleſiaſtici peritia. Proferri juſſiſſet fundationis, vel dotationis authentica documenta, & alia jure requiſita, ſive etiam multiplicium præſentationum per antiquiſſimum tempo-

datorum se vota diviserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur assensu. Si autem hoc sine scandalo esse nequiverit, ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam. Et id ipsum etiam faciat, si de jure Patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum „ „. Idem confirmat cap. *Cum propter*, sub eodem titulo. Gallicana jurisprudentia quatuor mensium intervallum Patronis laicis ad nominandum tribuit : Jurisprudentia singularis Normanniæ sex menses. Si vero jus Patronatus sit ecclesiasticum , nullibi devolvitur nominatio ad Episcopum nisi post sex menses , ut statutum est cap. *Eam te*, Ext. *De jure Patronatus*. Verum in dubio jus illud præsumitur laicum; omnia enim beneficia vulgo censentur a Laicis fundata, ait Guillelmus Benedicti ad cap. *Raynutius* , Ext. *De Testamentis*. Jus autem providendi Ecclesiæ devolvitur ad Episcopum intra tempus a Canone statutum, cum quæstio de jure Patronatus inter litigantes Patronos non est finita, sive quæstio sit de quasi possessione præsentandi, sive de proprietate, nec aliquis sit in possessione, ut censent Innocentius IV. & alii canonici juris Interpretes. Nam si unus contendentium in possessione sit præsentandi bona fide , ab illo præsentatum Clericum Episcopus in beneficio canonice instituere interim debet, si dignum & capacem judicet; *cum ex hoc nullum imposterum præjudicium generetur ei, qui jus Patronatus debet habere*. Et si non solum possidebat, sed etiam credebatur esse Patronus illius Ecclesiæ, qui præsentavit, Clericus, cui ad ejus præsentationem beneficium illud ab Episcopo collatum est, si postea jus Patronatus in judicio alius evicerit, non debet propter hoc ab illius beneficii possessione removeri, ut constat ex cap. *Consultationibus*, Ext. *De jure Patronatus*.

Episcopalis itaque juris est personæ idoneæ parochialem Ecclesiam N. conferre pro hac vice : *Ita*

quod illi ex hoc non debeat impoſterum præjudicium generari, qui jus evicerit Patronatus; ut habet, cap. *Cum propter*, Ext. ſub eodem titulo. Vale, meque tui obſervantiſſimum ſemper habeas.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XLIX.

Alias 38. quæ autem 49. erat, nunc 63.

Qua ratione præbendarum aliquarum ſuppreſſio ob aliarum tenuitatem, in cathedralibus, vel collegiatis Eccleſiis Epiſcopo permiſſa ſit.

CLARISSIMO VIRO ***

Optas, ut ad te ſcribam, qua ratione præbendarum aliquarum ſuppreſſio ob aliarum tenuitatem in cathedralibus, vel collegiatis Eccleſiis Epiſcopo permiſſa ſit. Morem gero lubens, quamvis id a te diſcerem lubentius, quod docere poſſes pro ſumma tua juris eccleſiaſtici peritia.

Concilium Tridentinum ſtatuere probe noſti, ut „ in Eccleſiis cathedralibus, & collegiatis inſignibus, ubi frequentes, & adeo tenues ſunt præbendæ, ſimul cum diſtributionibus quotidianis; ut ſuſti-

rum, eo, quo nunc utimur, jure, fieri non posse nisi in subsidium, nempe cum deficit remedium unionis beneficiorum simplicium. Nam alternativa, *vel*, non est electionis, inquit, sed ordinis, ut patet ex illis verbis, *si hac ratione provideri non possit.* Sic respondit sacra Congregatio Concilii. Sex ergo conditiones concurrere debent, ut fieri possit præbendarum suppressio. Prima, ut Ecclesiæ sint insignes. Altera ut præbendæ sint frequentes, & tot supersint, quot sufficiant ad divinum cultum peragendum, & conservandam Ecclesiæ dignitatem. Tertia, ut præbendæ simul cum distributionibus sint adeo tenues, ut non sufficiant ad decentem Canonicorum sustentationem. Quarta, ut suppressio non fiat a Capitulo, sed ab Episcopo de Capituli consensu. Quinta, ut fiat in subsidium, id est, deficiente remedio unionis beneficiorum simplicium, & residentiam non postulantium. Sexta, ut suppressio fiat cum Patronorum consensu, si de jure Patronatus laicorum sint.

Alias vero ponderatis illis verbis Concilii: *Liceat Episcopis* sacra Congregatio ejusdem Interpres censuit præbendarum tenuitati, Cathedralis, vel Collegiatæ insignis, Episcopum providere posse, sed non teneri; nec Metropolitanum in hoc posse supplere. Refert Fag. in cap. *Ex parte*, Extra. *De Constitutionibus*, qua Decretali declaratur non licere Canonicis præbendas supprimere, quando Ecclesiæ redditus non sunt imminuti; quia Dei cultus minuendus non est, imo potius augendus; sed nec in hypotesi imminutionis redituum id possunt Canonici, sed solus Episcopus cum eorum consensu. Vides, vir clarissime, nihil novi ad te scribi de hoc argumento; nec scribi posse aliquid noveram, quod non plene, ac perfecte scires; sed observantiæ in te meæ, ac obsequii fuit præstare, quod optasti. Vale.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA L.

Alias 82. quæ autem 51. erat, nunc 96.

Resignatio beneficii a Novitio facta sex ante religiosam Professionem mensibus nullius est roboris.

CLARISSIMO VIRO ***

Urgentibus licet studiis distentus, literis tuis singulari humanitate conditis, ac propositæ quæstioni respondere non moror. Julianus Ecclesiæ N. Canonicus, cum Ordinem religiosum ingressus esset, beneficium suum Jacobo sex ante professionem mensibus resignavit. Vota solemni ritu cum emisisset, Jacobus beneficii possessionem adire voluit. Episcopus, ad quem Canonicatus collatio pertinebat, viso resignationis instrumento beneficium Petro contulit. Jacobus incertæ liti se implicare nolens, meam (ut scribis) rogat sententiam, num ad Canonicatum illum jus habeat vi resignationis a Juliano religiosi Ordinis Novitio factæ.

Censeo resignationem illam nullius esse roboris, utpote factam contra formam a Concilio Tridentino præscriptam Seff. 25. *De Regularibus*, cap. 16. cujus

Nullum ergo jus habet Jacobus ad Canonicatum, qui tunc demum vacavit, cum Julianus expressam professionem emisit; adeoque Petro legitime, canonice, valide ab Episcopo collatus est. Illi ergo cedat Jacobus, ob animi moderationem, qua lites, beneficiorum præsertim aucupandorum gratia, suscipere detrectat, plurimum laudandus. Vale, mei tuis in Sacrificiis memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LI.

Dignitas Ecclesiæ cathedralis, vel Collegiatæ, quæ nullos fructus habet, & cui nulla cura incumbit, residentiam nihilominus postulat. Alias 82. quæ autem 51. erat, nunc 77.

CLARISSIMO VIRO ***

Cum dignitates, canonicatus, & præbendæ cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum, mansionem sive personalem residentiam Clericorum, qui hujusmodi possident beneficia, secundum Canones exigant, in dubium revocari scribis a quibusdam, num dignitas Ecclesiæ N. nullos fructus habens, & cui nulla cura incumbit, residentiæ legi obnoxia sit; rogasque, ut scribam ad te, quid ea de re sentiam.

Tuam de hoc moralis capite sententiam audire, & sequi mallem, quam meam dicere, nisi tibi pariter, ac mihi visum iri minime dubitarem plane adhærendum esse responsis sacræ Congregationis Concilii. Cosentinæ Thesaurarius Ecclesiæ, quæ dignitas nec fructus aliquos habebat, nec annexam animarum curam, licet post Pontificalem in illa Ecclesia major esset, dubitabat, an mansionis seu residentiæ lege teneretur, stante consuetudine non residendi, cum Ecclesia, vel dignitas nullos redditus habet; quam consuetudinem legitimam censet Abbas in cap. *Extirpandæ*, Ext. *De Præbendis*, §. *Qui vero.* Dubio ad sacram Congregationem Concilii relato, eminentissimi Patres, ac Domini responderunt: Thesaurarium, licet nullos fructus haberet, teneri ex Concilio ad residentiam;

tiam; quia consuetudo non residendi, cum nulli sunt fructus, alias jure communi probata, sublata est a Concilio Tridentino in Canonicatibus & parochialibus beneficiis. Similiter cum Cardinalis N. Episcopus Auximanus quæsivisset, an duæ dignitates suæ Cathedralis, videlicet Archidiaconus, & Archipresbyter, qui nullos redditus habent, sed solum stallum in choro, ad residentiam teneantur; sacra Congregatio Concilii die 18. Januarii anno 1614. respondit: Dignitates illas, etsi redditibus omnino destitutas, residentiæ lege teneri, juxta formam a sacra Synodo Tridentina præscriptam Sessione 24. cap. 12. Ita refert *Fagnanus* in cap. *Cum omnes*, Ext. *De Constitutionibus*. Vale, meque addictissimum semper habeto.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LII.

Alias 85. quæ autem 52 erat, nunc 64.

Clericus Canonicatum, & Capellam in eadem Ecclesia obtinere, & servare potest sine Sedis apostolicæ dispensatione, si alterutrum ad honestam sustentationem non sufficiat.

CLARISSIMO VIRO ***

juris canonici peritorum schola, fulta cap. 1. *De consuetudine*, in sexto, cujus hæc sunt verba „„ Statuentes ut cum unum officium vix digne valeat aliquis adimplere, nulli liceat de cætero nisi unicum personatum, vel dignitatem, aut præposituram, sive administrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine censeantur, cum præbenda insimul absque dispensatione dictæ Sedis in eadem Ecclesia obtinere, vel jam obtenta tenere. Quod si a quoquam secus præsumptum fuerit, irritum sit omnino „„. Canonicatum autem, & Capellam difformia beneficia esse seu diversi generis, evidens est. Utrumque igitur possidere licet, ac retinere cum dispensatione Episcopi; sed necessaria est expressa dispensatio; nisi Ecclesiæ, in qua mereris, statutum, vel consuetudo possessioni diversi generis beneficiorum sub eodem tecto auctoritatem præstet. Quæ autem ab Episcopo concedi potest hac in specie dispensatio, ex magna, & evidenti Ecclesiæ utilitate, aut urgente necessitate, aut certe ob insignia personæ merita concedi debet. Hanc addunt exceptionem eruditi canonici juris interpretes, ut Episcopus dispensare non possit circa diversi generis sub eodem tecto beneficiorum possessionem, si ex privilegio, statuto, vel consuetudine personalem utrumque residentiam exigat. Ita censent Fredericus de Senis Consilio 250. & 206. & Prosper Fagnanus in cap. *Literas*, Extr. *De concessione præbendæ*. Cum igitur Capella, & Canonicatus in Ecclesia cathedrali, vel collegiata beneficia sint residentiam exigentia, secundum hanc sententiam tutius ages, si provisionis literas ab apostolica Sede obtineas.

Sic in pari causa censuit sacra Congregatio Concilii Interpres. Cum enim Episcopus Maurianensis contulisset Canonicatum, & Capellam in Ecclesia sua vacantem Amædeo Clerico, & quæsitum esset, an tuta conscientia posset ille Capellam cum Canonicatu retinere absque dispensatione summi Pontificis; sacra Congregatio declaravit, Amædeum absque provisione Sedis apostolicæ hæc duo, difformia licet, sub eodem

tecto beneficia obtinere non poſſe, niſi id ſtatutum, vel Eccleſiæ Maurianenſis conſuetudo permittant, vel cum eo expreſſe diſpenſaverit Epiſcopus; cum utrumque conferendo non intelligatur tacite diſpenſaſſe, ut colligitur ex cap. *Fraternitati*, Ext. *De Schiſmaticis*, & ex Gloſſa ejuſdem capitis. Cumque generatim dubitatum fuiſſet, an pro tutiore conſcientia obtinentium duo beneficia difformia ſub eodem tecto, perſonalem reſidentiam poſtulantia, ipſis ab Ordinario collata, debeat nova proviſio peti a ſummo Pontifice, ſacra Congregatio reſpondit, peti debere; quia licet Epiſcopus ex cauſa diſpenſare poſſit circa poſſeſſionem duorum beneficiorum difformium ſub eodem tecto, tamen periculum eſt, cauſa non ſubſit ea, quam Canones requirunt; ideo tutius eſt adire Sanctiſſimum. Refert Fagnanus in cap. *Literas*, Ext. *De conceſſione præbendæ*. Fac, ut valeas, meique in ſancto Sacrificio memineris.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA LIII.

Alias 86. *Quando obtinens Capellam Sacerdos eſſe teneatur, Di-*

re, & onera adimplere per seipsum. Ea in specie lex fundationis ad amussim servanda est, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 25. *De Reformatione*, cap. 5. Si vero Capella non habet ordinem Presbyteratus annexum, & fundationis tabulis cautum duntaxat, ut Capellanus Missas celebrare debeat, & divinis inservire, seu interesse, aut divina Officia celebrare; in ea specie non tenebitur ad suscipiendum Presbyteratus ordinem, nec ad Missas celebrandas per seipsum; sed tamen divina Officia per seipsum celebrare, seu illis personaliter interesse tenebitur, non per substitutum, si cathedralis, aut collegiata sit Ecclesia, non alias, ut ex Concilii Tridentini decretis mox laudatis, & declarationibus sacræ Congregationis ejusdem Interpretis compertum est, a Fagnano relatis in cap. *Ut Abbates*, Ext. *De ætate, & qualitatibus ordinandorum*. His porro verbis conceptum est Tridentini Concilii decretum, cap. 4. sess. 22. „ „ Quicunque in cathedrali, vel collegiata, seculari, vel regulari Ecclesia divinis mancipatus Officiis in Subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in Capitulo non habebit... Ii vero qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, aut quælibet alia beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut imposterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, quocunque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum ordines suscipere requisitos; alioquin pœnas incurrant juxta constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit, *Ut ii*, quam præsenti Decreto innovat; cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per seipsos exercere „ „.

Et cap. 12. Sessionis 24. de Reformatione. „ „ Omnes vero divina Officia per se, & non per substitutos compellantur obire; & Episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti adsistere & inservire, atque in choro ad psallendum instituto hymnis, & canticis Dei no-

nomen reverenter, distincte, devoteque laudare „ „.
Et cap. 5. Sessionis 25. de Reformatione: „ „ Quandocunque igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta; in beneficiorum collatione, aut in quacunque alia dispositione eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus; quandocunque ita constituta fuerint, observetur, ut eorum qualitatibus, vel ordinibus nihil in ulla provisione detrahatur, & aliter facta provisio subreptitia censeatur „ „. Vale, mei tuis in orationibus memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LIV.

Alias 88. quæ autem 54. erat, nunc 102.

Pensio ecclesiastica solutionibus anticipatis redimi non potest sine licentia, & auctoritate romani Pontificis.

CLARISSIMO VIRO ***

Varias in Diœcesi N. opiniones esse scribis de redemptione pensionum ecclesiasticarum, quæ fit

Pii V. Constitutione, quæ incipit, *Ex proximo*, Pensionarii ad parvum officium beatæ Virginis recitandum teneantur. Et hanc quidem sententiam Rota amplexa est in causa Pharensis pensionis die 24. Januarii 1578. coram Clemente VIII Pensionem scilicet ecclesiasticam solutionibus anticipatis extingui non posse sine auctoritate romani Pontificis. Ita post Gigantem, Garciam, Navarrum, aliosque juris canonici peritos, censent Prosper Fagnanus in cap. *Ad Audientiam*, Ext. *De Rescriptis*, & Pirrus Corradus in Praxi beneficiaria, libro 5. cap. 4. Ideo autem summo Pontifici reservata est auctoritas concedendi licentiam, ut extinguatur pensio anticipatis aliquibus solutionibus; quia redemptiones hujusmodi aliquam simoniæ speciem habere videntur, quæ coram Pontifice maximo purganda est. Qui loquendi modus non eo pertinet, ut summus Pontifex abstergere possit simoniæ labem a conventione, seu pacto vere simoniaco; sed quod re diligenter examinata in curia, tunc tantum supplicationi annuat sua Sanctitas, cum arbitratur nullum intervenisse pactum de pensione certis anticipatis solutionibus redimenda; quod quidem pactum sacrilega esset beneficii nundinatio. Vale, meque Deo ad ejus Altare commenda, qui sum ex animo tuus.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LV.

Lethalis peccati rei sunt, qui defuncti beneficiarii corpus celant vel celari procurant, ut ejus obtineant beneficium, illis ab infirmo, qui infra viginti dies a resignatione obiit, resignatum, vel ut alterum juvent ad illud obtinendum contra jus Collatoris, aut aliorum. Alias 89. quæ autem 55 erat, nunc 23.

CLARISSIMO VIRO ***

Sententiam tibi aperire meam de Moralis christianæ capite nuper a te mihi proposito non moror. Lethalis peccati reos esse non dubito, qui defuncti beneficiarii corpus celant, vel celari procurant ut

ejus obtineant beneficium illis ab infirmo, qui infra viginti dies a reſignatione obiit, reſignatum; vel ut alterum juvent ad illud obtinendum contra jus Collatoris, aut aliorum legitime proviſorum. Gravem enim committunt injuſtitiam, beneficium abſque legitimo titulo invadunt, aut alteri auxilium, & favorem præſtant, ut illud ſic mala arte obtineat; peccant adverſus Regulas Eccleſiæ, & Conſtitutiones Principum. Quamobrem illi ad beneficii hoc modo impetrati abdicationem in manibus Collatoris, reſtitutionemque fructuum perceptorum, & percipiendorum, extantium, & conſumptorum; iſti ad illati aliis damni compenſationem, in beneficiarii intruſi ſupplementum tenentur. Regula Cancellariæ apoſtolicæ, in Galliis etiam recepta: *De infirmis reſignantibus*, hæc habet: „ „ Si quis in infirmitate conſtitutus reſignaverit aliquod beneficium, dimiſerit, aut illius Commendæ ceſſerit, ſeu ipſius beneficii unionis diſſolutioni conſenſerit, etiam vigore ſupplicationis, dum eſſet ſanus, ſignatæ; poſtea infra viginti dies, a die per ipſum reſignantem præſtiti conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipſum beneficium quavis auctoritate conferatur per reſignationem ſic fa-

esse, *non tantum propter iram, sed etiam propter conscientiam*, Apostolus docet. Vale.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LVI.

Solutio variorum casuum circa simoniam.

Alias 87. quæ autem 56. erat, nunc 103.

CLARISSIMO VIRO *** SACERDOTI.

Nonnullas circa simoniam difficultates mihi per literas proponis, earumque solutionem rogas, & urges vehementer. Tibi satisfacio cursim, quamvis materiæ gravitas intervallum temporis paulo longius forsan postularet.

Difficultas I. Petrus rogavit Patronum, ut illum præsentaret ad dignitatem in Ecclesia collegiata vacantem; & quo facilius eam obtineret, promisit se beneficio simplici, scilicet Capellæ, quam in Ecclesia cathedrali possidebat, renuntiaturum in manibus Ordinarii, qui primam Capellam vacantem promiserat præceptori filiorum supradicti Patroni. Petrus ad dignitatem præsentatus est, & possessionem adeptus, Capellæ, prout conventum erat, renuntiavit. Quæritur, an simoniam realem admiserit, & dignitatem dimittere teneatur.

Difficultas II. Joannes beneficium suum in manibus Ordinarii pure, simpliciter ac libere dimisit; certa tamen spe concepta, quod Patronus laicus ad illud nepotem dicti renuntiantis præsentaret. Quæritur, an simoniacæ confidentiæ reus sit, an in pœnas incurrerit S. Pii V. Constitutione contra confidentiarios latas.

Difficultas III. Martinus de suo Canonicatu resignando cogitans, dixit Nicolao se illi resignare velle. Post aliquot menses Martinus in eadem perseverans voluntate ab illo petiit mutuum centum nummorum aureorum. Pecuniam statim numeravit Nicolaus, ne chirographum quidem exigens. Martinus accepto mutuo statim illi Canonicatum resignavit. Ille vero

provisionis literis impetratis possessionem iniit. Quæritur, utrum simoniæ reus sit, ac beneficium ejurare teneatur.

Difficultas IV. Philippus resignavit Jacobo beneficium annui redditus duarum millium librarum, cum onere pensionis annuæ mille librarum; ut vero resignatio cum hujusmodi pensione rata haberetur in romana curia, convenerunt, ut in supplicatione exprimeretur, valorem fructuum beneficii esse trium millium librarum; quod nisi expressum fuisset, summus Pontifex resignationem cum tali pensione non admisisset. Quæritur utrum resignans, & resignatarius simoniæ rei sint, & resignatio nulla sit ipso jure.

Difficultas V. Andreas Carolo amico suo, ac Procuratori speciale mandatum dedit, ut beneficium quoddam litigiosum, & controversum Laurentio resignaret, ea conditione, ut evicta lite Laurentius certæ pensionis creationi consentiret, illamque Andreæ resignanti solvere teneretur. Consensit, pensionem tamen nondum solvit. Quæritur, quid Juris.

Difficultas VI. Mævius auctoritate, & commendatione sua beneficium ecclesiasticum impetravit Titio

deret ille beneficio simplici; omnes porro hujusmodi pactiones simoniacæ sunt, etiamsi nihil mere temporale detur, ut constat ex cap. *Pactiones*, Ext. *De pactis*, cujus hæc sunt verba: *Pactiones facta a vobis pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omnis pactio, omnisque contentio debeat omnino cessare, nullius sunt omnino momenti.* Idem probat caput, *Tua nos*, Ext. *de Simonia*, eaque S. Raymundi, Sylvestri Prieratis, & Angeli de Clavasio sententia est. Certe in specie proposita jus spirituale promissum est cum onere, ut fieret aliquid quasi pro pretio juris illius, seu causa principali illud habendi. Simoniaca igitur conventio fuit. Et cum ab utraque parte pacta conventa impleta fuerint, simoniæ realis rei sunt Petrus, & Patronus. Quamobrem in excommunicationem incurrerunt, & præsentatio Petri ad dignitatem nulla fuit, & invalida, adeoque & institutio ob eam facta ab Episcopo, fructusque male percepti. Petrus itaque dignitatem dimittere tenetur, & fructus male perceptos restituere.

Ad secundam difficultatem respondetur, Joannem simoniacæ confidentiæ reum non esse; siquidem beneficium suum in manibus Ordinarii pure, ac simpliciter dimisit; nulla pactio expressa, aut virtualis intercessit Joannem inter, & Patronum, aut Ordinarium, ut ad illud beneficium renuntiantis nepos præsentaretur, vel illi conferretur. Sola spes ea de re concepta est, quod nullo jure prohibetur. Unde S. Antoninus part. 2. tit. 1. cap. 5. §. 2. ait: „ „ Si quis renuntiat beneficio ea intentione, ut detur nepoti, vel alteri, nulla tamen de hoc facta pactione, vel conventione, nullam incurrit simoniam, renuntiare autem beneficio, ut detur alteri, est simoniacum, quia prohibitum, scilicet jure positivo. Sed non est hoc prohibitum simpliciter, sed secundum istum modum, cum videlicet hoc ducitur in pactum „ „. (*Can.* 1. *Quæst.* 2. *Can. Quam pio.*) Non incidit igitur Joannes in pœnas Constitutione S. Pii V. latas. Neque contrarium colligi potest ex illis verbis: *Etiamsi sola dimittentis intentione receperit*, sive ex illis,

conſcientia tantum unius partis; Id enim unum ſignificant: Ubi prava dimittentis, aut conferentis intentio perſpecta, & explorata fuerit, præſumendum eſſe in foro exteriori de pravo ſuſcipientis, vel impetrantis affectu; ſed in foro interiori præſumptione agendum, & judicandum non eſt, ſed ſecundum confeſſionem pœnitentis. Quieſcat igitur Joannes; & tuta conſcientia ſacris Miniſteriis fungatur.

Ad tertiam difficultatem reſpondetur. Nec Martinum, nec Nicolaum ſimoniæ reos eſſe, cum Nicolaus non emerit, nec ullo contractu oneroſo quæſierit a Martino reſignationem beneficii, ſed Martinus illud ſponte reſignare voluerit in ejus favorem; nullaque inter ipſos intervenerit conventio, ut ille mutuum daret, iſte beneficio in ejus gratiam renuntiaret. Poſt oblationem ſpontaneam, & mere gratuitam beneficii, mutuum iſte petiit ad neceſſitatem ſuam ſublevandam; dedit ille ob amicitiam, & grati animi ſignificationem; nullum hic pactum apparet dandi rem ſpiritualem, aut ſpirituali annexam pro temporali. Quod ſi forte prava intentio in alterutro fuerit, & Nicolaus mutuum dedit Martino metuens, ne voluntatem reſignandi ipſi beneficium

dicti cum propositum habeant, ut resignatio fiat, pensioque male & invalide imposita sine summi Pontificis consensu solvatur. Cum igitur ita se habeat conventio Philippi cum Jacobo; uterque perniciosi mendacii, & fraudis summo Pontifici factæ, sed & simoniæ reus est. Præterea, omne pactum expressum, vel tacitum dandi spirituale pro temporali, vel contra, simoniacum est, ut constat ex Can. *Quam pio*, causa 1. quæst. 3. & cap. *Pactiones*, Ext. *De pactis*. At conventio inter Philippum resignantem, & Jacobum resignatarium facta, ut major valor beneficii enuntietur in supplicatione summo Pontifici porrigenda, ut majoris pensionis constitutio impetretur, quam alias constitueretur, est pactum conventum dandi aliquid spirituale, scilicet beneficium, pro re temporali, scilicet pensione male, & invalide collata, sine consensu nempe summi Pontificis, qui de rei veritate, seu vero valore beneficii certior factus pensionem ratam non haberet, neque constitueret. Quamobrem provisio non solum nulla est, & subreptitia ob dolosam expressionem falsi, & resignatio ipso jure nulla, & invalida ob simoniam, non solum conventionalem, sed realem; siquidem simoniaca conventio ab una saltem parte impleta est, cum Philippus beneficium suum Jacobo resignaverit. Uterque igitur excommunicationem, aliasque pœnas incurrit, & Jacobus beneficium dimittere tenetur, omnesque fructus, quos percepit, restituere.

Ad quintam difficultatem respondetur, Andream, & Laurentium simoniæ reos esse, quæ licet a principio conventionalis duntaxat fuisset, postea tamen, evicta lite, & consensu præstito reservationi pensionis, realis evasit. In censuras proinde incurrerunt resignans, resignatarius, & simoniacæ resignationis mediator, ut constat ex Pauli II. Constitutione, quæ incipit, *Cum detestabile*. Laurentius vero beneficio renuntiare tenetur, & quos percepit fructus restituere, ut constat ex cap. *De Regularibus*, & cap. *Ex insinuatione*, Ext. *De Simonia*.

Ad sextam difficultatem respondetur, collationem Titio factam nullam, & invalidam esse, tum ob canonicam incapacitatem, & impedimentum, tum ob simoniacam confidentiam, quæ ipsum inter, & Mævium intercessit. In Censuras proinde incurrerunt, ac pœnas Pii IV & S. Pii V. Constitutionibus in Confidentiarios latas. Titius beneficio renuntiare tenetur in manibus Collatoris, & fructus male partos restituere. Quod nisi præstiterit, Mævius ad restitutionem tenebitur. Qui enim damni dati causa est, participatione, mandato, consilio, consensu, sine quibus damnum datum non esset, restituere tenetur in supplementum principalis auctoris, secundum S. Thomam, & omnes Theologos, Mævius plus quam consilium, & consensum, scilicet auctoritatem, & mediationem suam interposuit, ut beneficium inhabili, & indigno conferretur, & pactionem adjecit simoniacæ confidentiæ peste infectam; causa itaque fuit, sine qua Titius fructus indebitos non percepisset; illos igitur restituere tenetur Ecclesiæ, vel pauperibus, nisi in Ecclesiæ ipsius, vel pauperum utilitatem a Titio forte impensi, & consumpti fuissent. Sicut enim Magistratus ma-

posse declarantis, utpote rei spirituali annexum. (Cap. *De jure*, Extra. *De judiciis.*) At sodalitia illa & stipendia scholastica spiritualibus annexa esse jus non declarat, & mere temporalia esse, nullam ad aliquem actum spiritualem relaxationem habentia, evidens est. Nullas igitur pœnas canonicas incurrit Gymnasiarcha, qui nummorum quinquaginta munus ab adolescentis parentibus accepit, ut eorum filio locum inter alumnos Collegii sui, stipendiumque scholasticum procuraret. Nec ullis subjacet censuris, quamvis aliquam simoniæ labem hac in specie cum Navarro admitteremus; quia sola simonia in Ordine, vel beneficio excommunicationem infert, secundum Extrav. *Detestabile*, tit. *De simonia.* Acceptum vero munus, quia turpiter datum, & turpiter acceptum est, auctor sum, ut pauperibus eroget, vel ipsis Scholastici parentibus restituat, si tenuis fortunæ homines sint.

Ad octavam difficultatem respondeo, Episcopum non posse a Notario suo certam pecuniæ summam quotannis exigere, sive Notariatum locare, aut ad firmam tradere (ut vulgo loquuntur) Si enim Vicedominatus, Oeconomatus, Castellionatus, vel alia quæcunque rerum ecclesiasticarum procuratio vendi non potest absque simoniæ labe, ex Concilio Chalcedonensi Canone secundo, Urbano II. cujus verba referuntur Canone *Salvator*, causa 1. quæst. 112. Alexandro III. cap. *Consulere*, Ext. *De Simonia*; nonne simili ratione illicitum est Episcopis jus sigilli Notario pecunia committere, quod magis spirituale est, quam reddituum ecclesiasticorum, prædiorum, vel aliorum administratio? Si Canones eos tanquam simoniæ reos plectunt, qui vices suas, jurisdictionem suam, Ecclesiarum visitationem, vel quippiam simile sub annuo censu committunt (cap. *Præterea*, & cap. *Quoniam*, Ext. *Ne Prælati vices suas sub annuo censu committant*) potueruntne Episcopi, vices suas in literis pro ordinatione, pro beneficiorum collatione, vel provisione, pro dispensationibus Episcopali nomine scriptis, sigillo muniendis, sub annuo censu collocare?

Docet S. Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſima, art. 3. ad tertium, quod „ „ Ille, cui committitur ſpiritualis poteſtas, ex officio obligatur ad uſum poteſtatis ſibi commiſſæ in ſpiritualium diſpenſatione, & etiam pro ſuſtentatione ſtatuta ſtipendia habet ex redditibus Eccleſiæ; & ideo ſi aliquid acciperet pro uſu ſpiritualis poteſtatis, non intelligeretur locare operas ſuas, quas ex ſuſcepto debiti officii deberet impendere, ſed intelligeretur vendere ipſum ſpiritualis gratiæ uſum „ „. Cum igitur Epiſcopus ad teſtimonium ferendum de Ordinibus, & beneficiis a ſe collatis teneatur ex officio ſuo paſtorali, cum pro officio ſuo gerendo redditus ei ab Eccleſia miniſtrentur; ſi quid pro illo teſtimonio prætextu ſigilli accipiat, ſpiritualem officii ſui partem vendere videtur. Quamobrem ſacra Synodus Tridentina ita Notariorum Epiſcoporum ſtipendia moderatur, ut Epiſcopo ex Notarii commodis nullum emolumentum directe, vel indirecte provenire poſſit. An vero id obſervant, qui ſigillum ſuum collocant ſub annuo cenſu? Verba Concilii ſubjicio ſeſſ. 21. *De Reformatione*, cap. 1. „ „ Quoniam ab eccleſiaſtico Ordine omnis avaritiæ ſuſpicio

[redacted]

ptelæ simoniacæ pravitati faventes nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo; & qui secus fecerint, tam dantes quam accipientes ultra divinam ultionem, pœnas a jure inflictas ipso facto incurrant „ „.

Hoc Decretum observandum statuit Concilium Rhemense sub Cardinale a Guisia celebratum anno 1583. „ „ Episcopus (*inquit*) qui pro conferendis Ordinibus sacris, vel Minoribus, vel etiam Tonsura clericali aliquid acceperit, quod pretio æstimari queat, vel qui aliquid postulaverit pro literis dimissoriis, earumque sigillo, notam simoniæ, vel avaritiæ incurrit. Secretarius tamen illius decimam aurei partem accipere queat juxta Concilium Tridentinum „ „.

Concilium Mediolanense I. Præside S. Carolo Borromæo, p. II. tit. *de Notariis, & Scribis*, ea de re ita statuit: „ „ Notarii in literis dimissoriis, seu testimonialibus sacri Concilii Tridentini decretum servent, in aliis, quæ mere spirituales sunt, etiamsi nullum stipendium eis constitutum sit, nihil omnino accipiant præter scripturæ mercedem ab Ordinario statuendam... Cancellarias Episcoporum deinceps vendi, locari, vel earum nomine, vel occasione, quovis prætextu cujusvis personæ quidquam solvi prohibemus „ „.

Concilium Bituricense Præside Francisco Turnonio Archiepiscopo celebratum anno 1528. cap. 14. decernit: *Ut emendæ impofterum non dentur ad firmam, nec etiam jus sigilli Dominorum Prælatorum.*

Concilium Rothomagense anno 1581. tit. *De jurisdictione ecclesiastica*, §. 8. *Non liceat Episcopis sigillum suum ad certum pretium locare, sed illud probo viro, nec indocto, tamen Ecclesiastico committant.*

Hanc responsionem absolvo verbis doctissimi Theologi Francisci Hallerii professoris Sorbonici, in libro *De sacris Electionibus, & Ordinationibus*, quem gallicano Clero Lutetiæ Parisiorum congregato dicavit, Sess. 7. cap. 1. art. 6. §. 3. num. 16. „ „ Quis (*inquit*) tot auctoritatibus, rationibusque convictus, tam turpem de cætero quæstum valeat approbare? Si consuetudo opponitur, consuetudinem Tridentina

Sy-

Synodus exploſit. Si Tridentinæ Synodi decreta accepta negantur; pudeat ad fovendam avaritiam magnæ Synodi auctoritatem infringere. Sed ſi quem pudor iſte non retinet, cogitet, conſuetudinem hoc tantum poſſe efficere, ut honeſto titulo pecunia in Ordinatione accipi poſſit, v. gr. titulo honorarii cathedratici, vel doni gratuiti, ut nempe munera ex reverentiæ ſubjectione, gratitudine, vel aliqua alia honeſta de cauſa efferantur. At titulus iſte, ut pro ſigillo aliquid exigatur, honeſtus eſſe non poteſt. Cum enim ex officio literas teſtimoniales Epiſcopus debeat Ordinato, eo titulo nihil ab eo accipere poteſt. Nam, ut recte ait Gregorius: *Vendentes in templo ſunt, qui hoc, quod quibuſdam jure competit, ad præmium largiuntur.* Nec magis fieri poteſt, ut honeſtum ſit pro ſigillo pecuniam accipere, quam pro ipſa Ordinatione. Simoniacus ergo eſt, meo quidem judicio, Epiſcopus quicunque, non obſtante quavis conſuetudine, hoc titulo, hocque prætextu pecunias aliquas ab Ordinatis exegerit, aut exigi curaverit. Neque tamen talis certo mihi pronuntiandus videtur ſimoniacus, quem nec Tridentini Concilii, nec alio-

Hom. 39. in Evang.

EPISTOLA LVII.

Catholicorum cum hæreticis illicita ſunt Matrimonia, etiam in iis regionibus, in quibus Catholici cum Hæreticis permixti ſunt; nec poſſunt a Catholicis abſque gravi peccato contrahi; niſi diſpenſationem a ſummo Pontifice obtinuerint juſtis de cauſis, omneque ſubverſionis abſit periculum, & catholicæ liberorum inſtitutioni provideatur. Alias 30. quæ autem 57. erat, nunc 104.

AMANTISSIMO FRATRI ***

Catholicorum cum hæreticis matrimonia Eccleſiæ legibus eſſe prohibita, imo & lege naturæ, ac divina poſitiva, ſi periculum ſit ſubverſionis, probatum habes lib. 11. *Theologiæ* noſtræ *Dogmaticæ*, & *Moralis* in Tract. *De Sacram. Matr.* In Edit. noſt. Tomo 6. cap. 4. art. 8. Regula 8. cujus ad confirmationem Concilium Burdigalenſe ſecundum ann. 1624. cap. 7. Canone 1. proferre potes, cujus hæc ſunt verba: „ „ Periclitatur admodum fides contrahentium, ſi unus conjugum hæreſi infectus, & pertinaciter in ea perſeverans; alter non ſine peccato, & irreverentia ſanctæ matris Eccleſiæ jugum trahere cogatur ætumnoſum. Nam, (quod ait Apoſtol.) Quæ ſocietas luci ad tenebras? cumque eo modo longe lateque ſerpat, & propagetur hæreticæ pravitatis ſoboles, fideleſque a recta liberorum educatione avertantur, totieſque reclamet Scriptura ſacra, ne cum alienigenis jugum ducant, & experientia ſit compertum, ut olim Iſraelitas a veri Dei cultu, ſic etiam ex catholicis non paucos talibus matrimoniis a fide catholica defeciſſe; nos attenta mente perpendentes verba in Concilio Agathenſi quondam prolata; non oportere cum hæreticis miſcere connubia, & vel filios, vel filias ei dare, ſed potius accipere, ſi tamen ſe profiteantur Chriſtianos eſſe futuros, & catholicos; taliaque matrimonia Patres ultimi Concilii Burdigalenſis abhorruiſſe, & parentes ſaluti filiorum minus conſulentes, ne eoſdem ad hæc inducerent contrahenda, monuiſſe; ea pro temporum neceſſitate decernenda ſuſcepimus, quæ tanto malo ſuccurrere quæ-

ant.

Concilium Veronenſe anno 755. celebratum, Canone 15. *Et omnes homines laici* (inquit) *publicas nuptias faciant tam nobiles, quam ignobiles.*

Capitula Herardi Turonenſis Archiepiſcopi anno 856. condita, cap. 130. jubent: *Ut nullus occulte nuptias faciat.*

Libro 8. Capitularium, cap. 127. ſancitum eſt, *Ut publicæ nuptiæ ab his, qui nubere cupiunt, fiant; quia ſæpe in nuptiis clam factis gravia peccata tam in ſponſis aliorum, quam & in propinquis, ſive adulterinis conjugiis, & quod pejus eſt dicere, conſanguineis accreſcunt, vel accumulantur*, &c.

Concilium Troslejanum anno 909. Capitulum illud tranſcripſit, & confirmavit.

Concilium denique Senonenſe anno 1524. benedictionem nuptialem, & Miſſam celebrari vetuit niſi poſt ortum ſolem, ac illuceſcentem diem: *Siquidem exemplo pernicioſo interdum compertum eſt, ſolemnitates hujuſmodi nuptiales ſic in latebris, & in occulto factas, Clandeſtinis matrimoniis viam aperuiſſe; & occaſionem dediſſe contemnendi tam excellens Sacramentum, & laſcivias, ac ſpurcitias quaſdam committendi.*

potes pro tua rerum theologicarum, & moralium peritia. Hæc autem ſpecies eſt, quam proponis: Joannes vovit religioſi Ordinis FF. Capuccinorum ingreſſum; regularem habitum in illorum Conventu *** ſuſcepit; ſed faſtidio ſtatim correptus, poſt triduum, ſola inconſtantis animi levitate, cucullum exuit; rediit ad ſeculum; ingenuæ puellæ matrimonii ſponſionem fecit, adveniente interim Nativitatis Chriſti ſolemnitate, Sacerdotem convenit; & ad ejus pedes Exomologeſi facta, votum expoſuit, quod olim Deo nuncupaverat, & quomodo religioſum Ordinem ingreſſus, poſt triduum ſponte exiverat ex mera levitate. Declaravit illi Sacerdos in conſcientiæ foro illum adhuc voti eſſe reum, petendam eſſe diſpenſationem a ſummo Pontifice, aut ad implendum votum reſumendo habitum FF. Capuccinorum, & experiendo bona fide auſteritates Ordinis; nuptiis illata mora. Theologos alios adiit Joannes, qui voti vinculo ſolutum illum eſſe reſponderunt; ex quo religioſum Ordinem ingreſſus eſſet, quamvis triduo duntaxat in illo permanſiſſet, nec a Superioribus expulſus, ſed mera inconſtantis animi levitate rediiſſet ad ſeculum; ſiquidem ingreſſum in Ordinem Capuccinorum voverat, non perſeverantiam. Atque reſponſionis illius auctores laudare ſcribis ſanctum Thomam, & Cardinalem Cajetanum. Quid ea de re mihi videatur, ſcire cupis.

Joannem adhuc reum eſſe voti ſimplicis, ac proinde ex ejus parte ſubſiſtere matrimonii impedimentum cenſeo. Quamvis enim perſeverantiam in Ordine religioſo non voverit, ingreſſum tamen vovit ſecundum formam juris communis; ut ſcilicet ibi tamdiu moraretur; ut Ordinis auſteritates experiri poſſet, probaretque; an ipſi conveniret Ordo; & ipſe Ordini. Qui autem tertia die a ſuſceptione habitus religioſi e monaſterio egreſſus eſt abſque cauſa, & ex ſola mobilis animi levitate, non probavit bona fide auſteritatem Ordinis, nec experiendi tempus habuit; quamobrem votum impleviſſe non cenſetur.

 Id

Id colligitur ex cap. Ad Apoſtolicam, Ext. De Regularibus, cujus hæc ſunt verba: „ „ Licet tempus probationis a ſanctis Patribus ſit indultum, non ſolum in favorem converſi, ſed etiam monaſterii; ut & ille aſperitates iſtius, & illud mores illius valeat experiri; quod utrumque diligenter eſt obſervandum, &c. „ „. Certe ſecundum jus non cenſetur aliquid factum eſſe, ſi factum non duret, ut colligitur ex Can. *Conſtat*, cauſa 1. quæſt. 1. Can. *Vides*, cauſa 23. quæſt. 6. & L. *Si pro patre*, D. *De in rem verſa*, §. 6. Unde *ſi brevi reverſa uxor eſt, nec divertiſſe videtur, ut* dicitur L. *Divortium*, D. *De Divortiis*, nec dicitur veniſſe, qui non ſtetit, ut colligitur ex Can. *Si quis autem*. Diſt. 18. Can. *Certum eſt*, cauſa 11. quæſt. 111. cap. *Miſſas* Diſt. 1. *De Conſecratione*, & cap. *Si poſtquam*: §. *Si vero*, tit. *De electione*, in ſexto.

Hæc porro S. Thomæ ſententia eſt, cujus ad doctrinam non ſatis attenderunt Theologi, qui Joannem votum ſuum impleviſſe reſponderunt. Sic autem ſcribit Doctor angelicus Secunda ſecundæ, quæſt. ult. art. 4. „ „ Obligatio voti ex voluntate proce-

[redacted]

voto suo ; quia ipse in vovendo hoc non intendit. Et ideo tenetur mutare propositum, ut saltem velit experiri, an ei expediat in religione manere. „ „.

Nec alia mens est Cardinalis Cajetani ad articulum octavum ejusdem quæstionis, in responsione ad dubium secundum. „ „ Verum est (*inquit*) non venisse eum, qui non stetit ad id, pro quo venit ; & ideo ingrediens religionem, cum veniat ad religionis probationem, non diceretur venisse, si ingressus absque probatione retrocederet. Sed si probationi operam dat, dicitur venisse ad religionem probandam, quia stat in religionis probatione. Quocirca sicut sponte ingrediens religionem, & in probatione illius se exercens, & postmodum exiens, dicitur venisse, & stetisse ; quia venit ad religionem probandam, & in probatione stetit ; ita ex voto ingrediens religionem ad probandam illam, tandem exiens dicitur venisse, & stetisse eadem ratione „ „. Cum igitur Joannes FF. Capuccinorum Ordinem ingredi voverit ; & ingressus absque probatione retrocesserit, votum certe non implevit ; manet adhuc illius vinculo obstrictus, proindeque matrimonium sine summi Pontificis dispensatione contrahere non potest. Vale, meque Domino in sacrosancto Sacrificio commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LX.

Conjugatæ mulieri, cui acerba cum viro suo dissensio est, concedi non expedit ; ut sacrarum Virginum monasterium ingrediatur, ibique ut pensionaria vivat. Alias 47. quæ autem 60. erat ; nunc 107.

CLARISSIMO VIRO ***

INSIGNIS, ET VENERABILIS CAPITULI ECCLESIÆ *** SEDE VACANTE VICARIO GENERALI.

Nobilem mulierem, cui acerbissima cum viro dissensio est, licentiam a te postulare scribis ingrediendi monasterium Monialium sancti Benedicti, ibique vivendi, ut pensionariam ; non repugnare Mo-

niales, quæ ſpectatiſſimam feminam, ac illuſtrem familiam ſibi poſſe devinciri hoc officio putant; in tuo arbitrio rem eſſe poſitam. Rogas, utrum id concedere debeas & poſſis.

Auctor ſum, ne concedas licentiam, quæ in monaſterii ſpirituale detrimentum vergere poſſet; cum ſeculares mulieres, præſertim conjugatas, in ſacris Parthenonibus morari non deceat, imo periculoſum ſit, ne ſeculi ſpiritum afflent Virginibus Deo dicatis, illarumque puritatem mundanæ converſationis contagio inficiant. Id præterea concedere non potes, quin pecces adverſus Tridentini Concilii Decretum Seſſione 25. *De Regularibus*, cap. 5. cujus hæc ſunt verba: „„ Ingredi autem intra ſepta monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſariis „„. Caſus autem neceſſarios hic intelligi reſpectu monaſterii, non reſpectu ingredientium, ſæpius declaravit ſacra Congregatio ejuſdem [redacted]

rumpunt mores bonos confabulationes malæ. *Et rursus ad Eustochium Virginem* ; Nolo habeas consortia Matronarum , nolo ad nobilium domos accedas ; nolo te frequenter videre , quod contemnens virgo esse cœpisti. Si sibi solent applaudere mulierculæ de judicibus viris , & in aliqua positis dignitate , si ad Imperatoris uxorem ambitio concurrit salutantium , cur tu facis injuriam viro tuo ? Ad hominis conjugem , Dei sponsa , quid properas ? Disce in hac parte superbiam sanctam ; scito , te illis esse meliorem „ „. Ex his compertum est , quam periculosam sacris Virginibus mulierum secularium , & conjugatarum familiaritatem , ac societatem S. Hieronymus existimaverit. Vale , meque tibi addictissimum in sancto Sacrificio Domino commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXI.

De Probabilitate.

Alias 47. quæ autem 41. erat, nunc 43.

CLARISSIMO VIRO *** DOCTORI SORBONICO.

Persuadere tibi vix poteras , hanc Regulam , quam libro III. Theologiæ nostræ Dogmaticæ , & Moralis In edit. nost. Tomo 6. cap. 4. art. unico ordine decimamquartam posui ; *Extrinseca probabilitas ex unius , vel plurium Scriptorum auctoritate petita opinioni morali securitatem conciliare non potest ;* a catholico Theologo impugnari posse ; cum in Traditione fundata sit , sanctorum Basilii, Augustini , Felicis III. Pontificis maximi , aliorumque Patrum testimoniis firmata ; contrariaque opinio a celeberrimis Academiis Parisiensi , & Lovaniensi , ab Episcopis Galliæ , & ab Innocentio undecimo beatæ memoriæ Pontifice maximo damnata sit , scilicet ; *Generatim dum probabilitate , sive intrinseca , sive extrinseca , quantumvis tenui , modo probabilitatis finibus non exeatur , confisi aliquid agimus , semper prudenter agimus.* Verumtamen traditam a me Regulam impugnat auctor Anonymus , erroremque

a Sede apoſtolica proſcriptum ſuſcitare, ac tueri non veretur hac ratiuncula fretus: Ignari, rudes, ſcrupuloſi in conſilio paſtoris ſui, ſeu conſcientiæ ſuæ Moderatoris tuta conſcientia acquieſcunt; extrinſeca ergo probabilitas ſufficit ad ſecuritatem opinioni morali conciliandam.

Ignaros quidem, rudes, & ſcrupuloſos homines paſtoris ſui, ac conſcientiæ Moderatoris conſilium tuta conſcientia ſequi poſſe fateor illis in rebus, quæ legis naturalis in omnium hominum cordibus exaratæ lumine cognoſcere non poſſunt, & quas abſque ulla ſua culpa ignorant, in via mandatorum Dei cum timore ambulantes, & de ſua ſalute ſoliciti. Si decipiantur, tuta nihilominus eſt eorum conſcientia, non propter extrinſecam opinionis probabilitatem, ſed ob ignorantiam invincibilem, quæ illos excuſat coram divino tribunali, ſecundum firmiſſimum illum ſancti Thomæ principium: „ „ Error conſcientiæ habet quandoque vim abſolvendi, ſive excuſandi; quando ſcilicet procedit ex ignorantia ejus, quod quis ſcire non poteſt, vel non tenetur. Quandoque error conſcientiæ non habet vim abſolvendi, & excuſandi,

Quodlibeto 8. art. 17.

minus probabili in concursu probabilioris conciliare non posse, nec tutam præstare illorum conscientiam, qui secundum illam agunt. Sane vir ille Dei ad Jeroboam missus, ut Altaris Bethel subversionem, & Josiæ Regis nativitatem vaticinaretur, immunis a culpa, & ultione divina non fuit, quamvis deceptus fuerit a seniore Propheta visum sibi Angelum mentiente, qui præceptum a Deo priori illi Prophetæ datum benignâ interpretatione emolliret. (III. Regum capite 13.) *Et exclamavit ad virum Dei, qui venerat de Juda, dicens: Hæc dicit Dominus, quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & reversus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum... Qui cum abiisset, invenit eum leo in via, & occidit, & erat cadaver ejus projectum in itinere; asinus autem stabat juxta illum, & leo stabat juxta cadaver.* Hoc documentum esto, legi, mandatisque divinis immobiliter adhærendum, non hominum opinionibus adversus illam pugnantibus, quamvis aliquam probabilitatis speciem præseferant; nec a culpa excusari, & a pœna eximi, qui unum, aut plures auctores, vel casuum arbitros secutus fuerit, si, quod illi dederint consilium, divinæ legi re ipsa adversetur.

Traditam Regulam aperto sancti Thomæ testimonio roboravi, cui & illud addo Seraphici Doctoris, sancti Bonaventuræ in Opusculo *De Processu religionis*, Processu 5. capite 3. „ Dubia (*inquit*) interpretatio præcepti est periculosa, sicut pons semiputridus aquæ præcipitis, & profundæ, de quo dubium est, an sub transeunte corruat, an subsistat. Velut si is, qui pro Christo majora certamina subire decrevit, & omnia reliquit in seculo, se periculo velit committere pro modico motu propriæ voluntatis, vel pro parvo commodo in incerta opinione sua, vel alterius; ut si Deus approbet illam opinionem, evadat sine lucro meriti; si autem re-

„ probet eam, damnetur; maxime cum tales opi-
„ niones quandoque periculosiores sint quam apertæ
„ transgressiones; quia ubi scit homo se delinquere,
„ inde facile corrigitur; ubi autem nescit se peccare,
„ & insuper credit sibi licere, inde nec in morte
„ pure convertitur propter falsam spem, quod forte
„ licuerit, vel minus in eo peccaverit baculo arundi-
„ neo, & confracto innitens. Voluntas bona, &
„ plana, via regia, & secura debet incedere, & re-
„ lictis dubietatum diverticulis, quasi suspectis latro-
„ num semitis, apertos, & tutos justorum calles am-
„ bulare, ne velut pœnitens boni inchoati, quærat
„ diverticula declinandi de via profectionis, in qua
„ venerat ambulare. Quid enim est, unde omnes in
„ damnationem incidimus, nisi talis dubia interpreta-
„ tio præcepti Dei de ligno vetito, ubi callidus ser-
„ pens persuasit mulieri non ita stricte, & simplici-
„ ter intelligendum illud præceptum esse; imo quod
„ ejus observatio nociva foret, ne fierent sicut Dii,
„ scientes bonum, & malum, & cujus transgressio-
„ ne, quamquam Deus sic comminatus fuerat, nedum
„ mortem corporis, sed animæ mererentur? Credi-

EPISTOLA LXII.

De Pertinacia, & Probabilitate,

Alias 48. quæ autem 62. erat, nunc 90.

RELIGIOSO VIRO*** DOCTORI SORBONICO.

Quamvis in opinionibus meis tuendis pertinax esse nolim, ubi me a veritate aberrasse (quod humanum est) vel Ecclesia indicabit, vel eruditi demonstrabunt; non me pœnitet regulæ de pertinacia superbiæ filia traditæ libro 111. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis In edit. nost. Tom. 7. cap. 1, art. 18. *Lethalis pertinaciæ reus est, quisquis opinionem erroneam, aut minus probabilem in materia morum vera, & probabiliori anteponit, & secundum illam agit.* Hanc regulam auctor Anonymi libelli impugnat. Si de sola probabilitate ageretur (inquit) nihil novi diceret Alexander; at secundum ipsum non sufficit, ut probabiliori sententiæ adhæreamus, nisi veritatem attingamus.

De probabilitate quæstio est; ex duabus opinionibus, quarum una stat a lege contra libertatem, altera favet cupiditati, & libertati contra legem, prima, quæ probabilior, sola vera est; hanc igitur sequi, & secundum illam agere oportet. „ „ Ne morer hominum judicia (*inquit S. Basilius Epistola 82.*) sed per evangelica præcepta absolute instituar, quæ neque cum temporibus, neque humanarum rerum circumstantiis mutantur, sed eadem permanent, ita perdurantia ut a veraci, ac beato ore prolata sunt. Homines vero similes sunt nubeculis pro ventorum immutatione ad aliam. atque aliam aeris partem jactatis „ „. Cum necesse esse propugno ad actionis moralis bonitatem, ut veras regulas sequamur, quantum assequi veritatem potest humana mens, sanctum etiam Bernardum auctorem habeo libro *De præcepto, & dispensatione*, cap 14. „ „ Ut interior oculus vere sit simplex (*inquit*) duo illi esse arbitror necessaria; charitatem in intentione, & in electione veritatem. Nam si bonum quidem di-

ligat, sed verum non eligat, habet quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam. Et nescio, quemadmodum judicio veritatis vera esse possit cum falsitate simplicitas,, ,,. Nihil novi dixi; neque enim esse velim singularitate famosus. Vale, vir clarissime, Deoque ad ejus Altare me commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXIII.

Alias 49. quæ autem 63. erat, nunc 79.

De probabilium Opinionum delectu.

CLARISSIMO VIRO *** DOCTORI SORBONICO.

Suos semper adversarios habet moralis doctrina Jesu Christi. Damnatos effrenis probabilitatis errores tueri non cessant, ex quibus cætera malesanarum opinionum venena in animarum perniciem, & Ecclesiæ scandalum prodierunt. Illud & errorum, & flagitiorum seminarium excidere conatus sum libro III. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis. Quamobrem mirari non debes, quod in eam insurrexerit Ano- [redacted]

que imprudenter agere; illam porro judicii imprudentiam voluntariam esse in causa sua. Nonne enimvero fallitur, qui falsa pro veris approbat? Nonne moralis imprudentiæ reus est, qui in rebus ad salutem animæ pertinentibus certis incerta præponit? Nonne hæc imprudentia ex pravitate cordis oritur? Num hæc cæcitas excusari potest? Nonne peccatorum nostrorum justissima pœna est, novique causa peccati? „„ Cæcitas cordis (*inquit sanctus Augustinus*) & peccatum est, quo in Deum non creditur, & pœna peccati, cum cor superbum digna animadversione punitur; & causa peccati, cum aliquod malum cæci cordis errore committitur „ „. Non excusatur, qui veritates ad salutem æternam pertinentes, & christianæ vitæ officia non cognoscit, cum cognoscere potest, culpaque sua ignorat; cum ad legem Dei non attendit; cum doceri non curat; cum cupiditatum suarum propensionem, ipsisque faventes opiniones sequi maluit, quam saniora Moralis christianæ principia. *Pluit* enim Deus *super peccatores laqueos; & lege infatigabili spargit pœnales cæcitates super illicitas cupiditates.* Lib. 2. contra Julian. cap. 3. Psalm. 10. lib. 1. Confess. c. 16.

Mihi vero inique improperat auctor Anonymus, quod hanc Propositionem propugnem ab Alexandro VIII, Pontifice maximo damnatam: *Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.* Non solum illam sequi licet, sed oportet; non arbitrii, sed officii res est. Sed quæ favet cupiditati contra legem non solum probabilissima non est, imo nec vere probabilis; illam qui sequitur, cæcus esse amat. *Noluit intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo; astitit omni viæ non bonæ; malitiam autem non odivit.* Psal. 35. Tota justitia christiana in eo posita est, ut Dei voluntati obsequamur; hæc autem verbo Dei scripto, & tradito, non hominum placitis continetur. Hinc Lactantius libro III. divinarum Institutionum, cap. 13. „„ Sciant (*inquit*) errare se, qui Philosophiam putant esse sapientiam; non trahantur auctoritate cujusquam, sed veritati potius faveant, & accedant. Nullus hic temeritati locus est; in æternum

stul-

ſtultitiæ pœna ſubeunda eſt, ſi aut perſona inanis, aut opinio falſa deceperit. Homo autem qualiſcunque eſt, ſi ſibi credit, hoc eſt, ſi homini credit (ut non dicam ſtultus, qui ſuum non videat errorem) certe arrogans eſt, qui ſibi audeat vindicare, quod humana conditio non recipit „ „. Et cap. 27. quorumcunque hominum, etiamſi Sapientum, & Doctorum nomen adepti ſint, opinionibus acquieſcere ſtultiſſimum eſſe docet, cum nihil certi proferunt, & nulla auctoritate, qua homines ſunt, aliis præcellant, ut fidem in rerum ad ſalutem pertinentium expoſitionem mereantur. „ „ Sed nihil ponderis habent illa præcepta (*inquit*) quia ſunt humana, & auctoritate majori, id eſt, divina illa carent. Nemo igitur credit; quia tam ſe hominem putat eſſe, qui audit, quam eſt ille, qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi eſt, nihil, quod a ſcientia veniat, ſed cum omnia conjecturis agantur, multa etiam diverſa, & varia proferuntur; ſtultiſſimi eſt hominis præceptis eorum velle parere, quæ utrum vera ſint, an falſa, dubitabitur „ „. Vale, vir clariſſime, Deumque pro me ad ejus Altare precare, ut ſicut mihi dedit ſuam noſſe veritatem, ſic det eam dignis moribus aſ-

aut monasticam Præfecturam pro se postulat; necnon illam: *Lethalis ambitionis rei sunt Concionatores, qui majorum, & nobiliorum Ecclesiarum pulpita suis, aut amicorum precibus obtinere nituntur, aut revera obtinent eo fine, ut nominis claritatem consequantur, atque ad Episcopatum, aliave ecclesiastica beneficia promoveantur.* Has Moralis christianæ Regulas verbo Dei, sanctorum Patrum doctrina, S. Thomæ auctoritate, legibus Imperatorum firmata, irrito conatu impugnat; frustraque objicit apostolicam illam sententiam: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Is etenim sensus, juxta quem ille verba hæc exponit, expresse repugnat sensui, quem tenet, ac ab initio semper tenuit sancta mater Ecclesia, cujus est de vero Scripturarum sacrarum sensu judicare, & contra unanimem consensum SS. Patrum. Non dignitatem, non honorem, non divitias, sed laborem pro Dei gloria, & Ecclesiæ utilitate, persecutiones, cruces, Martyrium sancti desiderii objectum esse posse SS. Patres interpretantur, quorum testimonia protuli; Joannes Chrysostomus libro 3. *De Sacerdotio*, cap. 10. Hieronymus Epistola 83. & Commentario in cap. 3. Sophoniæ; August. lib. 19. *De Civitate Dei*, cap. 19. Gregorius magnus p. 1. *Pastoralis*, cap. 8. S. Thomas in Commentario Epistolæ 1. ad Timotheum, & secunda secundæ quæst. 87. art. 1.

Verum quamvis Episcopatus desiderium innocens, & sanctum esse possit, eo modo, quo sequitur Apostolus, & Patres exponunt (cum tamen ita desiderare, & rarius, & difficilius sit, quam fugere) Episcopatum pro se postulare non licet. Illum enim electorum suffragiis, aut regia nominatione, summi vero Pontificis confirmatione obtineri nemo nescit. Electores porro, vel Reges, quibus hominum corda non patent, uni Deo perspecta, discernere non possent, quinam sancte, & ex pietate, quinam ex ambitione, aut avaritia sacram dignitatem desiderarent; ideoque ne foveant ambitionem, ac indignos promoveant, omnes pro se postulantes repellere pariter tenentur. *Nec quisquam sibi sumit honorem* (inquit Apo-

rem minime vulgarem, aut levem desiderare: Ministerii enim, non autem remissionis, ac desidiæ significationem habet Episcopatus ipsum vocabulum. Quod si fidem dictis hisce non habes, sequentia legens mentem nostram probe assequeris: Oportet enim Episcopum omnibus ornatum esse virtutibus, & alienas calamitates proprias, ac suas existimare. Non enim sibi ipsi, sed subditis vivit, & a sexcentis oculis, ac linguis vita ejus examinatur „ „.

De aliis ab Episcopatu beneficiis, quibus animarum cura annexa est, idem censet sanctus Antoninus, quod de ipso Episcopatu; illicitum esse illa quærere, aut pro se postulare: „ „ Quia (*inquit*) ubi est eadem ratio, ibi & idem jus: Nam de similibus idem est judicium (*Dist.* 7. *Can. ad ejus*) Sed ratio, quare est illicitus, & mortalis appetitus Episcopatus, est propter curam, quam habet annexam, quia præsumptuosum nimis est, ut quis se reputet idoneum ad regendum animas aliorum; sed eadem ratio est in quolibet prædictorum (*scilicet Decanatu, præpositura, Archidiaconatu, vel Ecclesia parochiali*) quia omnibus cura est annexa, nec differunt ab Episcopatu nisi se- [redacted]

P. 2. tit. 3. c. 2. §. 45.

ſit mortale „„. Id confirmat SS. Patrum teſtimoniis, ſcilicet ſancti Joannis Chryſoſtomi, quo nomine inſignit auctorem operis imperfecti in Matthæum Homilia 43. ex quo deſumptus eſt Canon, *Multi*, diſt. 40. *Quicunque deſideraverit primatum in terra, inveniet confuſionem in cælo; nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit.* Nullus autem invenit confuſionem in cœlo, aut ſeparatur a conſortio Sanctorum, niſi propter mortale. Sancti Leonis magni, cujus verba referuntur Canone, *Principatus*, cauſa 1. quæſt. 1. „ Principatus, quem aut ſeditio extorſit, aut „ ambitus occupavit, etiamſi moribus, atque actibus „ non offendit, ipſius tamen initii ſui eſt pernicioſus „ exemplo. Et difficile eſt, ut bono peragantur exitu, „ quæ malo ſunt inchoata principio „. Sed non dicitur pernicioſum niſi mortale. Sancti Gregorii magni lib. 7. Epiſt. 110. ex quo refertur Can., *Sicut*, Cauſa 1. quæſt. 6. „„ Sicut is, qui invitatus tenuit, quæſitus refugit, ſacris eſt Altaribus admovendus; ſic qui ultro ambit, vel importune ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi ut creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat? *Sed nullus eſt removendus a promotione niſi propter mortale; ergo, &c. Item* Cura animarum non poteſt exerceri licite, & abſque mortali ſine gratia, ſcilicet in celebrando, & adminiſtrando Sacramenta; nullus autem poteſt eſſe certus ſe habere gratiam. Cum ergo frequenter, & quaſi continue habeant illa facere, videtur ſponte ſe periculo peccati mortalis exponere. Hanc rationem videtur tangere beatus Thomas in Quodlibetis „„. Hanc quidem S. Thomæ, & aliorum opinionem ab aliquibus non teneri S. Antoninus obſervat, ſcilicet, quod non licet petere beneficium curatum abſque vitio ſimoniæ. *Hanc opinionem* (inquit, quod ſcilicet hujuſmodi beneficia pro ſe petere liceat) *ſequi videntur Curiales; ſed quia Doctores, qui contrarium dicunt, ſanctitate, & ſcientia Theologia, &*

juris sunt longe præstantiores, ideo non videtur tuta prædicta opinio, nec sequenda.

Vana certe auctoris Anonymi objectio ex Concilio Tridentino sess. 24. *De Reformatione*, cap. 18. petita, quo de promovendis ad parochialium Ecclesiarum regimen per concursum, sive publicum examen Sacerdotibus lata lex est: „ Quid enim aliud est (inquit) „ examini se sistere, quam animarum curam pro se „ postulare? Damnat ergo Alexander, quod Ecclesia „ probat, nec probat solum, sed præcipit. Utri potius „ credendum „ ?

Absit, ut damnem, quod approbat Ecclesia. Sanctissima est illa de concursu ad parochialia beneficia disciplina, quamvis in omnibus orbis christiani provinciis usu recepta non sit. Sed Ecclesia non favet ambitioni, aut præsumptioni, quas damnat Christus ejus sponsus. Qui examini ab Episcopo vocatus se sistit, beneficium pro se non postulat, sed Præsulis sui judicio se subjicit; ut si dignus, imo dignior ab illo censeatur, parochialem curam ejus provisione, ac mandato suscipiat. Examini sistere se potest pius Sacerdos, sive nominatim cum aliis vocatus, sive per

eligat digniorem, quem Patronus ei præsentet, ad quem institutio spectabit. Quod si Jurispatronatus laicorum fuerit, ab eisdem Deputatis, ut supra, examinari, & non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti „„. Sanctus Carolus Borromæus examen Sacerdotum, parochialibus Ecclesiis vacantibus, secundum formam a Concilio Tridentino præscriptam stata die indicebat; sed nemo nisi ab illo vocatus se sistebat examini, ab ejusque providentia, & arbitrio pendebant universi, certi sibi conferenda beneficia secundum uniuscujusque virtutem, & merita; nec se erraturos, cum Archipræsulis sui sic a Deo illuminati judicio, ac mandato illa susciperent. *Et vere indignus beneficio habitus fuisset, qui illud quæsivisset, aut sibi procurasset*; ut Giossano testatur in ejus vita, lib. 8. cap. 30.

Nec difficilior est objectio, quæ ex Graduatorum jure peti potest. Graduati enim, sive Nominati, sive simplices, qui beneficia ratione graduum Academicorum postulant, seipsos non ingerunt; sed jure ab Ecclesia sibi concesso utuntur, & ab Universitatibus, quæ doctrinam illorum, ac virtutem probaverunt, nominantur, sive præsentantur, & Episcopi judicio se subjiciunt, qui illos examinare, & beneficia illis negare potest, si indignos judicaverit, ut declarat Concilium Burdigalense a Francisco Cardinali de Surdiaco Archiepiscopo celebratum anno Christi 1624. cap. 9. num. 14. „„ Ac ne Graduati tantum (*inquit*) sed docti ad beneficia assumantur ecclesiastica; quibuscunque studiorum Universitatibus generalibus nostræ provinciæ prohibemus, ne ulli cujuscunque scientiæ gradus literas concedant, quin prius ipse publice rigoroso examine probatus, omnium Doctorum, debito modo ad id vocatorum votis, & calculis utatur, hincque, ne fraus aliqua in hujusmodi Graduatorum literis delitescat, posse Ordinarium quosvis Graduatos, etiam Nominatos pro beneficiis obtinendis, examinare, & repellere indoctos declaramus „„. Idem sancitum, ac declaratum est regiis Constitutionibus, & edictis Molinensi ann. 1566. art. 75. Henrici magni anno 1596.

art. 111. Ludovici XIII. 1629. art. 10. Si qui vero abusus in Graduatorum petitiones irrepserunt, si quæ labes ambitionis, cupiditatis, ac litium improbarum, vitia sunt hominum, ab Ecclesia, ut a Deo, damnata. Vale, meque Domino ad sanctum Altare commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXV.

Alias 94. quæ autem 65. erat, nunc 92.

Non licet mutuo recipere aliquid ultra sortem, ratione solius periculi, quod mutuo intrinsecum sit, ab eoque indivulsum. De sensu capitis Naviganti, & de fœnore nautico.

DILECTISSIMO IN CHRISTO FRATRI ***

Quod usura sit aliquid ultra sortem exigere, vel accipere ob solum periculum facti, cui rem suam creditor exponit dando mutuum, probatum habes lib. 3. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis, in edit. nost. Tomo 7. cap. 3. art. 5. Reg. 3. quam confirmat Auctor Tractat. de Usuris, qui inter S. Thomæ

Præterea, si quid ratione periculi mutuo intrinseci, ab eoque inseparabilis, exigere ultra sortem liceret, sequeretur, Dei legem aut superfluam esse, aut injustam. Superflua esset, siquidem homo dans mutuum, & aliquid ultra sortem recipiens ratione hujusmodi periculi, nunquam observaret legem, quæ vetat omne lucrum, & incrementum ex mutuo. Injusta esset, quia mutuum danti tolleret, quod suum esset, & ad quod jus haberet ratione periculi, cui sors ejus, seu capitale exponitur. Blasphemum autem, impium, & hæreticum fuerit, legem Dei vel superfluam censere, vel injustam.

Tertio, tantum abest, ut aliquid ultra sortem ratione periculi exigere licitum existimaverit sanctus Ambrosius, ut econtra mutuum dandum esse doceat, & propugnet etiam absque spe recuperandæ sortis, si forte contingat illum, cui mutuum datum est, ad eum statum redigi, ut solvendo non sit; sive pauper sit, quo tempore mutuum accipit, sive postmodum eversa fortuna, & male cedentibus rebus, ad paupertatem redigatur. Atque hunc esse dominici præcepti sensum asserit sanctus Ambrosius libro de Tobia, cap. 16 „ „ Dominus (*inquit*) in Evangelio talibus magis existimat fœnerandum, a quibus redditio non speretur; sic enim ait: *Et si mutuum* Lucæ 6.
dederitis his, a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia. Verumtamen diligite inimicos vestros; benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa; & eritis filii altissimi.... Date mutuum iis, a quibus non speratis vos, quod datum fuerit, recepturos. Nullum hic damnum est, sed compendium. Minimum datis, multum recipietis; in terra datis, & id vobis solvetur in cœlo, fœnus amittitis, mercedem magnam habebitis, fœneratores esse desinitis, filii eritis altissimi; eritis misericordes, quo vos Patris æterni probetis heredes „ „. Et Prologo in Evangel. S. Lucæ, inter alia præcepta, quibus mores in eo informari observat, illud re-

censet: *Mutuum dare cum desperatione recuperationis, aut remunerationis, & mercedis. Merces enim facilius sequitur non exspectantem.*

Merito itaque a sacra facultate Parisiensi die tertia Februarii 1665. hæc inter alias propositio Amedæi Guimenii damnata est: „ „ Usura est recipere aliquid ratione mutui, non autem ratione periculi recuperandæ sortis; neque ullus potest ita esse securus, quin possit aliquod incurrere periculum, aut saltem aliqua difficultas in re habenda. *Damnata, inquam, hæc propositio est, ut* falsa, scandalosa, inducens ad usuras committendas, variasque aperiens artes eas palliandi, & justitiam, ac charitatem violandi „ „. Cui censuræ pondus maximum accedit ex Innocentii XI. Decreto, quo idem Amedæi Guimenii liber damnatus est anno 1680.

Contrariæ porro propositioni nullatenus favet responsum sacræ Congregationis de propaganda fide sub Innocentio X. Missionariis Imperii Cinarum datum anno 1645. *Cinas non esse inquietandos, si aliquid accipiant ultra sortem ratione periculi probabiliter emergentis.* Loquuntur enim Consultores Theologi, & eminentissimi Patres de periculo extrinseco probabiliter emergente, non de periculo facti intrinseco, quod a mutuo inseparabile est. Cujus periculi ratione tam non posse aliquid exigi ultra sortem, quam exigi non potest ratione mutui, veritas est a Gregorio nono Pontifice maximo declarata cap. *Naviganti*, quod a sacra Congregatione, & Innocentio X. concessum nemo dixerit. Eodem animo Alexander VII. die 18. Martii 1666. declaravit; *Licitum non esse mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.*

Verumtamen, si periculum juris, & mutuo extrinsecum spectetur, illius periculi ratione aliquid ultra sortem recipi potest, ut pretium periculi, consuetudine legitima, & a Principe, vel Magistratibus probata definitum, non ut pretium mutui, quæ communis est Theologorum sententia. S. Antonini 2. P. tit.

tit. 1, cap. 7. cujus verba loco mox indicato Theologiæ nostræ exhibuimus, Silvestri Prieratis in Summa, verbo *Usura* 1. Joannis majoris in 4. Sententiarum, dist. 15. quæst. 31. Cajetani in Summa, verbo *Usura exterior*, § *Duodecimus Casus*. Joannem de Napoli, & Joannem Calderinum ejusdem sententiæ Patronos citat sanctus Antoninus. His addere liceat Adrianum in 4. Sententiarum, in Tractat. De Usuris, §. *Concurrunt ad primum*, ubi caput *Naviganti* ita intelligit, ut locum habeat, cum deficit probabile dubium, & periculum, cujus causa juste aliquid recipiatur, imo cum vani periculi susceptio prætexitur, ut hoc colore quæsito, creditor, qui nullum justum damni metum habet, nec periculum aliquod juris, & mutuo extrinsecum vere subit, certus sit de pacto convento ultra sortem lucro. Addit Adrianus, justum pretium suscepti periculi non excludi per Decretalem *Naviganti*, sed injustum. Id confirmat *Lex periculi*, Digest. 22. tit. *De Nautico Fœnore*, Quin & Covarruvias Segobiensis Episcopus jurisconsultus celeber, *Variarum Resolutionum* lib. 3. cap. 2. Nauticum fœnus ea ratione licitum esse docet secundum jus Cæsareum, ut aliquid ultra sortem accipiatur: *Non ratione mutui, nec propter usum pecuniæ, neq propter nudum interesse interusurii temporis, sed propter aliam justissimam causam, nempe periculi contra naturam mutui spectantis ad creditorem.* Ejusque opinionis suffragatorem laudat Baldum primarii subsellii jurisconsultum. Conradum Tractatu 2. *De Contractibus*, quæst. 39. Conclusione 2. & alios, additque; *Leges civiles Nauticum Fœnus ea ratione permittentes non esse pontificia lege sublatas, imo & hodie vim, & potestatem legum habere, justasque censendas fore*.

Prosper Fagnani ad cap. *Naviganti*, Extra. *De Usuris*, num 24. „„ In foro animæ (*inquit*) vera videtur Theologorum distinctio; nam si mutuans recipiat aliquid ultra sortem ratione mutui, seu ea intentione, ut lucretur ex mutuo, quamvis periculum in se suscipiat, absque dubio est usura, quæ sola voluntate

committitur ; ſed ſi vere non intendat lucrari ex mutuo, ſed tantummodo accipere mercedem, ſeu pretium periculi, juxta textum legis *Periculi*, ff. *de Nautico fœnore*, in foro interiori, & quantum ad Deum non eſt uſurarius... In dubio autem, cum non diſtinguit, an lucrum recipiat ratione mutui, vel ratione periculi, cenſetur recipere ratione mutui, & ideo uſura eſt ; & ſic arbitror conciliari poſſe diſſidentes opiniones „ „.

Denique Capite *Naviganti* prohibitus non videtur contractus, quo quis pecuniam ſuam naviganti mercatori committit merces in longinquam regionem deferenti, pactis coram Notario ex patriæ conſuetudine initis, ut ſi navis perierit, pecunia pereat danti, nec ullum repetendæ ſortis jus habeat ; ſi vero navis ad portum ſalva redierit, ſeu mercibus onuſta, ſeu vacua, non ſolum ſors illi ſalva ſit, ſed certum, ac definitum conſuetudine pretium recipiat. Hic enimvero contractus non eſt mutui, de quo cap. *Naviganti*, ſed contractus innominatus alterius omnino generis, quo quis non alienato pecuniæ ſuæ in navi collocatæ dominio, certum pretium cum ſorte principali ſe recepturum paci-

culum ſubeundum, non contrahit uſuram, ut poſt alios reſpondit Decius in Conſil. 123. quem ſecutus eſt & ipſe Navarrus in Commentario *De Uſuris*, num. 128. qu. 45. ad Ext. S. Pii V. de cenſibus, hac nixus ratione, quod nihil accipit is vi mutui expreſſi, vel taciti, ſed vi alterius contractus innominati, donantis ſub modo, vel recipientis aliquid ob periculum ſubeundum; quod licite poteſt capi, ut conſtat ex l. 1. & 2. Cod. *De Nautico fœnore.* Vale, dilectiſſime Frater, meique tuis in orationibus memineris.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA LXVI.

Aliquid exigere ultra ſortem, ratione trium Contractuum cum eadem perſona ſimul, vel ſucceſſive initorum, uſura eſt. Alias 95. quæ autem 66. erat, nunc 93.

DILECTO FRATRI ***

Eos, qui pecuniam conferunt in ſocietatem, non poſſe per eumdem ſocium aſſecurari, & de ſorte, & de lucro, quamvis præter contractum ſocietatis, alii duo, vel ſimul, vel ſucceſſive intercedant, ſcilicet aſſecurationis ſortis, & venditionis lucri ſperati, & incerti pro certo lucro minore; ſicque contrahentes reos eſſe uſuræ, probatum habes libro 3. Theologiæ noſtræ Dogmaticæ, & Moralis, In edit. noſt. Tomo 7. cap. 3. art. 5. Regula 24. Cum enim in hoc caſu non ſervetur æqualitas, & lucrum accipiat, qui nulli periculo ſe exponit, ſocietatis contractus in contractum mutui degenerat. Datur pecunia eadem ſpecie recipienda, tranſit in dominium mercatoris, qui ipſa, prout libuerit, uti poteſt. Nihil enim refert, quod eam ad negotiandum acceperit; quia eo ipſo, quo ſuo periculo ſuſcipit, cum onere, & obligatione eam reſtituendi, abſque ullius injuria illa uti pro arbitrio ſuo poteſt. Neque vero curat is, qui pecuniam credidit, in quem uſum illa impendatur, ſiquidem alium obligavit ad eam cum acceſſione certi lucri refundendam, quocunque modo pereat.

Hanc Moralis chriſtianæ Regulam confirmat Theodori Balſamonis Commentarius in Canonem 17. Concilii Nicæni. „ „ Quidam Sacerdotum (*inquit*) Canonem intelligentes, & ipſum circumſcribentes, eique fraudem facientes, verba quidem ſervant, mentem autem negligunt. Dant autem nonnullis pecuniam, & tantam ex lucro partem ſe capturos paciſcuntur, periculum autem agnituros, qui eam accipiunt; & cum ſint revera fœneratores, verbo tamen ſocietatem prætexunt „ „. Sunt revera fœneratores, ſiquidem abſque legitimo titulo damni emergentis, aut lucri ceſſantis plus exigunt, ac recipiunt, quam mutuo dederint, contra Dei legem Levitici 25. *Ne accipias amplius, quam dediſti... Superabundantiam non exiges.* Et hic igitur dicendum cum S. Ambroſio lib. *De Tobia*, cap. 14. „ „ Quodcunque ſorti accedit, uſura eſt, quod velis ei nomen imponas uſura eſt. Si licitum eſt, cur vocabulum refugis? Cur velamen obtexis? ſi illicitum eſt, cur incrementum requiris „ „? Quale voluerint nomen hujuſmodi contractibus tribuant laxiores Caſuiſtæ, dicam cum Innocentio III. ad Cantuarienſem Archiepiſcopum ſcribente, illos uſuram ſub honeſto nomine palliare; *Quaſi mutato nomine*

gnant probabilem esse contra Constitutionem Sixti V. ex adverso stantibus S. Antonino, Cardinale Cajetano, Francisco Victoria, Dominico Soto, Bannes, Conrado, Ledesma, Silvio, Joanne a S. Thoma, sacra Parisiensi, &c. illam nihilominus periculi plenam esse significant. „ „ Ex hujusmodi pacto (*inquit Azorius*) pecunia in societatem data mutui vim, & usuræ speciem, & imaginem habere videtur, quamvis revera in mutuum non transeat; ac proinde lucrum est specie, & imagine fœneratitium „„. Idem fatetur Lessius, quod scilicet *videatur præsumptio fraudis usurariæ*. *Valentia concludit*: „ „ Propter periculum nemini illud esse suadendum; quamquam si aliquis alioqui obstinato animo usuram commissurus sit, expediret sine dubio explicare illi aliquem lucrandi modum tolerabilem ex prædictis, ut illum potius, quam usuram exerceat; quandoquidem id etiam, quod per se est intolerabile, & malum (modo minus malum sit) censent Doctores, posse proponi, & explicari alicui, ut illud potius faciat, quam aliud majus malum, quod obstinato alioqui animo destinaverit „ „. Qui sic loquuntur, siccine de opinionis suæ veritate diffidunt? An eos sequi tutum est, posthabito Sapientis, imo Dei præcepto: *Quasi a facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes ejus interficientes animas hominum*; & Apostoli dicentis: *Ab omni specie mala abstinete vos*. Vale, meique in orationibus tuis memor esto.

3. Par. Inst. Moral. l. 9. cap. 4. De Justitia, & jure c. 25. dub. 3.

To. 2. disp. 25. punct. 24.

Eccli. 21. 2. 1. Thess. 5. 22.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXVII.

Fornicatio simplex naturæ lege prohibita.

Alias 96. quæ autem 67. erat, nunc 94.

AMANTISSIMO FRATRI ***

Lugendum, quod inter christianos Theologos quidam inveniantur sic a veritate auditum avertentes, ad fabulas conversi, prurientes auribus, ut simplicem fornicationem naturæ lege non esse prohibitam non solum censeant, sed aperte doceant, & publi-

blicis thesibus propugnare non erubescant. Hunc errorem confutatum habes lib. 3. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis, in edit. nost. Tomo 7. cap. 4. art 3. Reg. 3. Nemo homo est, qui non noverit, vel nosse non possit (modo ad lumen Dei super se signatum, & ad conscientiam suam attendat) fornicationem ideo prohibitam esse, quia per se mala est; non ideo solum malam esse, quia prohibita. His, quæ scripsi loco citato nihil addam impræsentiarum præter egregium, ac luculentum S. Joannis Chrysostomi locum, hanc veritatem confirmantis Homilia 12. ad populum Antiochenum. „„ Ab initio (*inquit*) Deus hominem formans, legem ipsi naturalem indidit. Et quid tandem est lex naturalis? Conscientia nobis expressit, & a natura inditam esse voluit bonorum, & contrariorum scientiam. Non enim opus habemus discere, quod malum est fornicari, & bonum continentia, sed ab initio hoc scimus. Et ut discas, quod ab initio hoc scimus; Legislator leges postea ferens, & dicens: *Non occides;* non intulit, malum enim cædes; sed simpliciter, *Non occides*, inquit, prohibuit enim peccatum duntaxat, non docuit.

[redacted]

non furaberis, non mœchaberis. Et ideo nullatenus hic causam ponit, nec rationem adducit, sed sola opus esse putat prohibitione „ „.

Præsidium forte quærent damnandæ propositioni ex S. Ambrosio lib. 1. *De Abraham*, cap. 4. commercium Patriarchæ cum ancilla Agar inde excusante, quod *Abraham ante legem Moysis, & ante Evangelium fuit, cum nondum interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit, nec ante legem ulla rei damnatio est. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legem prævenit, Deus in paradiso licet conjugium laudaverit, non adulterium damnavit.* Quod si adulterium ante legem interdictum non fuit, inquient, multo minus fornicatio simplex.

Verum hoc S. Ambrosii loco non est cur abutantur. Constanter enim docuit, ut cæteri Patres, adulterium lege naturali fuisse prohibitum, eamque legem a nemine unquam invincibiliter ignorari potuisse. Id quidem tum ex aliis ejus operibus, tum ex hoc ipso libro perspicuum est. Etenim, ubi narrat quemadmodum Pharao Saram, quam in palatium abductam uxorem ducere cogitabat, postquam conjugatam esse cognovit, Abrahamo restituit, ita loquitur; *Etsi natura ferus, ac barbarus; tamen significat... & adulterii crimen sibi esse cavendum. Qui prætendit ignorantiam, condemnat intemperantiam. Nec mirum si barbarus jus novit naturæ. Ita major lex naturæ, quam legum præscriptio est.* Ideo itaque scripsit, adulterium ante latam Moysis legem non visum fuisse interdictum, ut significaret illis temporibus eam circa adulterium ignorantiam, in quibusdam hominibus extitisse, quæ etsi non omnino culpam tolleret, illam tamen aliquo modo minueret, hoc est, vincibilem ignorantiam, quæ sin minus a toto, saltem a tanto excusat (ut loquuntur Theologi.) Et hoc sufficiebat, cum ad excusandum Abrahamum apud eos, quos alloquebatur S. Ambrosius, qui eadem ante suam ad fidem conversionem perpetraverant; tum ad eosdem ab hujusmodi crimine in posterum revocandos, quibus nulla de ignorantia excusatio jam

sup-

ſuppeteret. Hæc reſponſio ex eo confirmatur, quod S. Ambroſius eodem capite nu. 27. hanc Patriarchæ actionem Deo minus probatam fuiſſe aſſerat; & libro de Paradiſo cap. 13. num. 65. atque alibi de eadem tanquam de vero peccato loquatur. Verumtamen SS. Joannes Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus, Abrahami cum Agar commercium, neque adulterium, neque fornicationem, ſed legitimum matrimonium fuiſſe docent, ab omni turpitudinis ſuſpicione liberum; ſiquidem Abraham illam in uxorem acceperat, polygamia tunc temporis in populo Dei permiſſa. Unde Moyſes Geneſ. 16. ait de Sara: *Tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam.. Et dedit eam viro ſuo uxorem.* Secundum SS. Patrum, & Eccleſiæ doctrinam S. Thomas in quartum Sententiarum diſt. 33. quæſt. 1. art. 3. quæſtiuncula 3. Rabbi Moyſis errorem refellit, aſſerentis fornicationem ante tempus legis non fuiſſe peccatum, docetque: „ „ Cum habere concubinam non matrimonio junctam ſit contra legem naturæ, id nullo tempore ſecundum ſe licitum fuiſſe, nec etiam ex diſpenſatione. Concubitus *enim* cum ea, quæ non eſt matrimonio juncta, non eſt conveniens

ea de re me certiorem facere volueris. Factum non miror, qui hominum illorum ingenia novi, arteſque perſpectas habeo, & exploratas. Sic illorum ſimiles Toloſæ, cum beatæ memoriæ Innocentius XI. Pontifex maximus laxiorum Caſuiſtarum Propoſitiones 65. damnaſſet anno 1679. Dominicanum Ordinem, devotarum, quas dirigebant, feminarum precibus commendabant, ut auctorum noſtrorum moralem (inquiebant) famoſis illis propoſitionibus comprehenſam, damnari æquo animo ferremus. Id a viris fide dignis accepi, qui Toloſæ tunc temporis verſabantur.

Non diſſimulo hominem parum quietum inter Propoſitiones, quas ex variis libris Doctorum quorumdam ſacræ Facultatis Pariſienſis, & Academicis Baccalaureorum theſibus excerptas illuſtriſſimis, & reverendiſſimis Epiſcopis examinandas obtulit (an privato, an Symmiſtarum etiam nomine, non inquiro) duas ex Theologia Dogmatica, & Morali P. Natalis Alexandri deſcripſiſſe; unam ex lib. 3. in edit. noſt. Tom. 7. cap. 1. Art. 24. Reg. 6. his verbis conceptam: *Lethalis ambitionis reus eſt, qui Epiſcopatum, aut quodvis aliud beneficium eccleſiaſticum curam animarum habens pro ſe poſtulat.* Alteram ex lib. 4. in edit. noſt. Tom. 8. cap. 5. Artic. 6. Reg. 9. his verbis conceptam: *Graviter peccant, qui cum peccati letbalis affectu Miſſæ ſacrificio Dominicis, & Feſtis diebus interſunt.*

Verum ſacer Conventus Eccleſiam gallicanam repræſentans, nulla habita ratione delatorum *Qui dicunt* Iſa. 5. 20.
malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum; centum, & viginti ſeptem Propoſitiones in materia Fidei, & Morum, poſt maturum examen conſideratiſſima ratione damnavit, & ſpecialibus notis confixit. Cenſuræ, & declarationis inter præclara Eccleſiæ monumenta conſervandæ exemplar huic adnexum Epiſtolæ ad te mitto. Cum eo conferas velim Theologiam meam Dogmaticam, & Moralem, & perſpicies, an ullæ ex aſſertionibus meis, reguliſque moralibus affinitatem aliquam habeant cum

pro-

Propositionibus a Clero gallicano damnatis; an econtra eos confutaverim errores, quos beatæ memoriæ Pontifices Alexander VII. Innocentius XI. Alexander VIII. Innocentius XII. & novissime generalis Cleri gallicani Conventus, confixerunt, & damnaverunt. Quibus ex libris, Scriptis, & Thesibus excerptæ sint Propositiones illæ apprime nosti. Nomina ut adscribam, non est opus; adscribes ipse ad marginem, si volueris. Æternum *Diligamus homines, quorum interficimus errores; sine superbia de veritate præsumamus, sine sævitie pro veritate certemus*, exemplo religiosissimorum Episcoporum nostrorum *oremus pro eis, quos redarguimus, atque convincimus.* Vale, meique ad Altare Domini memineris.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXIX.

Alias 75. quæ autem 69. erat, nunc 72. *Qui dubitat, utrum res, quæ præcipitur, licita sit, non tenetur obedire manente dubio; sed tenetur illud deponere, judiciumque suum Superioris judicio submittere.*

RELIGIOSO VIRO ***

Siquidem ad me non scribis, nisi ut quæstionem

vice præsunt, & jubent; ad quos legum pertinet interpretatio; & quos Deum in subditorum regimine gratiæ suæ lumine illustrare, ac dirigere, par est ut credamus. Tandem si quis obedire renuat levi fundamento nixus, nec dubium in praxi deponere teneatur, inde nascentur scandalorum, & pravorum exemplorum zizania.

Hæc responsio confirmatur ex cap. *Inquisitioni*, Extr. *De Sententia excommunicationis*, quod Innocentii III. responsum est. Docet enim, conjugem, cui certo compertum est impedimentum conjugii, propter quod sine mortali peccato non valet consummare matrimonium, quod nullum est, quamvis illud impedimentum in foro ecclesiastico probare non possit, debere potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam reddendo debitum mortale peccatum committere. Si vero credulitate probabili, & prudenti, quamvis non evidenti, & manifesta conscientiam habeat impedimenti, gravique ea de re dubitatione pulsetur, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, seu exigere: *Ne in alterutro vel contra legem conjugii, vel contra judicium conscientiæ committat offensam.* At si habeat conscientiam hujusmodi ex credulitate levi, & temeraria, ad sui Pastoris consilium conscientia levis, & temerariæ credulitatis explosa, licite potest non solum reddere, sed exigere debitum conjugale. Pari jure, ille, cui certo compertum est, rem, quæ præcipitur, illicitam esse, parere non debet præcepto. Si vero probabiliter dubitet, an licita sit, parere non debet manente dubio. Sed nisi gravis sit, ac prudens dubitandi ratio, dubium deponere debet, ac in Superioris judicio, & arbitrio acquiescere. Vale, mei in sacrosancto Pretii nostri Sacrificio memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXX.

Alias 76. quæ autem 70, erat, nunc 72.

In dubio utrum, qui præcipit, ſit legitimus Superior, illi parere debet Regularis, ſi faveat præcipienti communis, aut majoris, ſive ſanioris partis Regularium opinio.

RELIGIOSO VIRO ***

Studia mea fraternæ charitatis gratia interpellari nuſquam mihi moleſtum, quin imo jucundiſſimum ſemper erit, cum ad finem ipſum charitatis tendere debeant. Non eſt ergo, quod excuſes interrogationis tuæ libertatem. Honori duco de Moralis chriſtianæ quæſtionibus interrogari, officio reſpondere. Propoſitæ porro a te quæſtioni ſic reſpondeo.

Cum dubitat Regularis, utrum, qui præcipit, ſit legitimus Superior, illi parere debet, ſi faveat præcipienti communis, aut majoris ſive ſanioris partis Regularium opinio; quamvis aliqui de illius auctoritate dubitent. Communis enim opinio in hujuſmodi dubiis jus facit, ut colligitur ex L. *Barbarius*, D. tit. *De officio Prætoris.* Qua tamen in re non partium judicium, ſed ſapientum, & ab omni præjudicatæ mentis affectu alienorum ſequi tenetur, & in Superiorum majorum

possessoribus, ut certa semel soluta pecunia, deinceps ob quævis illata damna a pæna sint immunes, illisque Sacramentalis absolutio deneganda est, nisi hujusmodi contractui, pactioni, & lucro renuntient, ac pro damno dato satisfaciant.

VENERABILI SACERDOTI, PAROCHIALIS ECCLESIÆ *** RECTORI.

Morem in oppido, cujus plebem regis parochiali jure, vigere scribis, ut mulctarum publicarum, sive juris super damnis datis Conductores, cum pecudum, jumentorumque possessoribus conveniant, & paciscantur; ut certa semel soluta pecunia, deinceps, ob quævis damna seu frugibus, seu vineis, aut pascuis alienis illata, sint a pœnis, & mulctis immunes. Rogas, quid de hujusmodi conventione censeam, quam nonnulli casuum arbitri, quorum nominibus prudenter, & ex charitate parcis, licitam esse Parochianis tuis responderunt. Iniquam esse conventionem censeo, in publicum, ac privatum oppidanorum damnum vergentem, divino & humano juri contrariam; occasionem, & auctoritatem præbere pecudum, & jumentorum possessoribus, ut agros, vineas, pascua aliorum impune depopulentur; ac proinde sine lethalis peccati reatu conventionem hujusmodi facere non posse mulctarum conductores; negandam ipsis absolutionem, nisi illam rescindant, & damni dati auctores ad mulctam pro rata damni dati solvendam, pœnasque dandas cogant; ipsique satisfaciant, & restituant pro damni illati quantitate, in principalium auctorum supplementum. Responsionem hanc meam auctoritate Synodi provincialis Beneventanæ XIII. anno 1693 celebratæ, Præside eminentissimo Cardinale Vincentio Maria Ursino Archiepiscopo, & a sacra eminentiss. DD. Cardinalium S. Concilii Tridentini Interpretum Congregatione recognitæ, & approbatæ, roboratam lubentius accipies, & laxioris doctrinæ consultoribus oppones. Sanctæ hujus Synodi, cujus condendis Decretis quatuorde-

cim Episcopi per seipsos, quatuor vero per procuratores, una cum eminentissimo Cardinale Archiepiscopo Præside adfuerunt: definitionem exhibeo tit. 52. *De injuriis, & damno dato*, cap. 1. „ Divino jure (*inquit*) Decretum accipimus: *Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit jumentum suum, ut depascatur aliena; quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea pro damni æstimatione restituet.* Idcirco divino, nedum humano juri rebelles sunt, qui jus super damnis datis in depopulationem agrorum conducentes, quatenus & conducti pretium, & lucrum faciant cum iis, qui animalia cujuscunque generis habent, conveniunt, ut certa soluta pecunia, per annum ob quævis damna, quæ eorum animalia cujusvis, sive ecclesiasticæ, sive laicalis personæ agris, vineis, aliisque bonis dederint, ab omni poena sint immunes; cujus impiæ conventionis causa contingit, ut neque ecclesiastici, quod contra immunitatem, neque Laici, quod contra justitiam est, a susceptis damnis releventur. Has itaque iniquas conventiones sancta Synodus detestans, mandat, ut si qui deinceps in tantum malum inciderint (Quoniam,

Exod. 22. 5. Synodicon Benevent. p. 657. col. 2.

Cap. Si læserit. Ext.

EPISTOLA LXXII.

Solutio quorumdam Casuum circa Usuras.

Alias 70. quæ autem 72. erat, nunc 98.

CLARISSIMO VIRO ***

Opinioni de me tuæ, ac humanitati singulari plurimum debeo; Dubiis circa usuras a te propositis respondeo, ut tibi morem geram.

Quæris primo, an qui bona fide certum iniit contractum, quem credebat esse justum, quia impune, & absque scrupulo fieri videt in provincia, & urbe, in qua degit; qui tamen contractus revera usurarius est ex sententia Doctorum sacræ Facultatis Parisiensis ea de re nuper interrogatorum, mortaliter peccaverit; & ad restituendas usuras illo contractu quæsitas in foro conscientiæ sit compellendus.

Quæris secundo, an mercator, qui nobili viro pecuniam mutuo dederat reddendam certa die, qua non solvit, ab illo exigere potuerit, ut se per instrumentum obligaret ad solvendum alia die, addito quod ipsius mercatoris intererat ratione ejus, quod verisimiliter intra spatium illud lucratus fuisset.

Quæris tertio, an operarius Lugdunensis, qui solebat stamen sericum valoris centum aureorum, trium mensium spatio redigere in fila valoris centum, & quatuor, possit juste vendere alteri, solutionem differre volenti ad annum pretio centum, & duodecim.

Ad primum respondeo, lethaliter non peccasse, qui bona fide contractum illum iniit, si usurarium esse invincibiliter ignoravit, nec de illius injustitia dubitavit. Ignorantia enim invincibilis a peccato excusat; & quamvis usuram esse peccatum nemo ita ignorare possit, cum ipsa naturæ lege cordibus hominum inscripta, & signato super nos vultus Dei lumine deformitas ejus, & malitia facile dignosci possit ab iis, qui ad hanc legem, illudque lumen attendunt, nec tenebris cupiditatis suæ obscuratum habent intellectum; tamen ignorari invincibiliter potest, an hic, vel ille

[redacted]

contractus ſit uſurarius. Verum ſi contrahentis ignorantia inſuperabilis non fuerit, ſed affectata, vel ex ipſius negligentia ortum ducens; ut ſi Paſtores, & Concionatores identidem adverſus hujuſmodi contractus, & pravam conſuetudinem invehebantur, & chriſtianam plebem de illius iniquitate admonebant, & uſurarios eſſe docebant; ſi dubium aliquod, vel ſcrupulum circa hoc paſſus eſt, ſi viros probos ab hujuſmodi contractibus abhorrere vidit, & doctrinam chriſtianam, concioneſque audire neglexit; dubia, ſcrupuloſque inſuper habuit, conſcientiæ ſtimulos repreſſit, peritorum, ac piorum Sacerdotum, ſeu paſtoris ſui conſilium non rogavit; ſed cupiditatem duntaxat ſuam ſequens, & ad ſolam conſuetudinem attendens, contractum iniit ſupradictum, lethalis peccati reus cenſendus eſt, quia *Noluit intelligere, ut bene ageret; aſtitit viæ non bonæ, malitiam non odivit, & non eſt timor Dei ante oculos ejus.* Nec illum excuſat conſuetudo provinciæ, & urbis, in qua degit, cum *abuſiva* ſit, & verius dicenda ſit *corruptela*, per quam naturali juri, cujus tranſgreſſio periculum ſalutis inducit, nullatenus derogari poteſt, cum nec [redacted]

Pſalm. 35.

tenetur, sed solum exstantes a cessatione bonæ fidei. Si vero mala fide, aut non bona fide contraxit, fructusque percepit, fructus omnes restituere tenetur, secundum legem, *Certum.* Cap. *De rei vindicatione*, Glossa cap. *Gravis*, Ext. *De Restitut. spoliatorum*, & Glossa legis, *Possideri*, D. *De acquirenda vel amittenda possessione* §. 22. ad hæc verba; *Ut possideatur aut bona fide, aut non bona fide. Non bona fide* (inquit) *plus importat, quam si diceret mala; nam etiam dubitantem an sit sua vel aliena res, continet, qui nec bonam, nec malam fidem habet.* Addiderim, non bona fide contractum illum inivisse, & illum, qui de illius justitia dubitare merito debuit. Denique si ex fructibus, etiam bona fide perceptis, locupletior evasit, quia vel ex eorum accessione patrimonium illius auctum est, vel minores impensas fecit, quam alias esset facturus, si dictos fructus non percepisset, ad eorum restitutionem tenetur, quamvis bona fide percepti sint, & consumpti. *Jure enim naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletiorem*, ut habet Regula juris.

Ad secundum respondeo, dictum mercatorem exigere potuisse a mutuatario, qui condicta die non solverat, ut se obligaret per chirographum, & instrumentum ad solvendum alia die, addito quod ipsius mercatoris mutuum dantis intererat ratione lucri verisimiliter cessantis, quod cum damno emergente coincidit. Aliæ tamen conditiones concurrant necesse est; ut scilicet pactio, & stipulatio de compensando damno emergente, & lucro cessante, in casum moræ concipiatur, & referatur; nam citra casum moræ adjecta, in fraudem legum adjecta præsumitur, adeoque usuraria secundum jus canonicum, & regias Constitutiones. Requiritur etiam, ut creditor de lucro intercepto moneatur, cum initur mutui contractus, ac eo ipso tempore de eo resarciendo pactio fiat. Desideratur insuper, ut pecunia mutuo data negotiationi exposita sit, aut proxime ad negotiationem destinata, vero, sincero, & efficaci animi pro-

posito, ut ad debitoris preces, ac voluntatem, non ad arbitrium creditoris extrahatur a negotiatione, & in mutuum convertatur; ut nulla alia pecunia supersit apud creditorem, quæ commode, ac sine damno, aut gravi onere in locum ejus, quæ mutuo data est, substitui possit; ut creditor ex humanitate, aut charitate moveatur ad mutuum dandum, non ex cupiditate. Denique requiritur, ut quod interest, ratione lucri cessantis, non ante percipiatur, quam lucrum ex ipsa negotiatione intercepta, deductis periculis, laboribus, & impensis percipiendum fuisset. Unde S. Thomas Secunda secundæ, quæst. 78. art. 2. ad primum: „ „ Ille (*inquit*) qui mutuum dat, potest absque peccato in pactum deducere cum eo, qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid, quod debet habere. Hoc enim non est vendere usum pecuniæ, sed damnum vitare. Recompensationem vero damni, quod consideratur in hoc, quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere; quia non debet vendere id, quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ab habendo „ „. Lucrum igitur cessans non est legitimus titulus accipiendi aliquid ultra sortem.

valenter mutuum est; unde propter eam exigere aliquid ultra sortem, est exigere aliquid ratione mutui, adeoque usuraria hæc pactio est, ut expressè declaratur cap. *In Civitate*, & cap. *Consuluisti*, Ext. *De Usuris*, & docet S. Thomas Secunda secundæ, quæst. 78. art. 2. in responsione ad septimum. „„ Si aliquis (*inquit*) carius velit vendere res suas, quam sit justum pretium, ut de pecunia solvenda emptorem expectet, manifeste usura committitur, quia hujusmodi expectatio pretii solvendi habet rationem mutui. Unde quidquid ultra justum pretium pro hujusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui, quod pertinet ad rationem usuræ „„. Mercator quidem res suas periculo exponit, cum solutionis tempus prorogat, sed tale periculum est mutuo intrinsecum, propter quod nihil ultra sortem exigi possit aut merces majori pretio vendi. Metuit, ne mutuatarius solvendo non sit propter paupertatem, vel debitum fraudet, verum metus ille non est legitima ratio pretium mercium augendi. Mercator certe non vendit invitus; si ergo timet, ne suæ merces tuto non distrahantur, non vendat credito, vel aliam accipiat cautionem. Metum sibi imputet, in quem sponte se immergit. Non tenetur emptor illum tali metu aliter liberare, quam solvendo justum mercis pretium; ideoque solvendo satisfacit. Vale.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXIII.

Ingenua puella, quæ vim passa a juvene subintroducto non clamavit, nec totis viribus restitit, stupri rea censenda est. Alias 104. quæ autem 73 erat, nunc 19.

VENERABILI VIRO***

Ingenuam, ac nobilem puellam, quæ immisso clanculum a corrupta ancilla in cubiculum suum juvene, ejusdem virginis amasio, per vim ab illo stuprata est, ream esse stupri ne dubites, quamvis animo se non consensisse dicat; siquidem nec clamavit, nec to-

ipſi gratulor. & humanitati tuæ gratias ago. Quæris porro, an liceat judici reum inebriare, ut ab eo eliciat confeſſionem criminis, cujus reus graviſſimis indiciis præſumitur, ſed convinci non poteſt defectu teſtium, & quod ſe patraſſe adeo pertinaciter negat, ut qualibet tortura veritatem ab illo elicere deſperet. Conjurationis forte crimen eſt (inquis) forte veneficii; agitur de publica ſalute; arcani revelatio, conſciorumque, maximi ad rempublicam momenti eſt. Si licet medico ægrotum inebriare ad curandam corporis infirmitatem, ut cenſet Cardinalis Cajetanus in ſecunda ſecundæ, quæſt. 101. art 3. in reſponſione ad 3. quia in illo caſu non eſt ebrietas formaliter, ſed materialiter (ut loquitur) cur inquis, non liceat judici inebriare reum, ut arcani revelationem, conſciorumque ab illo extorqueat, cum publicæ ſecuritatis, & ſalutis intereſt? Addis; ſi aquæ potatione reos torquere licet, ut ab eis veritas eruatur, cur non & potatione vini uſque ad ebrietatem? Nam & hæc tortura eſt, tametſi levior, ut canit Poeta:

Horat. lib. 3. Ode 21.

Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro; tu Sapientium

Nec audiendus Cajetanus, qui medico licere scripsit inebriare ægrotum ad ejus infirmitatem curandam. Gal. 5. 20.
Cum enim ebrietatem inter *opera carnis*, *quæ qui agunt, regnum Dei non consequentur*, S. Paulus enumeret, non secus, ac fornicationem, immunditiam, impudicitiam, luxuriam; sicut aliquem ad luxuriam incitare, sive ad fornicationem, aut immunditiam provocare non licet, vel nescientem præ ebrietate, ut illius sanitas, vel publica salus procuretur; ita nec illum inebriare: quod enim subtilis Cajetanus ait hunc non inebriari *formaliter*, sed *materialiter*, non magis probandum mihi videtur quam illa Germani cujusdam distinctiuncula: Ille duntaxat peccati mortalis reus est nimium bibendo, qui formaliter, non qui materialiter ebrius est. Ille materialiter ebrius censetur, qui videns lagenam, existimat esse lucernam; qui vero de errore monitus, pertinaciter contendit, & magna voce dejerat lagenam esse lucernam, is formaliter ebrius est. Non magis probanda Cajetani sententia, quia illam amplexi sunt Marianus Socinus in cap. *Si constiterit*, Ext. *De accusationibus*, (ubi refert Hugonem Bentium insignem Medicum Florentinum frequenti ebrietate filium Bernardi de Uzano a periculoso morbo liberasse:) Silvester Prieras verbo *Ebrietas*, in summa: Toletus libr. 8. *De Instructione Sacerdotum*, Capit. 61. & Fagnanus in cap. *A crapula*, Extr. *De vita*, *&* *honestate Clericorum*, num. 33. Verbo enim Dei, & veræ rationi repugnat hæc sententia, quæ proinde nullo Auctorum numero, vel dignitate prævalere alteri potest, quam tuentur alii cum Angelo de Clavasio in summa, verbo ebrietas. „„ Ille (*inquit*) qui procurat, ut quis inebrietur, communiter mortaliter peccat, sive sequatur ebrietas, sive non, sive sit peccatum mortale in eo, qui inebriatur, sive non; quia consentit in damnum notabile proximi... Utrum propter sanitatem liceat inebriari? Respondeo, quod non sine peccato mortali, tam in operante, quam in patiente scienter. Verum est, quod secundum S. Th. 2. 2. qu. 150. cibus, vel potus, qui esset superfluus sano, & non erit superfluus infirmo;

pu-

puta, quia datur ei cauſa medicinæ ad provocandum vomitum, & ſine peccato; quando talis infirmitas id requirit; ſed non uſque ad ebrietatem „ „.

Præterea, ad veritatem a reo extorquendam non licet uti mediis a jure improbatis; ut colligitur ex can. *Conſuluiſti*, cauſa ſecunda, *qu.* 5. ubi Stephanus Papa reprobans judicium purgationis vulgaris; hæc habet: „ „ Ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confeſſionem extorqueri a quolibet, ſacri non cenſent Canones; & quod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinventione non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro judicare. Occulta vero, & incognita illi ſunt relinquenda. qui ſolus novit corda filiorum hominum „ „. Cum igitur ebrietas lege divina prohibita ſit, eam procurare non licet ad extorquendam a reo veritatem, boni etiam publici cauſa.

Tertio, vel contra reum extant legitima, graviſſimaque indicia, & ſemiplena probatio criminis; vel non extant. Si legitimis indiciis præſumitur reus, & ſemiplena probatio eſt, ad exquirendam veritatem, & criminis confeſſionem, conſciorumque revelationem ab illo extorquendam, adhibenda ſunt media a jure præſcripta, ſcilicet tortura conſueta, & uſitata, non inuſitata, & animam occidens tortura ebrietatis. Si nulla extent indicia, nulla vel ſemiplena (ut vocant) probatio non torquendus, ſed abſolvendus reus eſt.

Quarto, criminis, vel conſciorum revelatio ab ebrio facta, juridica non eſſet, ut colligitur ex cap. *Sane*, & can. 1. *Inebriaverunt*, cauſa 15. quæſt. 1. quod ut vitetur, ſancitum eſt, ut nemo teſtimonium dicat niſi jejunus, cap. 1. Ext. *De teſtibus*. Quod etſi omnino neceſſarium non ſit, nec ſervari ſemper conſueverit, nihilominus oſtendit ebrietatem repugnare functioni teſtis; qui jurisjurandi religione compellendus imprimis eſt ad dicendam veritatem.

Denique, fieri poſſet, ut homo emotæ per ebrieta-

tatem mentis aliquos, uti conscios criminis, nominaret, qui tamen conscii non essent, sed prorsus insontes; igitur confessio, & revelatio ebrietate extorta non solum inutilis, sed multis forte immeritis noxia esset. Hæc ad quæstionem, quam mihi animi gratia te proposuisse nullus dubito, respondisse satis sit. Vale, meque tibi addictissimum dilige.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXV.

Sola charitate corda nostra ab amore creaturarum abstrahuntur, & ad Deum eriguntur. Alias 50. quæ autem 75. erat, nunc 69.

VIRO CLARISSIMO *** DOCTORI SORBONICO.

Anonymi Declamatoris oscitantiam quin miseratus fueris, non dubito, cum in ejus libello legisti propositionis hujusce reprehensionem ex libro 4. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis, &c. *Sola charitate corda nostra ad Deum eriguntur.* Spe (inquit) ad Deum etiam eriguntur corda nostra; accurate ergo, & Theologice non loquitur Alexander, cum id uni charitati tribuit.

Spem hominis animum ad Deum suo modo erigere non diffiteor; verum id imperfecte præstat, nec ab amore creaturæ, in qua finem ultimum constituit peccator, voluntatem ejus abstrahit, si sit informis & charitate destituta; ut ex Concilio Tridentino Sessione 6. *De Justificatione* cap. 6. perspectum, & exploratum est. Hominem peccatorem non solum credere, & sperare in Deum necesse est, sed & Deum *diligere, ut omnis justitiæ fontem*, ut ei justificationis gratia etiam in Sacramento conferatur. Can. 5. Sola charitate corda nostra perfecte ad Deum erigi, ut Sacerdoti canenti, *Sursum corda*, vere respondere possimus, *Habemus ad Dominum*, sanctus Augustinus docet. *Amando Deum ascendis* (inquit) *amando seculum cadis.* Enarr. in Psal. 126. Et Enarratione in Psalmum 85. Versum illum explicans, *Lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi;*

vi; idem confirmat, & inculcat. „ „ Recte (*inquit*) admonet membra ſua, ut ſurſum cor habeant. Audiant ergo, & faciant; levent ad illum, quod male eſt in terra. Ibi enim non putreſcit cor, ſi levetur ad Deum. Frumentum ſi haberes in inferioribus, ne putreſceret, levares ad ſuperiora. Frumento mutares locum, & cor permittis in terra putreſcere. Frumentum levares in ſuperiora, cor leva in cœlum. Et, unde (inquis) poſſum? Qui funes, quæ machinæ, quæ ſcalæ opus ſunt? Gradus, affectus ſunt; iter tuum, voluntas tua eſt. Amando aſcendis; negligendo deſcendis, ſtans in terra in cœlo es, ſi diligas Deum. Non enim ſic levatur cor, quomodo levatur corpus. Corpus, ut levetur, locum mutat; cor ut levetur, voluntatem mutat „ „. Voluntatem porro adhærentem creaturæ, in eaque velut in ultimo fine conquieſcentem, abſque charitate mutari non poſſe, certiſſimum eſt. Amor enim creaturæ ſolo Dei amore dominante expellitur. *Rationalis animus, qui ſine dilectione eſſe non poteſt* (inquit S. Leo) *aut Dei amator eſt, aut mundi. In dilectione autem mundi cuncta ſunt noxia.* Vale, Vir clariſſime, Deumque pro nobis ora ad Altare ſanctum, ut

Serm. 8. de jejunio ſeptimi menſis.

Virginem hunc in modum quotidie salutat: *Spes nostra, salve.*

Fidelibus exponere hujus Salutationis, similiumque precandi formularum sensum operæ pretium est, ne in errorem inducantur, & ne vera devotio in superstitionem degeneret. Figurata locutione beatam Virginem *Spem nostram*, quemadmodum & *Vitam nostram* appellamus, quod Christum Deum, Dominum, ac Salvatorem nostrum peperit, in quem speramus, & qui vitæ, & omnium bonorum nobis auctor est. Sanctissimam Virginem spem nostram appellamus, quod ejus intercessione gratias, & beneficia a Deo nos impetraturos speremus, & confidamus. Horum scilicet unus ille auctor est, ac supremus dispensator. *Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Jacob. 1. 17. Deus gratiarum omnium, ac bonorum fons est, beata Virgo aquæductus. Nihil illa potest per seipsam; sed plus cæteris Sanctis potest per Christi merita, ex quibus vim omnem suam ejus intercessio derivat. Omnes suas gratias, privilegia, auctoritatem, Dei misericordiæ debet, qui ipsam ab æterno prædestinavit, ut Filii sui unigeniti Mater esset. Respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ, & fecit illi magna, qui potens est. Cœlestis illa sponsa est, quæ ascendit per desertum deliciis affluens, *innixa super dilectum suum.* Cant. 8. 5. Mediatrix nostra est, & quidem potentissima, apud Christum summum nostrum Mediatorem, Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum, qui propitiatio est pro peccatis nostris. Advocatam habemus apud Christum beatam Virginem ejus matrem, quæ materna pietate, & charitate pro nobis intercedit. Non enim solius Christi mater est, sed & nostra. „„ Illa una femina, non solum spiritu, verum etiam corpore & Mater est, & Virgo. Et mater quidem spiritu non capitis nostri, quod est ipse Salvator; ex quo magis illa spiritaliter nata est; quia omnes, qui in eum crediderint, in quibus & ipsa

ipsa est; recte filii sponsi appellantur; sed plane mater membrorum ejus, quod nos sumus; quia cooperata est charitate, ut fideles in Ecclesia nascerentur, quæ illius capitis membra sunt „ „ (*ait S. August.* lib. *de Sancta Virginitate*, cap. 6.)

Utilissimum igitur nobis est, sanctissimam Virginem Mariam in omnibus necessitatibus nostris, ac periculis invocare. Illam, cultu singulari, eximio, & supereminente præ Sanctis omnibus colere debemus propter incomparabilem ejus excellentiam, & Matris Dei dignitatem, sed illi sacrificium offerre, nec debemus, nec possumus, quamvis memoriam ipsius imprimis veneremur in sacrificio pretii nostri. *Communicantes, & memoriam venerantes imprimis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genetricis Dei, & Domini nostri Jesu Christi.* Illud S. Epiphanii contra Collyridianos hæreticos docemus, & usurpamus: *Maria in honore sit, Dominus adoretur.* Quemadmodum vero ipsam adorare non possumus ea adoratione, quæ latria vocatur ecclesiastico loquendi more, quæ est soli Deo debita servitus; ita nec in eam sperare. Credimus beatam Mariam Virginem esse gratia plenam, sacrarium in-

[redacted]

[redacted]

Hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ (inquit S. Bernardus.) Cum Virginem sanctissimam invocamus spem nostram, Deum inter, & excellentissimam illam creaturam, quam dignam fecit, quæ Filii sui mater esset, non dividimus, quasi partim a Deo, partim a Maria salutis nostræ bona expectemus; sed Mariæ Virginis Deiparæ intercessio scala est, & gradus, quo spes nostræ ad Deum evehuntur. Eo sensu beata Virgo Maria *Spes nostra* ab Ecclesia appellatur, & salutatur.

Nihil novi ex Epistola mea disces, Vir clarissime, neque eo animo ad te scribo; sed ut noveris, quid Anonymus Declamator adversus Theologiam nostram Dogmaticam, & Moralem objiciat; si forte libellus ejus in manus tuas non pervenerit. Vale, & a Deo per Deiparæ Virginis intercessionem potentissimam, veritatis, & sanæ Moralis Jesu Christi, constanti animo propugnandæ gratiam nobis ad Altare sanctum adprecare.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXVII.

Divini amoris actus, quam frequentissimos possumus, exercere debemus.

CLARISSIMO VIRO *** DOCTORI SORBONICO.

Grassari pergit in dies prava doctrina, quæ primum, & maximum christianæ legis de diligendo Deo mandatum extenuare, & ad nihil pene redigere conatur. Hujus fuligine intinctum se prodidit Anonymus Scriptor, qui male conceptas difficultates adversus Theologiam nostram Dogmaticam, & Moralem illustrissimo Archiepiscopo Rothomagensi edito libello proposuit. Hanc scilicet Regulam impugnat a me positam libro 4. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis, in explicatione primi præcepti Decalogi, in edit. nost. Tomo 8. cap. 3. art. 10. Reg. 4. *Divini amoris actum, non semel tantum in vi-*

(Alias 51. quæ autem 77. erat, nunc 99.)

ta, neque tunc ſolum, cum debet juſtificari, ſed ſæpius, imo quam frequentiſſime poteſt, homo exercere tenetur. Hinc ſequi objicit Anonymus ille, præceptum amoris Dei obligare ſemper, & pro ſemper; ſicque chriſtianum hominem, qui unius horæ ſpatio viginti actus amoris divini producere poteſt, mortalis peccati reum eſſe, ſi novemdecim tantum eliciat.

Verum id mihi perperam objicit. Neque enim mandatum dilectionis Dei obligare ſemper, & pro ſemper (ut Scholaſtici loquuntur) aſſerui, vel ſcripſi; neque lethalis peccati reos eſſe homines quotieſcunque divini amoris actum omittunt, cum elicere poſſint, ſed iis ſolum, quibus tenentur determinatis temporibus. Si cui homini plurimum obſtricti ſimus, eique amorem noſtrum, & obſequia devoverimus; omnem illi, quam poſſumus, aſſiduitatem, omnia, quæ valemus, officia exhibere debemus occaſione data; id obſervantia, & grata animi virtus exigunt; nec tamen illum graviter offendimus, quoties illi hæc officia exhibere negligimus, etiamſi poſſimus, niſi in magni momenti rebus, & præcipuis occaſionibus, in quibus amicitia probanda, &

[redacted]

te, & amoris Domini fervorem imminuente liberati, sine cessatione Deum amant. Sed tamen amor ille perfectus nobis præcipitur, ut S. August. docet libro *De Perfectione justitiæ*, cap. 8. „ „ Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus (*inquit*) id est, quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quo perfecte adhuc currimus; ut cum venerit, quod perfectum est, quod ex parte est, destruatur; id est, non jam ex parte sit, sed ex toto; quia fidei, & spei jam res ipsa, non quæ credatur, & speretur, sed quæ videatur, teneaturque, succedet; Charitas autem, quæ in his tribus major est, non auferetur, sed augebitur, & implebitur, contemplata, quod credebat, & quod sperabat adepta. In qua plenitudine charitatis præceptum illud implebitur; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, quod vel continendo frænetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Tunc erit justus sine ullo omnino peccato, quando nulla lex erit in membris ejus repugnans legi mentis ejus, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget Deum, quod est primum, summumque præceptum. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si, quo currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Sic ergo curramus, ut comprehendamus. Omnes enim, qui recte currunt, comprehendent; non sicut in agone theatrico, omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam. Curramus credendo, sperando, desiderando; curramus corpus castigando, & eleemosynas in bonis dandis, malisque ignoscendis, hilariter, & ex corde faciendo, & currentium vires ut adjuventur orando; & sic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis „ „. Quis sine temeritate dixerit,

hanc doctrinam ad deſperationem adigere? Quis dixerit, ad praxim redigi non poſſe? Quis nimium ſeveram eſſe juſte quæratur? Quid facilius, quam diligere Deum, cujus infinitæ bonitatis, & pulchritudinis illecebræ; qui gratias ad ſe diligendum neceſſarias nobis affatim ſubminiſtrat? Quid ſuavius, quam amare Deum ſupra modum amabilem, qui delicias incredibiles in animos ipſum diligentium diffundit? Jugum ejus ſuave eſt, & onus ejus leve, *Non ſarcina onerati* (inquit S. Auguſtinus) *ſed alæ volaturi*. Si nihil amantibus difficile eſt, amor Dei difficilis videri non poteſt niſi illis hominibus, qui felici experimento non didicerunt, quid ſit Deum diligere. Si divini amoris actus, quam frequentiſſimos poſſumus, non elicimus, ingemiſcere debemus, quod Deum noſtrum, ut par eſt, non amemus. Ingredi oportet in cor ſacrum Jeſu Chriſti, ut cor noſtrum igne illo divino accendatur, quem venit mittere in terram, & quo nos ardere vult, ac jubet. Ita fiet, ut in amore Dei proficiamus. „ „ Proinde (*inquit S. Auguſtinus libro de Spiritu, & litera, cap. 36.*) hoc primum præceptum juſtitiæ, quo jubemur diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex [redacted]

stis diebus intersunt, luculenter probavi libro 4. Theologiæ nostræ Dogmaticæ, & Moralis, in edit. nost. Tomo 8. cap. 5. art. 6. Regula 9. Adversus hanc Regulam inutiliter declamat Anonymus auctor scrupulorum illustrissimo Archiepiscopo Rothomagensi propositorum. Quærit imprimis, cur fideles, qui Sacrificio Missæ cum peccati lethalis affectu profestis diebus intersunt, novum peccatum non committant; siquidem non minus offerunt Sacrificium cum Sacerdote illis diebus, nec minus pro ipsis offertur, quam diebus Dominicis, & festis.

Peccant proculdubio, qui Missam audiunt cum peccati lethalis affectu quavis die; sed gravius peccant, qui Dominicis, & festis diebus, ratione præcepti, qui sacros illos dies, seque ipsos in illis sanctificare tenentur, & in Deo quiescere; quod illi certe non præstant, qui peccati mortalis affectum non deponunt. Deum sine attentione orare, peccatum est. Quamobrem & laicus, qui Breviarium ex laudabili consuetudine recitat, coram Deo reus est, si sit voluntarie distractus; non tamen lethalis peccati reus est, quia non obligatur ad recitationem Breviarii. Sed Clericus in majoribus Ordinibus constitutus, vel beneficiatus, lethaliter peccat, si partem notabilem officii divini sine attentione recitet, quia ad ejus recitationem Ecclesiæ præcepto adstrictus est. Idem ferendum est judicium de auditione Missæ cum peccati lethalis affectu. Peccant, qui cum dispositione tam prava Missam audiunt & profestis diebus, sed gravius peccant, qui sic illam audiunt diebus Dominicis, & festis, quibus auditio Sacri ab Ecclesia præcepta est.

Si res ita se habet (inquit Anonymus) ab auditione Missæ diebus Dominicis, & festis prohibendi sunt, quicunque in peccati mortalis affectu perseverant; imo die Paschatis ejiciendi sunt ab Ecclesia, quicunque Absolutione, & communione indigni judicantur a Sacerdote, apud quem peccata sua deposuerunt.

Inepta illatio, imo adhortari eos oportet, ut peccati deponant affectum, & Missam recte, ac pie audiant; in-

gemiscant coram Deo, peccatum ex animo detestentur, vitæ emendationem sincera voluntate spondeant, amore pœnitente ad Deum convertantur, ejus misericordiam per Jesum Christum Filium ejus in cruce, & in Altari pro salute sua immolatum implorent, cum Publicano pœnitente clamantes: *Deus propitius esto mihi peccatori.* Se indignos existiment, non solum qui ad sacram Mensam accedant, sed qui divinorum celebrationi Mysteriorum intersint. Ita fiet, ut *Sacrificium propitiatorium* Corporis & Sanguinis Jesu Christi illis applicetur *cujus oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ illis concedet, & peccata etiam ingentia dimittet*; ut loquitur sacra Synodus Tridentina.

Graviter peccare non dixi qui cum lethalis peccati affectu Missam audit Dominicis, Festisque diebus, propterea quod Missam audiat; sed quod non audiat *ut oportet*; quod religionis actum præcipuum irreligiose exerceat; quod oculos habens plenos adulterii, & incessabilis delicti, vel animum ira, odio, ultionisve libidine adversus proximum flagrantem, ambitionis, avaritiæ, vel invidiæ fluctibus æstuantem, criminosis cogitationibus, desideriis, & mediis explendi pravas

Sacrificio attento, & pœnitenti animo interesse necesse est. Nec tamen præceptum non impleri ab eo dixerim, qui cum peccati mortalis affectu Dominicis, ac festis diebus Missam audit. Impletur exterius, & secundum literam; non impletur secundum spiritum; non impletur *ut oportet*; ut Deus & Ecclesia volunt; ut opus est ad fructum spiritualem ex sacrificio propitiatorio percipiendum; Deus enim veniam impœnitentibus non tribuit.

Inaniter vero objicit Anonymus, ex propositione nostra sequi tot novorum peccatorum esse reos homines, qui in peccati mortalis affectu perseverant, quot Missæ toto orbe christiano celebrantur; quia nulla est, ad quam relationem non habeant offerentes pro modo suo, atque victimarum; sive vigilent, sive dormiant, & quidquid agant, etiamsi actu crimina perpetrent morte digna, regnumque Dei claudentia.

Error quippe damnandus est, asserere, quod Anonymus ille propugnat; Christianos omnes, quocunque sint in statu; quidquid agant, sive Deum laudent, sive mortaliter peccent, sive vigilent, sive dormiant, etiam cum meretricibus, & concubinis, sacrosanctum Missæ sacrificium cum Sacerdotibus omnibus ubique celebrantibus offerre, idemque pro illis ubique offerri; ita ut illius vere sint participes. Illud nempe figmentum sacra Synodus Tridentina refellit sess. 22. cap. 2. docens; „„ Sacrificium illud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reverentia, contriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus enim oblatione placatus Dominus, gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit „„.

Doctrina nostra circa hoc Moralis christianæ caput perperam accusatur novitatis, cum in Scriptura sacra fundata sit, & a viris eruditis ante nos propugnata, scilicet a reverendissimo, & religiosissimo D. Joanne Castoriensi Episcopo in *Amore pœnitente*; ab auctore exi- | Amor pœnitens, l. 2. c. 33. §. Morale Chretienne sur le Pater

l. 3. art. 4. Sect. 1. Conferences de la Rochelle, ch. 5. & suivans.

mii Operis, quod inscribitur, *Moralis christiana in orationem Dominicam*, ab Episcopis quinque, & septem sacræ Facultatis Parisiensis Doctoribus approbati, atque ab erudito, & pio Cardinale Joanne Bona commendati. Hæc Ruppellensis Ecclesiæ doctrina est in collationibus diœcesanis tradita, & firmata. Hanc plurimi Præsules, & Doctores, ut saniorem, & tutiorem propugnant, ac in suis Diœcesibus doceri jubent, ac prædicari. Non minor certe dispositio, ac animi puritas necessaria est ad Missam recte audiendam, quam ad orationis Dominicæ recitationem; at novi peccati fit reus, qui Dominicam orationem recitat in peccati mortalis affectu, judice Bellarmino Cardinale; multo magis ergo novi peccati reus evadit, qui in peccati lethalis affectu Missam audit. Docti, piique Cardinalis verba subjicio libro primo, *De bonis operibus*, cap. 6. „„ An, qui ex animo remittit injurias, & tamen in aliquo alio peccato voluntarie perseverat, possit hac ratione aliquid impetrare? *Respondet*: Si non cupit gratiam conversionis, nec ex animo illam petit, sed vel orat solis labiis, & consuetudine, vel, quod gravius est, ut videatur ab hominibus, non solum nihil impetrat, sed etiam

[redacted]

quam fratri debemus; nonne multo magis necessarium est ad Deo sacrificandum, ut priusquam cum Sacerdote pro modo nostro Christum Jesum, & nos per illum Deo in Missa offeramus, ipsum Deum offensum placare studeamus, reddentes quem ei debemus honorem, vel certe eum reddere conati.

Quod hanc doctrinam Jansenianam vocet Anonymus auctor, Decreta sanctissimi Pontificis Innocentii XII. non veritus, non miror. Istud scilicet ei commune est cum importunis illis, ac malevolis hominibus, quos illustrissimus Clerus gallicanus anno 1700. initio Censuræ suæ ait, viris bonis, doctisque, & ecclesiasticæ rei studiosis, vagam, & invidiosam Jansenismi accusationem inferre, eo quoque nomine, quod morum corruptelas acriter insectentur. Quamvis ergo quinque Jansenii Yprensis Episcopi famosas propositiones a Sede apostolica damnatas, necnon Michaelis Baji confixos etiam ab eadem sancta Sede articulos in Theologia nostra Dogmatica, & Morali passim refellamus, ac damnemus; quamvis formulæ ab Alexandro VII. hac in causa præscriptæ humili, ac obedienti animo subscripserimus; quamvis lethalis pertinaciæ reos pronuntiare non dubitemus, qui huic Formulæ subscribere renuunt, ut Dogmatibus fidem, factis reverentiam simpliciter, & absolute profiteantur, volentes nolentes Janseniani erimus, si Anonymo ejusque Summistis placuerit, quia purioris, ac severioris Moralis sectatores sumus, ac vindices. Sed confusos illos inimicorum veritatis, & sanioris doctrinæ morum clamores, & strepitus non curamus. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Sic Sabellianum Athanasium Ariani, Apollinaristam Cyrillum Alexandrinum Nestoriani, Manichæum Augustinum Pelagiani, eumdem sanctissimum Doctorem in controversiis de gratia, & Prædestinatione aberrasse Semipelagiani conclamabant. Feliciorem hoc in mundo sortem nostram fore frustra speraremus; quamdiu victricem, & per se efficacem Christi gratiam, sanamque Moralem propugnabimus, quod eo adjuvante

sem-

ſemper præſtabimus. Vale, mihique cœleſte lumen, & animum ad veritatem conſtanter defendendam a Deo adprecare.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA LXXIX.

Alias 63. quæ autem 79. erat, nunc 101.

Solutio caſuum quorumdam circa Juramentum, & Perjurium, ac Reſtrictiones mentales.

PIISSIMO SACERDOTI D...N.

Tuis de juramento interrogationibus ſtrictim reſpondeo, juramentum omne, quo mendacium officioſum, vel jocoſum confirmatur, perjurium eſſe, adeoque lethale peccatum, cujus malitiam nec metus mortis excuſat. Unde Canone *Si quis*, cauſa 22. quæſt. 9. dicitur: *Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet cauſa, vel neceſſitate perjurat; quia plus corpus quam animam dilexit, tres Quadrageſimas pœniteat.* Atrociſſima ſane divinæ veritati fit injuria, cum Deus mendacii teſtis appellatur. Nulla autem reſtrictio mentalis, vel ſubauditio prohibet, quin verba mendacia ſint, quæ ſignificant contrarium ejus, quod mente ge-

1. Hominem de re quapiam interrogatum, quam sub arcani fide accepit, sive didicit, non posse absque mortali peccato jurare se nescire, subaudiendo intra se, nescio, ut revelem. Sed tamen mors potius oppetenda est, quam sacrum reveletur arcanum aut secretum Regis, vel reipublicæ, vel cujusvis privati in grave ejus damnum, cum absque publicæ rei detrimento, fides privato data servari potest. Si quis casus contingat, ex quo se difficile extricare possit ille, cui reipublicæ, vel Regis, seu Principis, aut Domini sui arcanum commissum est, nisi aut juret se rem nescire, de qua interrogatur, & jurare compellitur, aut mortem subeat; nec arcanum Principis revelare, nec jurare cum restrictione mentali, & verbis æquivocis potest, quamvis morte sit afficiendus. In his igitur angustiis dicendum: *Nec prodam, nec mentiar.* Imitanda Firmi Thagastensis in Africa Ecclesiæ quondam Episcopi constantia, quam S. Augustinus lib. *De Mendacio*, cap. 12. commendat. „ Cum ab eo quæreretur homo jussu Imperatoris per apparitores ab eo missos, „ quem ad se confugientem diligentia quanta poterat „ occultabat; respondit quærentibus, nec mentiri se „ posse, nec hominem prodere, passusque tam multa „ tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores christiani) permansit in sententia. Deinde ad „ Imperatorem ductus, usque adeo mirabilis apparuit, „ ut ipsi homini, quem servabat, indulgentiam sine „ ulla difficultate impetraret.

2. Illum, cui per injuriam extorquetur jurata promissio de solvenda pecuniæ summa, jurare non posse absque peccato mortali, se soluturum (quamvis non solvendi propositum habeat) subaudiendo hanc conditionem in mente retentam, si debuero.

3. Eum, qui cogitur aliquam ducere uxorem, quam tuta conscientia ducere non potest, jurare non posse sine mortali peccato, se illam accepturum, intelligendo intra se, si tuta conscientia possim; vel cum eam ducere liceat, jurare non posse illam se ducturum, intelligendo, si mihi placuerit.

4. Mu-

dum ob importunas petitiones. Inanis hæc excusatio est. Si enim revera sunt impeditæ, aut non recte valeant, id significari curent adeuntibus. Si non sint legitime impeditæ, visitationes, quæ sunt onerí, ac fastidio potius admittant, quam mentiantur, aut famulis mendacium imperent. Honestatis, & societatis *morale debitum* est, ut veritas proximo dicatur (inquit S. Thomas.) Renuntiant igitur aliquo modo honestati, & societati, qui æquivocationum artem exercent, vel docent ac propugnant. Hanc Moralis christianæ Regulam si difficilem in praxi dixerint, falluntur; non enim difficilis est veritatem, quæ Deus est, diligentibus: imo difficilius est mentiri, quam dicere simpliciter veritatem, S. Gregorio teste, Par. 3. Pastoralis, cap. 12. „ „ Nil autem est ad defendendum puritate tutius, nil ad dicendum veritate facilius. Nam dum fallaciam suam tueri conantur, duro labore fatigantur. Hinc namque scri-
Psalm. 139. ptum est: *Labor labiorum ipsorum operiet eos.* Qui enim nunc implet, tunc operiet; quia cujus nunc animum per blandam inquietudinem exerit, tunc per asperam retributionem premit. Hinc per Jeremiam

iniquitatem. In omni enim opere malo labor eſt, & omne opus malum cogitatum mendacium ducem habet; non enim eſt veritas niſi in opere bono. Et propterea, quia omnes laborant in mendacio, veritas quid clamavit? *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Ipſa eſt vox clamans ad laborantes, & in alio Pſalmo: *Filii hominum uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Aperte autem alio loco labor eſt in mendacio: *Docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, ut inique agerent laboraverunt „ „.* Vale, meque Salvatori noſtro, qui via, veritas, & vita eſt in vero ſacrificio Corporis, & Sanguinis ejus ad ſanctum Altare commenda.

Matth. 11.

Pſal. 4. 3.

Jerem. 9.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA LXXX.

Parentes, qui ſecundo nupſerunt, ſortem filiorum ex ſecundo thoro ſuſceptorum meliorem facere tuta conſcientia non poſſunt, quam genitorum ex priore matrimonio.

Alias 113. quæ autem 80. erat, nunc 24.

DILECTISSIMO IN CHRISTO FRATRI ***.

Graviter peccare parentes, qui ob ſecundarum nuptiarum ſocietatem, filiorum ex primo thoro ſuſceptorum educationem negligunt, probatum habes libro 4. Theologiæ noſtræ Dogmaticæ, & Moralis in edit. noſt. Tomo. 9. cap. 1. art. 3. Regula 11. His, quæ ibi ſcripſi, hæc addi velim.

Secundum juris civilis præſcripta, nec pater, nec mater qui, vel quæ liberos habens ex priore conjugio, ad ſecundas nuptias convolaverit, ullo modo poteſt in gratiam filiorum, qui nati ſunt ex poſteriore matrimonio, quidquam amplius elargiri, ſive per donationem, aut aliam inter vivos diſpoſitionem; ſive teſtamento, codicillo, aut quavis ultimæ voluntatis diſpoſitione amplius dare, vel relinquere, quam datum, vel relictum ab illo fuerit uni ex prioris conjugii liberis, cui quam minimum præ reliquis fratribus datum fuerit,

Lib. 5. Cod. Juſt. tit. 9. aut relictum. Ita ſancitum eſt L. *Hac editali*, *C. de ſecundis nuptiis*. Quæ tamen lex cum hac exceptione intelligenda eſt, modo jura legitimarum integra ſerventur poſterioris conjugii liberis, ſi forte minimum anterioris matrimonii filio relictum debitam ſecundi thori filio legitimam non adæquaret. Parentibus enim liberum arbitrium de bonis ſuis inter liberos dividendi eatenus ſervatur, dum legitima ſingulis integra relinquatur. (L. *Parentibus*, Cod. *De inofficioſo teſtamento.*) Lib. 5. Cod. Juſt. tit. 28. Idem in Gallia edixit Franciſcus I. edita Conſt. anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, ut ſcilicet viduæ ad ſecundas nuptias tranſgreſſæ nullatenus poſſint de bonis ex prioris mariti liberalitate acquiſitis diſponere, niſi in gratiam filiorum ex priore matrimonio ſuperſtitum. De reliquis porro, & aliunde quæſitis bonis, ne largius diſponere eis liceat in favorem ſive ultimi mariti, ſive liberorum ex ultimis nuptiis, quam relictum fuerit uni liberorum ex priore matrimonio genitorum, cui minimum attributum fuerit. Quod ſi major pars liberis poſterioris matrimonii obtigerit, quod ſupereſt dividatur ad præſcriptum Romanarum, & gallicanarum legum. Vale, dilectiſſime in Chriſto

tyris præclaro testimonio, Apologia secunda. „„ Putate (*inquit*) hæc propter vestram utilitatem dici, quandoquidem nobis in promptu est negare, dum examinamur; nolumus tueri vitam mendacio. Cum enim æternæ, puræque vitæ desiderio teneamur, damus operam, ut cum Deo cunctorum patre, ac opifice degamus; & confitemur libenter, certo persuasi fore voti compotes, qui factis declararint se Dei sequaces, & cupere cum Deo degere illic, ubi nulla sentitur peccati rebellio. Ita factum est, ut qui prius (*scilicet ante Christi adventum*) in nos grassabamur mutuis cædibus, nunc emori malimus propter Christi confessionem, quam aut mentiri, aut inquisitores fallere; alioquin in promptu erat usurpare illud vulgatum: Jurata lingua est, animus injuratus est „„.

Adde egregium S. Clementis Alexandrini locum libro 7. *Stromatum* de viro in christiana religione recte instituto, & secundum Dei legem vivente, quem Gnosticum vocat. „„ Cum ergo (*inquit*) sit ei semper persuasum Deum esse ubique, & erubescat non verum dicere, & falsum dicere cognoscat se esse indignum; divina & sui ipsius contentus est conscientia; ideo non mentitur, neque præter pacta conventa facit aliquid; neque jurat, nisi exigatur; neque unquam negat, ne falsum dicat, etiamsi moriatur in tormentis... Is est ejusmodi, ut a timore non redigatur in servitutem; verus in sermone, tolerans in labore, nec in ea, quæ profertur, oratione volens unquam mentiens, & in ea se semper ita gerens, ut non peccet; quandoquidem ipsum mendacium, ut quod cum aliquo dolo dictum sit, non est sermo otiosus, sed exercetur ad vitium... Undique ergo veritati testimonium fert is solus, qui est cognitione præditus, & facto, & oratione; semper enim in omnibus se recte gerit, & in sermone, & in actione, & in ipsa cogitatione. Hæc est Christiani pietas, & religio „„. Videant æquivocationum, & restrictionum mentalium Patroni, qua ratione eorum opinio cum antiqua illa traditione convenire possit. Vale.

Frater amantissime, Deumque veritatis pro me orare ne quæso remittas.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXXII.

Alias 98. quæ autem 82. erat, nunc 51.

Temerarii juramenti rei sunt, qui passim, & sine causâ per fidem suam jurant.

AMANTISSIMO FRATRI ∗∗∗.

Temerarii juramenti reum esse quisquis per fidem suam passim, & sine causa jurat, vel non necessaria, probatum habes lib. 4. *Theologiæ* nostræ *Dogmaticæ, & Moralis*; in edit. nost. Tomo 8. cap. 4. art. 3. reg. 30. Id confirmare potes præclarò testimonio Ferrandi Carthaginensis Diaconi in Parænetico ad Reginum comitem scribentis: ,, Nolite ait in Evangelio jurare, neque per cœlum, neque per terram: *Sit autem sermo vester, Est, est; Non, non.* Quæ utique quisquis operatur, imitator existit ipsius Filii Dei, de quo beatus ita loquitur Paulus: *Non est in illo Est & non; sed, Est in illo fuit semper*, immutabilis quippe est, sicut verus Deus, & cum Patre, & Spiritu san-

Matth. 5.

utilitatibus temporalibus, & tunc rite inveniemur humanis divina præponere „ „. Vale, dilecte Frater, meique tuis in orationibus memor esto.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXXIII.

Qui juravit aliquid iratus, quo Deus possit offendi, juramentum servare non tenetur. Alias 99. quæ autem 83. erat, nunc 27.

AMANTISSIMO FRATRI ***

Servanda non esse juramenta, quæ vergunt in pejorem exitum, abunde probatum habes lib. 4. *Theologiæ* nostræ *Dogmaticæ*, *&* *Moralis*, in edit. nost. Tomo 8. cap. 4. art. 3. Reg. 8. ad cujus confirmationem addere potest Ferrandi Carthaginensis Diaconi testimonium ad Reginum comitem scribentis: „ „ Una plane causa solvendæ jurationis existit, si aliquid iratus juraveris, unde possis Deum, per quem juras, offendere, V. gr. si pro delinquentibus nunquam posse satisfieri tibi terribiliter jures; si interitum civitati, vel populo jurans mineris; si penitus in Ecclesia non orandum, vel alia, quæ divinus timor prohibet, humanæ tentationis ad præsens victus infirmitate, juraveris exequenda; tunc plane non est perficienda juratio: quia non ibi divinis humana præponis, sed divina potius contemplaris, ut magis sic te jurasse pœniteat; dum complere, quod juraveris, pudet „ „. Vale, meque diligentem dilige, & Deo me tuis in orationibus commenda.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXXIV.

Lethalis peccati reus est Christianus, qui de fide sua a potestate publica interrogatus tacet. Alias 199. quæ autem 84. erat, nunc 28.

Inter alios recentiorum Casuistarum errores merito damnatam ab Innoc. XI. sanctæ memoriæ Pontifice maximo hanc propositionem: *Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei*

EPISTOLA LXXXVI.

lias 102. uæ autem 6. erat., unc 53.

Consuetudines inutiles, & superfluæ, imo etiam pravæ, & vitiosæ, quo modo sint abolendæ.

AMANTISSIMO FRATRI ***

Consuetudines inutiles, & superfluas, multo magis pravas, & vitiosas resecandas esse, ubi facultas tribuitur, ex S. August. docui libro 4. *Theologiæ* nostræ *Dogmaticæ*, & *Moralis*, in edit. nost. Tomo 8. cap. 1. art. 3. Regula 36. cujus ad majorem explicationem addendum est: Hujusmodi consuetudines adhortatione potius, quam imperio, monitionibus potius, quam minis abolendas videri. Prudentia, & mansuetudine singulari tractandi sunt plebis animi; captandæ sunt occasiones, quibus utilis esse possit admonitio, & correptio; integræ denique vitæ, & eminentis virtutis esse debet, qui opus illud aggreditur. Hanc agendi rationem præscribit S. August. Ep. 22. alias 64. ad Aurelium Carthaginensem Episcopum, de comessationibus in memoriis Martyrum per Africam specie religionis frequentari solitis. „ „. Non aspere (*inquit*) quantum existimo, non duriter, non modo

Parmeniani, cap. 2. docet, quomodo, & quando corripienda sit multitudo vitiis, & pravis consuetudinibus implicita. „„ Turba autem iniquorum (*inquit*) cum facultas est in populis promendi sermonem, generali objurgatione ferienda est, & maxime si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod Domini flagellum desuper, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. Tunc enim aures humiles præbet emendatorio sermoni calamitas auditorum, faciliusque in gemitum confitendi, quam in murmura resistendi afflicta corda compellit... Quamquam etsi nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo; nam sicut separata sævire, sic in ipsa congregatione objurgata gemere consuevit „„.

Hæ christianæ, Pastoralisque prudentiæ leges iis, qui Ecclesiæ præsunt, animasque regunt, observandæ. Vale, meque diligentem diligas, & Dei misericordiæ commendes.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXXVII.

An bonorum temporalium invasorem, & raptorem occidere liceat.

Alias 105. quæ autem 87. erat, nunc 56.

ILLUSTRISSIMO ABBATI ***

Risum, ut opinor, vix potuisti continere, cum ab Anonymo, qui adversus censuram, & declarationem Cleri gallicani famosum libellum emisit in lucem, me trahi vidisti in patrocinium damnatæ Propositionis trigesimæ sextæ de homicidio. Citat ille librum 4. Theologiæ meæ Dogmaticæ, & Moralis cap. 7. art. 1. Propositione sexta, Tom. 10. pag. 159. edit. 1. Paris. in edit. autem nost. Tomo 9. cap. 2. pag. 121. Propositio (inquit) a Clero gallicano damnata, est ipsius Alexandri, asserentis magni momenti bona temporalia defendi posse occisione invasoris, seu furis, aut raptoris. Non dubito, Abbas illustrissime, quin discrimen Propositionis damnatæ a Propositione mea pri-

primo ſtatim intuitu animadverteris. Bona temporalia, *quorum jactura eſſet damnum graviſſimum, licitum eſſe defenſione occiſiva defendere*, ajunt damnatæ Propoſitionis auctores; non definiunt, quantum ſit damnum illud, aut quantum eſſe debeat, ut *graviſſimum* cenſeatur. *Unius aurei* jacturam graviſſimam eſſe, pro unius aurei conſervatione regulariter occidi poſſe furem, cenſent neoterici illi chriſtianæ Moralis corruptores. Ego vero, quæ magni momenti bona cenſeri debeant, explico, ea ſcilicet, *ex quibus vitæ ſtatuſque conſervatio, & ſuſtentatio pendet*. 2. Damnatæ Propoſitionis auctores nullam conditionem exigunt, ut bona temporalia defendi poſſint *defenſione occiſiva* (ut loquuntur.) Ego vero duplicem conditionem eſſe neceſſariam propugno. 1. Ut hujuſmodi bona *aliter defendi, vel recuperari non poſſint*. 2. Ut *ſervato moderamine inculpatæ tutelæ*, raptor, vel aggreſſor occidatur. De quo moderamine, ne ullum quidem verbum habet propoſitio damnata. Ibi porro explico, in quo poſita ſit moderatio inculpatæ tutelæ neceſſario ſervanda, ſcilicet Ut *mors furis, aut raptoris non intendatur, quod fieret ultionis libidine, ſed*

Ex his probe intellexisti, Abbas illustrissime, propositionem meam a propositione damnata, ut lucem a tenebris differre. Quod ut aliis, quibuscum hanc forte communicabis Epistolam, primo statim intuitu innotescat, utramque subjicio.

contemni oportet, humana cæde polluti sunt.

RECENTIUM QUORUMDAM
Caluistarum Propositio damnata.

Non solum vitam, sed etiam bona temporalia, quorum jactura esset damnum gravissimum, licitum est defensione occisiva defendere... Fatemur rarius licitum esse ecclesiasticis... Si tamen aliquando futurum contingat tale malum (id est gravissimum damnum) etiam ipsis licitum erit bona ista cum occisione furis defendere.

Hæc propositio a Clero gallicano jure, meritoque damnata est: *Ut legi Dei, & ordini charitatis divinitus instituto contraria, perniciosa, & erronea.*

SANA PROPOSITIO F. N. ALEXANDRI.

Homicidii reus non est, qui, servato moderamine inculpatæ tutelæ, *interficit aggressorem illum mutilare volentem; aut magni momenti bona temporalia*, quæ aliter defendi, vel recuperari non possunt, & ex quibus vitæ, statusve conservatio, & sustentatio pendet, *illata vi rapientem.*

Hanc propositionem docet Alexander cum S. Antonino 3. P. tit. 4. cap. 3. Silvestro Prierate in Summa, verbo, *Homicidium*, Dominico Soto libro 5. De justitia, & jure, quæst. 1. art. 8. Cajetano, Bannez, Martino Navarro, cap. 15. num. 4. Silvio in Secundam 2. qu. 64. art. 7. Quæsito 8. & omni Theologorum natione, hanc doctrinam nullo modo tetigit Clerus gallicanus.

Vides, Abbas illustrissime, Anonymum libelli famosi in Censura Cleri gallicani auctorem, calumniam mihi impingere, cum in patrocinium damnatæ propositionis me vocat. Id nemo mirabitur, qui illum famosis libellis eminentissimum Cardinalem Archiepiscopum Parisiensem, illustrissimos, ac reverendissimos

Ar-

Archiepiscopos, & Episcopos, sacram facultatem Parisiensem, & Doctores meritissimos omnique veneratione dignos, consputare, proscindere, dilacerare noverit. Verum Deum optimum maximum pro illo, ac illius similibus precemur, ut a perniciosis, & immanibus erroribus resipiscant. Nec enim illorum inimicus sum, nec ullius hominis, quidquid effutiant; S. August. Epist. 155. alias 52. sed *Nemo potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis.* Vale.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXXVIII.

Alias 92. quæ autem 88 erat, nunc 54. *Refellitur Casuistarum quorumdam recentiorum error, Deum verbis æquivocis uti posse, & aliquando usum esse, asserentium.*

CLARISSIMO VIRO ***

Recentiorum quorumdam Casuistarum deploranda cæcitas, damnanda temeritas, qui restrictionibus mentalibus, & æquivocationibus ita patrocinantur, ut Deum verbis æquivocis uti posse, his aliquando usum, easque a Christo consecratas asserere non erubescant. Hanc assertionem blasphemiam appellare

perfecta virtus est, neminem decipere, atque illud exhibere, quod dictum est: *Sit in ore vestro, Est, est; Non non.* Quapropter Deus quidem per seipsum neminem decipit; est enim Pater veritatis & veritas, & Spiritus veritatis; dignis tamen digna distribuens, utitur animis pro meritis, & dignitatibus, quæ sunt in gradibus earum, ut si quisquam dignus est decipi, non solum per seipsum eum non decipiat, sed neque per talem hominem, qui jam congruenter diligit, & custodire persistit: *Sit in ore vestro: Est, est; Non, non;* neque per Angelum, cui non convenit persona fallaciæ, sed aut per talem hominem, qui nondum se hujusmodi cupiditatibus exuit; aut per talem Angelum, qui pro suæ voluntatis perversitate, vel ad vindictam peccatorum, vel ad exercitationem, purgationemque eorum, qui secundum Deum renascuntur, in infimis naturæ gradibus ordinatus est. Non itaque Deus deceptor est, quod credere nefarium, & impium esse quis non intelligat „ „? Matth. 5. 37.

Certe si Deus æquivocationibus uti posset, locutiones æquivocas jurando per semetipsum posset confirmare. Cum itaque Deum imitari perfectio sit hominis, posset homo justam ob causam uti verbis æquivocis, amphibologiis, & restrictionibus mentalibus, & eas juramento confirmare; qui errores sunt ab Innocentio XI. Pontifice maximo damnati Decreto edito die 2. Martii 1679. Hic exclamare liceat cum S. August. lib. *Contra Mendacium*, cap. 18. *O ubi estis fontes lacrymarum, & quid faciemus, quo ibimus? ubi nos occultabimus ab ira veritatis, si non solum negligimus cavere mendacia, sed audemus insuper docere perjuria?* Æquivocationum porro studiosum usum, artem esse mentiendi probat invicte hæc S. August. sententia lib. *De Mendacio*, cap. 3. *Qui aliud habet in animo, aliud verbis, aut quibuslibet significationibus enuntiat, mentitur.*

Porro tantum abest, ut ars æquivocationum e cœlo descenderit, Deumque habeat auctorem; ut contra, parentem diabolum agnoscat, qui ea primum usus est, ut primos homines deciperet, ac perderet

hu-

humanum genus, ut observat Rupertus lib. 3. in Genesim, cap. 7. explicans hæc tentatoris verba: *Nequaquam morte moriemini, &c.* Nam cum duæ mortes sint, altera animæ, & altera corporis, quadam morte non statim erant morituri, scilicet ea, quæ animam a corpore dividit. Non enim quia comederunt, idcirco eadem die corporaliter mortui sunt; sed quia comedendo mortem animi sibimet eadem die constituerunt, idcirco misericordia Dei corpore mortales facti sunt, ne sicut ipse diabolus, irrecuperabiles essent, male, & misere vivendo in æternum. „ „ Igitur quemadmodum Apollo Delphicus fertur solitus fuisse in certis ludere ambagibus, sic jam nunc ludebat idem Dei, & hominum inimicus, & æquivocatione mortis
Eccl. 37. nequiter abusus, odibilium sophistarum maximus. *Qui enim sophistice loquitur, odibilis est.* Nihilominus, & cætera, quæ sequuntur, æquivocando cuncta confundit, ac perturbat, alio sensu loquens, & alio sua dicta intelligi volens. *Scit enim Deus* (inquit) *quia in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, &c.* Hoc utique volebat intelligi, quod claritatem omnis sapientiæ, divinitatem quoque, & omnium scientiam Deus invidens homini, tale illi lignum interdixit. Hoc (inquam) intelligi volebat in suo sermone, cum sentiret ipse aliter eventurum esse. *Aperientur* (inquit) *oculi vestri*, videlicet in agnitionem vestræ confusionis... Item cum diceret; *Eritis sicut Dii*, falsis utique Diis, id est, sibi, sequacibusque Angelis apostatis similes illos facere intendebat; cum aliud intelligi vellet in hac promissione sua, cui nimirum suaviter sonanti, quasi vino venenum mortis commiscuerat. Nihilominus, & addendo, *scientes bonum, & malum*, hoc moliebatur, ut eos habere faceret & boni perditi memoriam, & mali inventi experientiam, cum hoc aliud vellet intelligi, quod omnem per illum cibum consecuturi essent scientiam, & nihil eos lateret; quæ profecto scientia solius Dei est „„. Vides, Vir clarissime, unde prodierit ars æquivocationum, & quem hac in re magistrum habeant illarum

Pa-

Patroni; & nihilominus discipuli veritatis videri volunt, & filii lucis, non filii noctis, & tenebrarum. Vale, meique ad sanctum Altare memineris.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA LXXXIX.

Regulares professos ab Ordine ejectos, peremptorio etiam judicio, Superiores eorum quotannis requirere, & revocare tenentur ad Ordinem, redeuntesque suscipere, modo spes aliqua emendationis in eis affulgeat. Alias 33. quæ autem 89. erat, nunc 73.

RELIGIOSISSIMO VIRO***

De Monachis professis peremptorio justoque judicio ab Ordine expulsis, in quibus spes emendationis aliqua nunc affulget, in sinum religionis matris suæ redire volentibus, sententiam rogas meam, utrum eos recipere Prælati regulares teneantur.

Illos omnino teneri censeo ex officio non solum sic redeuntes suscipere, verum etiam quotannis requirere, & revocare ad Ordinem, & monasterium Religiosos fugitivos & ejectos, quamvis justè, & peremptorio judicio sint expulsi, modo in iis spes emendationis affulgeat, Ordinarii testimonio comprobata. Id constat ex Cap. *Ne Religiosi*, Ext. *De Regularibus*, quod Gregorii IX. responsum est. „„ Ne (*inquit*) Religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur; statuimus, ut Præsidentes capitulis celebrandis, secundum statutum Concilii generalis, seu Patres Abbates, seu Priores, fugitivos suos, & ejectos suos de Ordine suo requirant annuatim. Qui si in monasteriis suis recipi possunt, secundum Ordinem regularem, Abbates, seu Priores eorum, monitione prævia, per Censuram ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salva Ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra provideant, ut apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit; alioquin in aliis religiosis domibus ejus-

ejuſdem Ordinis, ad agendam ibi pœnitentiam; talibus vitæ neceſſaria miniſtrentur. Si vero hujuſmodi fugitivos, vel ejectos inobedientes invenerint; eos excommunicent, & tamdiu faciant ab Eccleſiarum Prælatis excommunicatos publice nuntiari, donec ad mandatum ipſorum humiliter revertantur „„. Quam Decretalem de ejectis ex Ordine religioſo, etiam juſta, & peremptoria ſententia eſſe intelligendam, contra Navarri opinionem, ex ipſius tenore compertum eſt, nec non ex Decretis ſacræ Congregationis Concilii de Regularibus apoſtatis, & ejectis, quæ Decreta Urbanus VIII. Pontifex maximus auctoritate apoſtolica confirmavit. Sic autem habent: „„ Sacra Congregatio cenſuit eſſe innovandam, & ſuæ Beatitudinis auctoritate innovat Conſtitutionem felicis recordationis Gregorii noni, relatam in cap. finali Extra. de Regularibus. Ac propterea declarat eam Conſtitututionem in iis quoque vindicare ſibi locum, ſervandamque eſſe, qui juſte, definitiveque, ac juris ordine ſervato expulſi fuerint; dummodo tamen in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis ex literis ſaltem teſtimonialibus Ordinarii; cujus conſcientiam in his literis concedendis ſacra Congregatio ſerio

Navarrus, Comment. 2. de Regular. num. 36. & Conſil. 78. de iiſdem.

eſt. Labente probationis anno, quem accurate, ac religioſe peragebat, Monialibus plerisque diſplicuit, quarum voluntas ſic a Novitia abalienata eſt, ut quamvis ipſam ad profeſſionem admitti velles, ac juberes, re tamen in Capitulo ſororum propoſita, in quo duodecim vocales erant, ſex ſuffragiis rejecta ſit. Abbatiſſa, & ſanctimoniales quinque coram amplitudine tua proteſtantur a ſe receptam, dignamque ex probatione judicatam, quæ ad Profeſſionem admittatur. Conſilio tuo rem propoſuiſti; a pluribus in eam ſententiam itum eſt, te jubere poſſe, ut nobilis virginis vota recipiantur ab Abbatiſſa, eique Profeſſionis velum imponatur; ſi vero Abbatiſſa renuat, amplitudinem tuam ipſius vota recipere poſſe, negligentiam ejus ſupplendo, ut colligere ſibi videtur ex cap. *Sicut*, Ext. *De ſupplenda negligentia Prælatorum.* Nec veritatem tibi vis diſſimulari; P. I. nec ego diſſimulare poſſum. Ob hoc enim Doctores ſumus, ut citra fucum adulationis veritatem dicamus, ac propugnemus.

Nulla in ea ſpecie negligentia eſſe videtur Abbatiſſæ, & Conventus, quam ſupplere poſſit amplitudo tua religioſiſſima. Monialium receptio, etiam in monaſteriis non exemptis, jure communi ſpectat ad Abbatiſſam, & Conventum, ut colligitur ex cap. *Si ad ſolum*, tit. *De Regularibus*, in ſexto; & ſi major pars Capituli poſtulantem, aut Novitiam rejiciat, Abbatiſſa non poteſt illam recipere ad habitum, vel ad Profeſſionem; quia *Omni appellatione remota prævalere ſemper, & ſuum conſequi debet effectum, quod a majori, & ſaniori parte Capituli fuerit conſtitutum*; ut decernit Innocent. III. cap. *Cum in cunctis*, Ext. *De his, quæ fiunt a majori parte capituli.* Jubere igitur non poteſt amplitudo tua, ut Abbatiſſa nobilis Novitiæ vota recipiat, nec ea renuente recipere potes, cum auctoritas Epiſcoporum præſcriptis a jure canonico finibus circumſcribatur; & ſacra Synodus Trid. decreverit, ut *Omnia & ſingula, quæ ante profeſſionem, vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſerventur non ſolum in monaſteriis ſubjectis Epiſcopo, ſed & in aliis quibuſcunque.* Unum autem ex Seſſ. 25. de Regular. & Monial.

[redacted]

iis. quæ ante profeſſionem fieri oportet, eſt receptio novitiæ poſt annum probationis a majori parte capituli per ſuffragia ſecreta. In ipſa autem profeſſione vota ſolemni ritu recipiuntur ab Abbatiſſa, ſive Præfecta monaſterii. Hac in re nihil immutare poteſt Epiſcopus, niſi aliquo privilegio, vel præſcripta conſuetudine munitus; nec præcipere poteſt monialibus, ut certam perſonam recipiant, cum electio debeat eſſe libera, ut conſtat ex cap. *Cum terra*, Ext. *De Electione*. Hæc pro ſumma prudentia tua, & æquitate cum expenderis, nullus dubito, quin iſtud negotium urgere deſinas, monialeſque ſuæ relinquas libertati. Vale, meque tuæ amplitudinis obſervantiſſimum dilige.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XCI.

Alias 64. quæ autem 91. erat, nunc 44.

Qui profeſſionem expreſſam emiſit, quæ revera nulla fuit, quamvis ipſe legitimam crederet, & exinde habitum religioſum per annum integrum geſtavit, actibuſque Profeſſorum propriis ſe ingeſſit, tacitæ Profeſſionis vinculo coram Deo obſtrictus eſt.

[redacted]

rèt, ac iter agens cum juriſperito quodam de die, & anno, quo habitum religioſum ſuſceperat, & profeſſionem emiſerat, forte collocutus, ab eo diſceret profeſſionem ſuam nullam eſſe, quippe, qui anno probationis non completo vota ſua nuncupaſſet contra diſpoſitionem ſacrorum Canonum, & Decretum Concilii Tridentini ſeſſ. 25. *De Regularibus*, cap. 15. Qua de re certior factus, declaravit Abbati *** ſe non eſſe profeſſum ob eam, quam mox dixi, rationem, ideoque velle ſe dimittere habitum, & ad ſeculum reverti. Reſpondit Abbas, rem eſſe ſupremi momenti, in qua de ſalutis æternæ periculo ageretur; ne quid ageret præcipiti animi motu; Theologorum, ac juriſperitorum conſilium maturius exquireret; cogitaret ſe tacita ſaltem profeſſione Ordini C. obſtrictum, ex quo per annum integrum regularem habitum geſtaverat abſque proteſtatione, & exinde profeſſorum actibus ſe lubens ingeſſerat. Reſpondit ille: Se proteſtatum fuiſſe, ac reclamaſſe non ſemel; ſiquidem coram Sodalibus ſæpius ſe dixiſſe probat; *Si profeſſionem in iſto Ordine non emiſiſſem, illam nunquam emitterem.* Meam porro de hac difficultate ſententiam rogas.

I. Profeſſionem expreſſam F. Nicolai nullam fuiſſe cenſeo, utpote factam contra Tridentini Concilii Decretum, cujus hæc ſunt verba: „ „ In quacunque religione tam virorum, quam mulierum profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum, nec qui minori tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel religionis, vel Ordinis obſervationem, aut ad alios quoſcunque effectus „ „. Annus certe biſſextilis ex additione diei non dicitur majus temporis ſpatium quam anni, etiam ad effectum, de quo agitur, ut colligitur ex L. *Cum biſſextum*, D. *De verborum ſignificatione*, cujus hæc ſunt verba: *Cum biſſextum Kalendis eſt, nihil refert, utrum priore, an poſteriore die quis natus ſit, & de-*

inceps ſextum Kalendas ejus natalis dies eſt; nam id biduum pro uno die habetur. Cum igitur habitum religioſum Nicolaus ſuſcepiſſet, annumque probationis inchoaſſet die prima Martii anno 1683. annus probationis completus non erat ante Kalend. Martias anni 1684. quamvis biſſextilis annus eſſet, adeoque Februarius menſis uno die major. Expreſſam igitur Profeſſionem emiſit, cum minori tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſtetiſſet; quamobrem nulla eſt ejus profeſſio.

II. Cenſeo nihilominus F. Nicolaum Ordinis C. tacitæ profeſſionis vinculo adſtrictum eſſe; ſiquidem poſt Profeſſionem expreſſam, quæ revera nulla erat, quamvis ipſe legitimam crederet, per annum integrum habitum religioſum geſtavit, actibuſque profeſſorum propriis ſe ingeſſit. In hanc ſententiam reſpondet Innoc. IV. cap. *Is, qui* tit. *De Regularibus*, in ſexto: *Quod ſi per totum ſequentem annum in monaſterio permanſerit, ubi Novitiorum, & Profeſſorum ſunt habitus indiſtincti, profeſſionem in hoc feciſſe, vel ſi quam prius fecerat, ratam habuiſſe videtur.*

III. Cenſeo denique F. Nicolaum his verbis, in quæ
[redacted]

F. Nicolaus cenſeretur per poſteriorem perſeverantiam in Ordine anno ſolido, & actus ſubſecutos, quibus ratihabitio inducta eſt, ut colligitur ex cap. *Cum virum* mox laudato, cujus hæc ſunt verba: „ „ Non enim videtur illa monaſticæ profeſſionis a ſe poſſe jugum excutere, cum eam non conſtet evidenter contradixiſſe, cum benedictionem accepit, quam nonniſi in ætate diſcretionis accipiunt, quæ velantur; præſertim ſi ratihabitione ſecuta (etſi eam quandoque contradixiſſe conſtiterit) quod ante geſtum fuerat roboratur „ „.

Tertio, quamvis proteſtatio in iis, quæ pendent a poteſtate proteſtantis valeat, & actum vitiet, in iis tamen, quæ pendent a conſenſu duorum, non valet, ſi fiat altera parte ignorante, ut docent juris Canonici periti. Unde Gloſſa in cap. *Tua nos*, Ext. *De Sponſalibus*, verbo *mulier*, hac propoſita ſpecie: Si aliquis proteſtetur coram pluribus, quod omnia, quæ dicet, vel faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium; & poſtea publice dicat: *Conſentio in te*, utrum ſit matrimonium, nec ne? Affirmative reſpondet, eſſe matrimonium. Idem aſſerunt Joannes Andreas, Innocentius IV. Ancharanus Abbas, Hoſtienſis, aliique canonici juris Interpretes, & merito; alias enim daretur occaſio omnibus matrimonium contrahentibus ſic proteſtandi, ut poſtea dimittere poſſent conjuges, ſi diſplicerent. At profeſſio monaſtica non pendet ex voluntate ſolius profitentis, verum etiam ex conſenſu Ordinis, ſive Conventus recipientis, cum ſit contractus ultro, citroque obligatorius, ut conſtat ex cap. *Porrectum*, & cap. *Ad Apoſtolicam*, Ext. *De Regularibus*. Quamvis igitur verba F. Nicolai formalis, & expreſſæ proteſtationis vim habuiſſent, cum tamen prolata fuerint abſentibus, & ignorantibus Superioribus, nihil operari deberent, & per ſubſequentes actus contrarios revocata intelligerentur, ut colligitur ex cap. *Solicitudinem*, Ext. *De appellationibus*. Vale, mei ad Altare Domini memor, qui ſum ex intimis præcordiis tuus uti frater.

Lutetiæ Pariſiorum.

EPISTOLA XCII.

Alias 65. quæ autem 92. erat, nunc 88.

Utrum Regularis ad auſteriorem Ordinem, rogata, licet non impetrata, Superioris ſui licentia tranſire poſſit.

RELIGIOSO VIRO ***

Literas accepi humanitatis tuæ, pietatiſque eximiæ teſtes, ex quibus conſilium tuum intellexi ex Ordine S. Franciſci ad cœnobium noſtræ Dominæ de Trapa Ciſtercienſis Ordinis tranſeundi. Quæris a me, id ne tibi liceat rogata, nec tamen impetrata Superiorum tuorum licentia. Migrationes enim hujuſmodi (inquies) ſeu translationes Ordinum mendicantium religioſis Sodalibus vetat Martinus IV. Pontifex maximus ſub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipſo facto incurrant, ut habetur in Conſtitutione, quæ incipit, *Viam ambitioſæ*, lib. 3. Ext. commun. tit. *De Regularibus.*

Verumtamen, ſi cui Congregationi religioſæ poſt Martini IV. tempora Indultum apoſtolicum conceſ-

De Regularibus, quod Alex. III. reſponſum eſt Ambianenſi Epiſcopo datum. *De Canonico* (inquit) *qui in Eccleſia Arumatenſi profeſſionem fecerat, & fugerat ab eadem, in monachum a quodam Abbate recepto, id tuæ fraternitati ſignificamus; quod ſi locus, ubi nunc permanet, majoris religionis, quam Eccleſia Aromatenſis exiſtat, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas; alioquin eum ad priorem Eccleſiam redire compellas*.

Nec obſtat privilegium quibuſdam monachis ab apoſtolica Sede conceſſum, ne poſtquam aliquis apud illos profeſſus fuerit, ad alium ordinem, aliudve monaſterium, ipſis invitis tranſire poſſit, arctioris etiam vitæ deſiderio, ut conſtat ex cap. *Licet*, Ext. *De Regularibus*, quod Innoc. III. reſponſum eſt. „„ Quia tamen (*inquit*) ubi Spiritus Dei eſt, ibi libertas; & qui Spiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, quia lex non eſt poſita juſto; ea ratione hoc illis videtur fuiſſe conceſſum, ne is ex temeritate, vel levitate in jacturam, vel injuriam ſui ordinis, prætextu majoris religionis, ad alium ordinem tranſvolaret, ſicut frequenter a multis conſtat eſſe præſumptum; non quidem, ut ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate, & puritate duxerit poſtulandam, ut non ficte, ſed vere ad frugem melioris vitæ valeat transmigrare. Talis ergo, poſtquam a Prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulaverit, ex lege privata, quæ publicæ legi præjudicat, abſolutus, libere poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere; non obſtante proterva indiſcreti contradictione Prælati; quia privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate; cum etiam romanus Pontifex, qui ſupremam in Eccleſia obtinet poteſtatem, Archiepiſcopis, & Epiſcopis cedendi licentiam ex juſta cauſa ſine difficultate concedat. Quocirca noverint univerſi, quibus hujuſmodi privilegium eſt conceſſum, ſe ad concedendum licentiam tranſeundi taliter poſtulantibus de jure teneri; quia ſicut ſubditus a Prælato cum humilitate, & puritate debet tranſeun-

seundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur; sic profecto Prælatus subdito sine difficultate, & pravitate qualibet debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum. Si vero probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad Ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate transire, Superioris est judicium requirendum, ne forte Angelus satanæ in lucis Angelum se transformet... Cum ergo R. Monachus vester ad Fratres Cisterciensis Ordinis transmigraverit, non ut Ordini vestro aliquatenus derogaret, sed ut apud eos vitam duceret arctiorem; mandamus, quatenus super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis; quia charitas est fons proprius, cui non communicat alienus „„.

Perfectioris, & austerioris vitæ studio licitum esse ad alium Ordinem transitum, S. Bernardus confirmat Epist. 1. ad Robertum nepotem suum, qui a Cisterciensibus ad Cluniacenses migraverat. „„ Attende (*inquit*) cor tuum, discute intentionem, consule veritatem; tua tibi conscientia respondeat, cur abieris, cur Ordinem tuum, cur Fratres, cur locum deserueris... Si ut arctius, ut rectius, ut perfectius viveres, securus esto, quia non retro aspexisti... sin alias, noli altum sapere, sed time, &c. *Et Epist. 7. se excusans, quod ex aliis monasteriis ad suum transeuntes recipiat*: Hac ergo ratione (*inquit*) illos suscipimus, quoniam non putamus esse malum, si vota labiorum suorum, quæ in suis locis potuerunt quidem promittere, sed nequaquam persolvere, Deo, qui ubique est, ubicunque poterunt, reddant; & solius ruptæ stabilitatis damna reliquorum regularium præceptorum observatione compensent „„.

Idem confirmat S. Thom. 2. 2. qu. 189. art. 8. „„ Transire (*inquit*) de religione ad religionem, nisi propter magnam utilitatem, vel necessitatem, non est laudabile; tum quia ex hoc plerumque scandalizantur illi, qui relinquuntur; tum etiam, quia faci-

facilius proficit aliquis in religione, quam conſuevit, quam in illa, quam non conſuevit, cæteris paribus „„. Unde in Collationibus Patrum Collatione 14. Abbas Neſteros ait: „„ Unicuique utile eſt, ut ſecundum propoſitum, quod elegit, ſummo ſtudio, ac diligentia ad operis arrepti perfectionem venire feſtinet, & nequaquam a ſua, quam elegit ſemel, perfectione diſcedat. Impoſſibile namque eſt unum, & eumdem hominem univerſis fulgere virtutibus. Quas ſi quis voluerit pariter affectare, in id eum incidere neceſſe eſt, ut dum omnes ſequitur, nullam integre conſequatur „„. Diverſi nimirum Ordines præeminent ſecundum diverſa virtutum opera. „„ Poteſt tamen aliquis (*inquit S. Thom.*) laudabiliter de una religione tranſire ad aliam triplici ex cauſa; primo quidem zelo perfectioris religionis. Secundo propter declinationem religionis a debita perfectione, puta, ſi in aliqua religione arctiori incipiant religioſi remiſſius vivere, laudabiliter tranſit aliquis ad religionem minorem (*ſive mitiorem*) ſi melius obſervetur „„. Unde in collationibus Patrum, Collatione 19. cap. 5. Abbas Joannes dicit, ſe a vita ſolitaria, quam profeſſus fuerat, ad cœnobiticam tranſiiſſe, quia *cum major numerus Fratrum habitationem illius ſolitudinis expetere cœpiſſet, ac Eremi coangustata libertate, non modo ignem illum divinæ contemplationis frigeſcere feciſſet, ſed multimodis etiam carnalium rerum vinculis impediret*; ſatius eſſe, & ad ſalutem animæ ſuæ conducibilius exiſtimavit, cœnobiticæ diſciplinæ *utcunque implere propoſitum, quam in illa profeſſione tam ſublimi carnalium neceſſitatum proviſione torpere; ut id, quod ſibi de theorica illa ſublimitate ſubtrahitur, obedientiæ ſubjectione compenſetur.* Quippe (inquit) *miſerum eſt cujuslibet ſtudii diſciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionem ejus minime pervenire.* Tertio poteſt aliquis ad mitiorem Ordinem tranſire *propter infirmitatem, vel debilitatem, ex qua interdum provenit, quod non poteſt aliquis arctioris religionis ſtatuta ſervare, poſſet autem ſervare ſtatuta religionis laxioris; ſed in primo caſu debet quidem propter humilitatem licen-*

tiam petere, qua tamen ei negari non poteſt, dummodo conſtet, illam religionem eſſe arctiorem. Si vero probabiliter de hoc dubitetur, eſt in hoc Superioris judicium requirendum, ut habetur Ext. *De Regularibus*, cap. *Licet*, Similiter *requiritur Superioris judicium in ſecundo caſu; In tertio vero caſu eſt etiam neceſſaria diſpenſatio.*

Quamquam vero perfectio unius Ordinis religioſi præ alio adjudicanda ſit præſertim ex fine, & ex mediis, per quæ tendit ad finem, amore ſcilicet Dei, & proximi; atque eo nomine ille ordo cæteris perfectior cenſendus ſit, qui ad animarum ſalutem procurandam inſtitutus eſt, ſecundum Theologorum principia; in foro tamen eccleſiaſtico, ubi agitur de tranſitu ad alterum ordinem, perfectior ille cenſetur, cujus auſterior eſt diſciplina, præſertim circa ſilentium, & ſolitudinem. Majorque illa auſteritas non ex primævo duntaxat ordinis inſtituto, ſed ex præſenti obſervantia dijudicatur.

Ut igitur canonice tranſeat regularis ad alium Ordinem, neceſſe eſt, ut Ordo ille ſit auſterior, ſive ut in præſenti ſtrictior diſciplina in eo ſervetur. Secundo, ut licentia petita ſit a Superiore immediato, vel etiam a

riore. Septimo, ut Prælato regulari constet, alterum Ordinem paratum esse ad illum recipiendum, qui licentiam petit; & recta transeat ad monasterium illius Ordinis, ne divagationis, & apostasiæ illi detur occasio; ut Decretis sacræ Congr. Conc. Trid. sancitum Fagnanus observat. In hoc denique casu S. Bernardi consilium quisque monachus prudenter sequetur lib. *De præcepto, & dispensatione*, cap. 16. „„ Sane (*inquit*) de religiosis, ac bene ordinatis monasteriis nullus professorum meo consilio, ne arctioris quidem vitæ desiderio, sine licentia sui Senioris egredietur... Forte vult aliquis de Cluniacensibus institutis ad Cisterciensium se restringere paupertatem, eligens præ illis nimirum consuetudinibus magis regulæ puritatem. Si me consulit, non consulo, si non sane id Abbatis sui usurparit assensu. Quamobrem? Primo propter scandalum ipsorum, quos deserit. Deinde, quia certa pro dubiis relinquere tutum non est; forsitan enim hoc tenere potest, illud non poterit. Tertio suspectam habeo levitatem, qua id sæpe, quod facile volumus, antequam probemus, experti jam nolumus; uno quippe momento idipsum & cupientes, & respuentes tam leviter, quam irrationabiliter „ „. Qui tamen petita, nec obtenta Superioris sui licentia ad arctiorem Ordinem transierit, *meo consilio non regrediatur ad inferius bonum, quod reliquerat, & contempserat pro meliori*.

Has regulas expende, & secundum illas age, nihilque in tanti momenti negotio præcipiti consilio facias; prius autem rem ferventissimis precibus Deo commenda. Vale, mei in sancto Altaris Sacrificio memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XCIII.

Utrum liceat Monialibus ad arctiorem Ordinem transire, & qua ratione. Alias 64. quæ autem 93. erat, nunc 89.

RELIGIOSO VIRO ***
PARTHENONIS *** VISITATORI.

Quærebas a me per literas, quas ad me scripsisti nudius tertius, utrum Monialibus ad arctiorem Or-

Ordinem transire liceat, petita, & non obtenta Superiorum licentia, quemadmodum id licere Monachis olim me respondisse meministi. De proposita quæstione sic sentio:

Id quondam licebat Monialibus jure communi, ut constat ex can. *Virgines*, causa 20. quæst. 11. Sed facultas illa sublata ipsis est Constitutione S. Pii V. quæ incipit, *Decori*, de clausura Monialium. Et ita sæpius declaravit sacra Congreg. tam Conc. Trid. quam Episcoporum, & Regularium: quæ etiam transeundi licentiam non concedit, nisi adjectis conditionibus infrascriptis, videlicet; dummodo Superiorum primi Monasterii, & Monialium transferendarum accedat assensus; & non antea ab eodem monasterio Moniales egrediantur, quam constet alterum monasterium ad receptionem illarum paratum esse, & in eo capitulariter, ac per secreta suffragia sint receptæ; ut dotem a cæteris Monialibus præstari solitam persolvant; ipsaque translatio fiat consanguineis, gravibusque matronis, & his deficientibus, aliis piis, honestisque personis comitantibus; atque ab uno ad aliud monasterium absque diverticulo; rheda clausa, vel saltem earum-

[redacted]

diuturno convaleſceret, ad profeſſionem admittendus eſt abſque probationis prorogatione.

RELIGIOSO VIRO ***

De tua ad provinciæ monaſticæ Præfecturam electione gratulor ob virtutem, obſervantiæ regularis ſtudium, ac prudentiam, quæ te Fratrum regimini parem faciunt. De fratre Anſelmo, qui peracto integre probationis anno, gravi morbo correptus, non emiſſa profeſſione, nec habitu religioſo dimiſſo rediit in paternam domum, ubi cum per annum alterum manſiſſet, recuperata valetudine ad Conventum *** reverſus eſt, ac ſupplicavit, ut ad profeſſionem admitteretur; cenſeo non debere ab illo exigi, ut novum probationis annum incipiat, & peragat, ſed ſtatim profeſſionem emittere poſſe, *niſi conditio religionis, aut perſonæ ſit immutata.* Sic in ſimilibus caſibus reſpondit ſacra Congregatio Concilii die 27. Februarii 1567. & die 12. Februarii 1598. ut refert Fagnanus in cap. *Presbyterum*, Ext. *De pœnitentiis, & remiſſionibus.* Anno ſolido mores Fratris Anſelmi expertus eſt Ordo, ipſeque Ordinis auſteritates pariter eſt expertus, ac Regulam, Conſtitutioneſque ad amuſſim obſervavit in Domo regularis obſervantiæ Novitiorum inſtitutioni deſtinata ſecundum Clementis VIII. & Urbani VIII. Decreta. Nova igitur probatione, aut probationis prorogatione non eſt opus, nec Ordini, nec ipſi Novitio; ſiquidem, ut habet Regula juris in ſexto: *Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.* Ubi Gloſſa: „ Eſt hæc regula (*inquit*) in argumentum, & quæſtionem, qua quæritur, an is, qui ingreſſus religionem in fine anni exivit, ſi iterum eamdem religionem ingrediatur, an debeat habere annum; & ſatis videtur, quod non, per hanc regulam, niſi conditio perſonæ, vel religionis mutata eſſet. Et hoc tenet Barthol. Brix. in quæſtionibus ſuis, in quæſtione, quæ incipit. *Aliquis intravit in monaſterium.* Et idem Guillelmus in Speculo

prium habeant. Proprii vero nomine peculium intelligo, quod sit in dominio, & potestate habentis; de quo vel de cujus fructibus possit pro arbitrio disponere independenter a Superioris consensu. Id Prælatum regularibus sibi subditis permittere, aut tolerare non posse, ex eo constat, quod essentiæ voti, religiosæ scilicet paupertati adversetur, adeoque in lethalis peccati, & damnationis statu sint monachi, sive religiosi quicunque viri, aut Sanctimoniales, qui proprium habent, ut ex SS. Patrum doctrina, sacris Canonibus, & Regulis omnibus monasticis compertum est. Tibi satis erit impræsentiarum cap. *Cum ad monasterium*, Ext. *De statu Monachorum*, quod Innoc. III. responsum est: „ Prohibemus quoque districte in virtute obedientiæ, sub obtestatione divini judicii, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat; sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continenti resignet. Si vero post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, regulari monitione præmissa de monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius; nisi pœniteat secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud [redacted]

pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam; quod etiam de universis religiosis præcipimus observari. Abbas autem, qui diligenter ista non caverit, officii sui jacturam se noverit incursurum „ „.

Idem confirmat sacra Synodus Tridentina cap. 11. sess. 25. *De Regularibus*, *& Monialibus*, cujus hæc sunt verba : „ „ Nemini regularium tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam Conventus nomine possidere, aut tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, vel commendam. Mobilium vero usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur „ „.

Idem confirmant, & executioni mandari jubent Concilia provincialia Tridentinum secuta. Cameracense anno 1565. tit. 18. *De Monasteriis Virorum*, *& Mulierum*, *cap*. 9. „ „ Cum sacrosancta Synodus Tridentina, & œcumenica præceperit ea, quæ ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinent, fideliter observari; mandat hæc Synodus omnibus monachis, & monialibus, religiosisque, ut diligentissime paupertatis votum, tanquam ineffabilis cujusdam, & dulcissimæ quietis causam custodiant, neque proprietatis vitio violent. Caveant igitur, ne quid pecuniæ, aut alterius rei sibi ita retineant, vel retinere desiderent, ut communitati nolint esse commune, neve ad peculiares usus ea utantur sine Superioris consensu „ „.

Cap. 10. „ „ Ut autem huic pestifero vitio obviam eatur, mandat sancta Synodus omnibus omnium Ordinum Superioribus, ne subditis pecuniam pro quocunque cibo, vel potu, sive vestimentis quibuscun-

que necessariis administrent; sed victus omnis, potus, ac vestitus, & quidquid necessarium fuerit, decenter, & prout ratio postulat, eis porrigatur... Omnis illa pecunia, vel res, quam monachus, vel monialis acquirere sive industria, sive amicorum liberalitate; seu denique qualibet alia occasione possit, Superiori mox tradatur, ita ut ad nutum ejus tanquam res communis expendatur „ „.

Cap. 11. „ „ Et quo hæc omnia facilius, diligentius, necnon absque tædio queant observari, præcipit sancta Synodus cunctis cunctorum monasteriorum sexus utriusque Superioribus, quatenus secundum regulam, ac majorum instituta benigne nec non placide subministrent omnia in universum, quæ suis subditis necessaria fuerint, & convenientia, ne infirmioribus ansam præbeant detrimenti voto paupertatis valde gravidi, nonnihil congerendi, & apud se retinendi; in qua quidem re si negligentiores extiterint, admoniti a suo Superiore omnino compellantur „ „.

Concilium Mediolanense 1. sub sancto Carolo Borromæo 1565. Constitut. P. 3. cap. 8. statuit, ut in omnibus monasteriis moniales communiter vivant, ut a

[redacted]

* Concilium Mechliniense anno 1570. tit. *De Regularibus, & Monialibus*, cap. 1. ea auferri præcipit ex omnibus Cœnobiis tam virorum quam mulierum, *quæ proprietati, totius religionis perniciosæ pesti, occasionem, & fomenta subministrant.,, Ut victus, vestitus, cæteraque vitæ subsidia singulis ex communi pro necessitate indigentiæ, & monasterii facultatibus subministrentur, non in pecuniis, sed in specie rerum. Pensiones autem vitales, aut redditus perpetuos nulli permittantur recipere, neque liceat eis ratione officiorum, vel ministeriorum pecuniam corradere, aut conservare, etiamsi in pios usus convertere velint; sed omnia in communem usum convertantur.*

Tridentini Concilii Decretum de regularium paupertate renovarunt, & executioni mandari decreverunt Concilium Rhotomagense 1581. tit. *de Monasteriis*, num. 11. Rhemense 1583. tit. *De Regul. & eorum Monasteriis*, num. 10. Burdigalense 1583. cap. 25. *De Monasteriis*, §. *Nulli*; Bituricense 1584. tit. 37. Can. 16. Acquense 1585. tit. *De Monasteriis*, §. *Religiosi*, & §. *Constituta*; Aquilejense 1596. cap. 19. „ „ In monasteriis in quibus proprietas exultat, & omnis affectio corrupta, servetur illa rerum omnium communio, quæ nihil habet, & cui nihil deest, quæ in egestate rerum copiam habet. Si quid enim est, hoc habet usu, non affectu, quæ quidem dives inopia in omnium monialium domos, & vitam Pastorali prudentia, & vigilantia invehenda est „ „.

His adde Clementis VIII. Pontificis maximi Decreta, in executionem sacrorum Canonum, & imprimis Tridentini Concilii, præcipientis, „ „ Ne ullus ex Fratribus, etiamsi Superior sit, bona mobilia, vel immobilia, aut pecuniam, proventus, census, eleemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis tam in propria Ecclesia quam ubique celebrandis, aliove illorum justo labore,& causa, & quocunque nomine quisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam Conventus nomine possidere possit;

sed ea omnia statim Superiori tradantur, Conventuique incorporentur, atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, ac vestitus omnibus suppeditari possit. Neque Superioribus, quicunque illi sint, ullo pacto liceat eisdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere. *Et infra*: Nulla quorumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, Fratres excusare possit, quominus culpæ, & pœnæ ab eisdem Conciliis Decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ obnoxii sint; etiamsi Superiores asseverent hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse; quibus in ea re fidem adhiberi minime volumus„ „.

„ Quia vero Navarrus in Commentario Canonis, „ *Non dicatis*, causa 12. qu. 1. n. 45. & Consilio 13. „ 14. & 17. Sanchez in summa Tom. 11. lib. 7 cap. 22. „ N. 11. Diana resolutionum Moralium Tract. 6. Re- „ sol. 32. aliique recentiores casuum arbitri fibulas hac „ in materia nimis laxasse videntur, exponam, quid ea „ de re sentiat S. Antoninus, quem tuto sequi possu-

„ contra voluntatem Superioris, vel sine licentia vendit, vel donat ut dominus rei, nisi poneret spem „ in ratihabitione Prælati. Nec Prælatus potest dispensare cum religioso, ut habeat proprium, ut scilicet aliquid habeat simpliciter in suo dominio, ut „ facere possit, quidquid velit sine voluntate Superioris propria auctoritate. Imo, ut dicit Innocentius „ III. cap. *Cum ad monasterium*, nec summus Pontifex in hoc valet indulgere, id est, dispensare. „ *Unde si Prælatus dispensat cum religioso in proprio, ut scilicet aliquid habeat, & ad placitum illud distrahat, dissipet, & disperdat, ut sibi videtur, etiam in damnum monasterii, non videtur posse excusari a peccato gravi, & mortali, cum exponat ovem suam morti, & damnificet monasterium, & usurpet potestatem, quam non habet*,

„ Addit S. Antoninus, religiosum concessorum sibi „ per Prælatum ita habere usum, ut non habeat usumfructum. Ususfructus dicitur jus utendi, & fruendi „ rebus alienis, salva illarum substantia. Usus, jus utendi, non fruendi rebus alienis, &c. Unde de re, „ cujus quis habet usum, accipere debet præcise suam „ necessitatem, nec aliquid dare potest. Sed in usufructu ultra suam necessitatem potest residuum illius „ ususfructus donare, ut vult, quia ejus dominus est. „ *Religiosus de concessis ad usum nihil potest donare, etiam eleemosynaliter, nec de eo, quod acquirit per industriam, nec de bonis paternis, quando sibi committerentur ad usum, vel fieret procurator, quia omnia sunt monasterii, ut habetur causa XII. quæst.* 1. *Can.* Non dicatis, *nisi habeat licentiam dandi; & tunc bene utatur, alias dissipatio erit, non dispensatio, & concedens, & utens peccabit, & recipiens sine causa rationabili; ut colligitur ex Can.* Gloria, *causa XII. quæst. II. & tenetur restituere monasterio recipiens ex turpi causa, etiamsi habuisset dans licentiam dandi. Dono etiam accipiens, si dans non habebat licentiam, & multo magis si non habet indulgentiam.*

Addit ex Humberto Ordinis FF. Prædicatorum sanctæ memoriæ generali magistro, qui Commenta-

gor, causa 1. qu. 5. Necessitas est
& communis; privata, ut cum in
pere, in quo non possunt habere
ctualia Moniales, conceditur Moni
beat ad usum necessitatis suae, cum
semper totum resignandi cum volue
cessitas communis est, cum conce
ciali, Procuratori, Cellerario, ad
usus communes. Et quamvis hujus
vel utilitates sint sufficiens causa
tamen omnes, sed solum quae sunt
les, & evidentes, ut in necessitatib
ctus, ut in utilitatibus circa pertin
animae. Et est valde cavendum, ne
cile dispensetur, tum propter sequela
propter speciem mali, ut colligitur
omni, *Ext.* De vita, & honestate
Observat insuper S. Antoninus,
tes „ „ in monasteriis, & Conventi
vitur in communi, si Praelati sunt,
quantum eis est possibile sine nota
vivatur in communi, eos non esse in
favent rei destructivae religionis „ „
mat ex can. *Error* dist. 8...

attentatur, non quia non possent sufficienter vivere, sed quia volunt abundare, & de suis suo modo facere, videntur esse in malo statu, cum seculariter vivant, & velint in malo perseverare; prohibetur autem religiosis vivere seculariter. Ext. *De Regular.* cap. *Relat.*

Ex his intelliges, vir religiosissime, quid permittere, quid indulgere subditis suis, quid tolerare Superiores regularium possint in materia peculii. Eniti studiis omnibus, ac viribus debent, ut vitium detestabile proprietatis eradicent, quo non modo labefactatur, sed evertitur penitus vita religiosa. Perfectam, si fieri potest, rerum omnium communionem stabilire, vel instaurare debent in religiosis Ordinibus, Congregationibus, Conventibus, & monasteriis, sive domibus regimini suo commissis. Sin minus id obtinere statim possint, efficere saltem, ut pensiones, seu pecuniæ monachis, aut monialibus donatæ, aut quavis legitima ratione obvenientes, seu laboribus, & propria industria partæ, in commune depositum inferantur, in eoque fideliter asserventur sub clavi obedientiæ, ab Officialibus monasterii impendendæ primum in necessarios, & religiosos usus Fratrum, vel sororum, quibus seu quorum, vel quarum intuitu donatæ sunt, vel quorum, quarumve labore, & industria partæ, ex licentia, & mandato Superioris, vel Præpositæ, ubi, & quomodo judicaverit; ita ut, si quid fuerit residuum, in communes usus convertantur.

Declarationibus sacræ Congregationis Concilii Tridentini interpretis hæc consona dispositio est. Nam in causa Panormitana, cum Sanctimonialis quædam præter dotem monasterio tributam sibi reservasset scuta quinquaginta redditus annui ad necessarios usus, licentiam rogavit illis utendi. Sacra Congregatio respondit, redditum hunc annuum, non obstante reservatione, jam quæsitum esse monasterio; ideoque recte deferendum ad manus Abbatissæ, quæ primum prospiciat necessitatibus monialis oratricis, & quod reliquum fuerit, in usus totius monasterii convertat.

Præterea, in causa Neapolitana dubium sacræ Congre-

gregationi propoſitum eſt, his fere verbis conceptum : In aliquibus monaſteriis nonnullæ moniales cenſus, & annuos quoſdam redditus, & proventus, ſeu fructus percipiunt ſub diverſis contractuum ſpeciebus. Nam aliquæ proprio nomine certos redditus emerunt a laicis ; aliquæ ab aliis monialibus ; aliæ ab ipſis monaſteriis ; nonnullæ vero dederunt pecuniam monaſterio , ut ex earum pecuniis fieret emptio nomine monaſterii ad rationem ſeptem, vel octo pro centenario ; & Abbatiſſæ monialibus dabant redditus ex illis emptionibus annuatim provenientes. Aliquæ monaſteriis, ſeu eorum Superioribus certas pecuniarum ſummas manualiter dederunt ad ſubveniendum urgentibus neceſſitatibus monaſterii, pacto adjecto , vel etiam tacita conventione adhibita, ut monaſterium, ſeu Abbatiſſa certos redditus ad rationem tot pro centenario, quamdiu vixerint , annuatim illis concedat. Quæritur , an moniales illæ in hujuſmodi caſibus incurrant in pœnas per Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. *De Regularibus*, cap. 11. in proprietarios decretas, etiamſi de licentia Abbatiſſæ, & ad ejus nutum, vel Conventus, ſeu mona-

[redacted]

duantur ex uno vestiario; ut sanctus Augustinus in Regula præscribit.

Abusum quoque & pravam consuetudinem penitus excidendam esse, ne dubites, quod religiosi viri, vel moniales pecunias habeant in propriis scriniolis intra communem arcam, cujus clavis sit penes Superiorem, sive Abbatissam, vel Priorissam. Unde cum Archiepiscopus Urbini retulisset sacræ Congregationi, se non potuisse adducere moniales cujusdam monasterii ad suscipiendam vitam perfecte communem, ideoque illis proposuisse, ut fieret communis arca, cujus clavis penes Abbatissam consisteret, ac intus aptarentur tot scriniola, quot essent moniales, ita ut unaquæque claviculam haberet scrinioli sui, & in eo asservaretur pecunia ex operis suis, vel aliunde parta, quæ in ipsius tantum, & non alterius necessitates deberet expendi arbitrio Abbatissæ; sacra Congregatio hoc temperamentum ludicrum existimavit, ac repugnans laudato Concilii Tridentini Decreto, quod jubet, ut omnia Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Ideoque eadem Congregatio Concilii Interpres jussit Archiepiscopo, ut quamdiu moniales communem vitam non susciperent, receptionem puellarum ad religiosum habitum, & professionem illis interdiceret.

Congregatio quidem Regularium die secunda Julii 1589. in decretis editis pro reformatione monialium Neapolitanarum, & Salernitanarum, fragilitati sexus indulsit, ut in monasteriis, in quibus in eam usque diem retinebantur provisiones, & non omnia conferebantur in commune, concederetur licentia accipiendi aliquam subventionem, pro religiosis necessitatibus, depositariæ, seu Abbatissæ, atque ad illius nutum; & quæ superessent, Abbatissa in communes usus monasterii erogare teneretur: Ordinarii vero, sive Superiores quotannis exigerent rationem a depositaria, & Abbatissa de hujusmodi provisionibus, & in eas transgredientes graviter animadverterent. Nihilominus relatione postea facta Clementi VIII. die sexta Maji anni millesimi sexcentesimi, Sanctitas sua decreto

to Congregationis addidit, ut moniales omnes tenerentur provisiones omnes ipsis assignatas Superioribus fideliter significare, & consignare in certo libro notandas, & per communes Officiales monasterii, in totum, vel pro parte, ut opus esset, quotannis erogarentur. Refert Fagnanus in cap. *Monachi*, Extra. *De statu Monachorum & Monialium.*

Ultra hos fines progredi non posse videtur Superiorum indulgentia. Cavere tandem debent; ne tolerando peculium monachorum, & monialium, aut nimium indulgendo, vel dispensando contra regulas mox positas, & explicatas, æternam sibi, subditisque suis damnationem arcessant. Vale, Vir religiosissime, mei ad Altare Domini memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XCVIII.

Alias 72. quæ autem 98. erat, nunc 82.

De largitione munerum Regularibus utriusque sexus vetita.

RELIGIOSO VIRO ***

De largitione munerum personis regularibus ut-

[redacted]

& quamcunque largitionem, & missionem munerum penitus interdicit. Adeo ut nemo unquam eorum, vel earum, directe, vel indirecte, palam, vel occulte, tam communi, quam particulari nomine, etiam sub quovis statuti, vel consuetudinis, seu corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque causa, nisi in generali Capitulo, aut alia Congregatione re mature discussa, unanimi consensu omnium, Superiorumque permissu causa approbata fuerit, quidquam tale attentare valeat. „ Id autem „ ita absolute, & generatim vetitum declarat summus Pontifex, ut neque ex fructibus, redditibus, „ proventibus, collectis, vel contributionibus, aut „ oblationibus, sive eleemosynis, subsidiis certis, vel „ incertis, ordinariis, seu extraordinariis mensæ, seu „ massæ communis, neque etiam ex pecuniis, quæ „ a singulis quovis modo acquisitæ in commune con„ ferendæ sunt, munera largiri liceat; nec si per viam „ voluntariæ contributionis in commune congeran„ tur, nec si forsitan privatim, aut nominatim cuilibet Religioso a suis Superioribus, vel a propriis „ affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut be„ nevolis, vel a piis Christi fidelibus, etiam eleemo„ synæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ in„ tuitu attributæ, seu quoquo modo per quemlibet „ religiosum suo monasterio, domui aut loco acqui„ sitæ, eique, ut ad libitum de eis disponat, per Su„ periores concessæ fuerint: „ *Præterquam leviora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, vel religionem pertinentia munuscula, communi tantum, nunquam vero particulari nomine.* Missionem autem, & largitionem hujusmodi munerum, non solum per se, verum etiam per alios, tam directe, quam indirecte, prohibitas declarat cuicunque personæ, laicæ, vel ecclesiasticæ mittantur. *Ita ut inter ipsos etiam Religiosos (ne prava ambitione impulsi pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupetur) quæcunque largitio, aut donatio munerum (nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & in scriptis Superiorum) sit peni-*

tus

Superiorum largiuntur, modo id *modeste & discrete* fiat, ut explicat Urbanus VIII.

12. Ex causis gratitudinis, conciliationis, & conservationis, benevolentiæ in Ordinem, & Conventum, seu Congregationem Religiosam; item causa pietatis, charitatis, hospitalitatis, aliisve causis ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, discretam, & modestam munerum largitionem, aut pecuniarum aliquarum erogationem, cum Superiorum majorum, aut localium licentia legitime fieri posse a Viris Religiosis, & Monialibus ex Urbani VIII. Constitutione. Remunerationis etiam, & grati animi vice munerum largitionem modestam, & discretam cum Superiorum licentia probat idem Pontifex. Hæc enim non est donatio simpliciter, sed donatio ob causam, quam Jurisconsulti antidoralem vocant.

13. Religiosos Ordinum Militarium Pontificiis illis Constitutionibus de largitione munerum non teneri, quia illos excipit Clemens VIII. Nec Episcopos ex Religiosis Ordinibus assumptos, nec Regulares beneficia ecclesiastica habentes, quia munera non largiuntur ex bonis monasterii, sed ex redditibus, quorum liberam administrationem habent.

Optandum tandem est, ut quod a sacra Congregatione regularium decretum est pro monasteriis Sanctimonialium civitatum Neapolitanæ, & Salernitanæ die 2. Junii 1589. & 12. Julii 1592. in aliis pariter monasteriis stabiliatur, & observetur; ut scilicet *Confessariis monialium vicissitudo munerum, quantumvis exigui valoris, quæ sibi cum monialibus possit intercedere,*

[redacted]

quæcunque conficiant, aut coquant, ut illa venditent, donent, vel largiantur, nisi de licentia Abbatissæ, & de rebus modicæ impensæ, & in consanguineos tantum.

Vale, Vir religiose, nostrique tuis in Sacrificiis memineris, & sacrarum Virginum, quarum conscientias moderaris, orationibus nos commenda.



Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA XCIX.

Monialibus, quæ reformationem salutarem suscipere nolunt, præsertim quoad votum paupertatis, communemque vitam, & clausuram, Superiores prohibere possunt, ne recipiant Novitias, donec monasterium ad regularem observantiam reductum fuerit. Alias 77. quæ autem 99. erat, nunc 83.

REVERENDISSIMO VIRO ***

Reverendissimæ dignitatis tuæ consilium in causa monialium illi subditarum, quæ salutarem reformationem, in iis præsertim, quæ spectant votum paupertatis, communemque vitam, regularem habitum, & clausuram, suscipere nolunt post admonitiones, adhortationesque tuas, prudens, ac pium mihi videtur, ut scilicet prohibeas, ne recipiant novitias, donec monasterium ad regularem observantiam omnino reductum fuerit, & hanc ipsis licentiam concesseris. Simile erat Clementis VIII. consilium, qui Decretis ad Regularium reformationem editis prohibuit, ne quis deinceps ad habitum, vel professionem reciperetur, nisi in Conventibus regularis observantiæ, designatis, vel designandis, sub pœna nullitatis receptionis, & professionis inde secutæ; voluitque, ut sic recepti in iisdem Conventibus annum probationis agerent, & post professionem per annos aliquot permanerent.

Consilium quoque tuum Cardinalis Cajetani doctrinæ congruit, in 2. 2. S. Thomæ, ad quæst. centesimæ octogesimæ nonæ articulum quintum: „ In illis (*inquit*) locis expedit pueros in religione dare,

in quibus optandum eſt, ut ſimiles fiant illis, quorum conſortio dantur. Ubi autem perſonæ, quarum conſortio dantur, reprobæ ſunt, aut deviæ a regularibus inſtitutis, magna dementia eſt dare illis pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in multis viget locis, dum dantur pueri, & puellæ monaſteriis religioſorum, ſeu religioſarum vitæ communis, qui vulgo Conventuales, ſeu Clauſtrales appellantur. Quo fit, ut reformandi nunquam reformari poſſint, dum tranſgreſſores vitæ regularis continue nutriuntur, ac augentur. Unde ſanciri deberet, ut nullus puer, nulla puella poſſit religioni tradi, niſi ubi vere vivitur regulariter. Sic enim aut extinguerentur irregulariter viventes, aut reformarentur, vexatione dante eis intellectum „ „. Cæterum non minori ſuavitate, quam fortitudine agendum probe noſti hoc in negotio, pro ſexus teneritudine, ſacrarumque puellarum infirmitati, quantum ſalvo officio fieri poteſt, indulgendum; multa toleranda modo contra votorum ſubſtantiam non pugnent, ut fragor vitetur, & perturbatio conſcientiarum, ſenſimque ad perfectam obſervantiam perducantur. Va- [redacted]

priusquam habitum regularem susciperet, deposita, religiosæ domus Procuratori tradi jussit. Die professioni designata, summo mane repentino morbo correptus obiit, donatione minime revocata. Quæris, teneaturne monasterium summam illam octo millium librarum Fratris Guillelmi heredibus restituere ante sententiam judicis, an vero tuta conscientia possit illam retinere; cum donata sit ab eo, qui bonorum suorum liberum dominium, ac dispositionem secundum leges habebat, servataque sit forma Tridentini Concilii Decreto præscripta, sess. 25. *De Regularibus*, *cap.* 16.

Summam octo millium librarum sine cunctatione, & mora restituendam esse censeo defuncti F. Guillelmi heredibus, ante sententiam judicis, ante contestationem litis, ante interpellationem secundum juris formulas factam; quia caduca est, & irrita donatio; cum similes donationes, ex Concilio Tridentino, non alias effectum suum sortiantur, *nisi secuta professione.* Atque ita in similibus causis sensisse sacram Congregationem Concilii interpretem refert *Fagnanus* cap. *Statuimus*, Extra. *De Regularibus.* Sane donatio facta fuisse censetur monasterio a F. Guillelmo intuitu professionis; cum igitur professio secuta non fuerit, summa data restituenda est Novitii defuncti heredibus, sicut ipsi restituenda esset, si superstes non emisisset professionem, sed habitu regulari dimisso rediisset ad seculum. Quod enim ob causam donatum est, causa non secuta jure a donatore, vel ab ejus heredibus repetitur, ut constat ex L. *Non omnis*, D. *De rebus creditis, si certum petatur*, & L. *Si pecuniam*, D. *De conditione causa data, causa non secuta.* Vale, mei ad Altare Domini memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA CI.

Alias 79. quæ autem 161. erat, nunc 5.

Summa pecuniæ monaſterio a Laurentio donata ante ſuſceptionem habitus religioſi, repeti ab ejus heredibus non poteſt.

CLARISSIMO VIRO ***

Germanum tuum impetrata miſſione ab exercitu, in quo decem annos meruerat, ſanctiori militiæ nomen dediſſe, plurimum gaudeo, ſed lætitiam minuit lis exorta inter monaſterium *** in quo profeſſionem emiſit, & te ipſum, ratione donationis trium millium librarum eidem monaſterio factæ; antequam probationis habitum ſuſciperet. Summam traditam monachis conteſtata lite repetis, cauſæ (ut ais) æquitati confidens; de qua meam nihilominus rogas ſententiam, num Concilii Tridentini Decreto ſeſſ. 25. *De Regularibus*, cap. 16. ſimiles donationes irritæ non ſint.

Vellem conſilium meum rogaſſes ante litis conteſtationem, tibi certe actionem diſſuaſiſſem. Concilii namque Tridentini mox laudatum decretum dona- [redacted]

EPISTOLA CII.

Christianis inter Paganos degentibus nullo prætextu licet eorum Sacrificiis, aut aliis ritibus superstitiosis ministrare, vel interesse, etiam ficte, & aversa ab illis intentione. Alias 14. quæ autem 103. erat, nunc 86.

RELIGIOSO VIRO*** MISSIONARIO APOSTOLICO ***

Quæstioni a te propositæ plane respondeo, non licere Christianis inter Paganos degentibus interesse sacrificiis in honorem idoli, aut etiam Philosophi, quem gens, ut magistrum veneratur, vel Progenitorum pariter ethnicorum oblatis, quolibet obtentu; aut genua flectere coram altari, in quo offeruntur; aut coram tabellis, quæ *Sedes animæ*, vel *spiritus Philosophi*, aut *Progenitorum defunctorum* inscribuntur; aut superstitiosis quibusvis ritibus, eorum etiam occasione funerum, ministerium aliquod, vel solam præsentiam exhibere, quamvis ficte intersint, animoque sint ab illis superstitionibus prorsus alieno, aut genuflexiones, intentionemque dirigant ad crucem, quam occulte gerunt, vel in templo inter flores absconderunt.

Hæc scilicet prorsus illicita esse respondit sacra Congregatio de propaganda fide decreto edito anno 1645. die 12. Septembris, approbante Innocentio X. summo Pontifice; & per aliud Decretum Congregationis sancti officii confirmato die 13. Novembris 1669. approbante Clemente nono Pontifice maximo. Et certe, qui hæc licere Christianis contenderent, in hæresim Elxeseitarum incurrisse convincerentur, quos Elxai pseudopropheta *simulatores esse docuit, cum ullum negaret esse crimen, si quis persecutionis tempore idola veneretur, dummodo minime id ex animo faciat; aut si quid oretenus, non item animo profiteatur*; ut refert S. Epiph. lib. 1. Hæresi 19.

Illis, qui hæc licere contendunt, & perniciosam adeo simulationem ab idololatriæ labe vindicare co-

nantur, opponendus eſt præclarus ille Tertulliani locus, *Apologetici* cap. 25. „„ Igitur provocati ad ſacrificandum, obſtruimus gradum pro fide conſcientiæ noſtræ, qua certi ſumus, ad quos iſta perveniant officia, ſub imaginum proſtitutione, & humanorum nominum conſecratione. Sed quidam dementiam exiſtimant, quod cum poſſimus, & ſacrificare in præſenti, & illæſi abire, manente apud animum propoſito, obſtinationem ſaluti præferamus. Datis ſcilicet conſilium, quo vobis abutamur, ſed agnoſcimus, unde talia ſuggerantur. Illæ ſcilicet Spiritus dæmoniacæ, & angelicæ paraturæ, qui noſter ob divortium æmulus, & ob Dei gratiam invidus, de mentibus veſtris adverſus nos præliatur. *Quæ conventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templi Dei idolis? Vos enim eſtis templum Dei vivi.* Fugite idololatriam, omnem utique, & totam (*ait alibi idem Tertullianus.*) Recogita ſylvam, & quantæ latitant ſpinæ. Nihil dandum idolo, ſed nec ſumendum ab idolo. Si in idolio recumbere alienum eſt a fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Chriſto, & Beliæ? Et ideo fugite. Lon-

2. Cor. 6.

Tertul. lib. De Corona cap. 11.

evadendæ passionis, & implendi officii. Cæterum subvertit totam substantiam sacramenti caussatio ejusmodi, ut etiam voluntariis delictis fibulam laxet, nam & voluntas poterit necessitate contendi, habens scilicet unde cogatur ».

Frustra vero respondent Neoterici, ritus illos prout ab Ethnicis fiunt, superstitiosos, & idololatricos esse; at cæremonias, sive observantias esse mere civiles, prout a Christianis usurpantur. Eadem enim cavillatione Philosophi pagani, qui Deos inanes, & falsos esse existimabant, & omnes Gentilium sacrorum cæremonias quasi civiles cultus non quasi religiosos usurpare per se, ac frequentare dicebant, cum procul a plebe philosopharentur, ab idololatria excusari possent. Sic enim de cæremoniis illis Seneca apud S. August. libro 6. *De Civitate Dei*, cap. 10. *Quæ omnia sapiens servabit tanquam legibus jussa, non quasi Diis grata. Omnem istam Deorum turbam, quam longo ævo longa superstitio congessit, sic adorabimus, ut meminerimus cultum ejus magis ad morem, quam ad rem pertinere.* Sane ritus in honorem Philosophi, & Progenitorum, qui animalium immolatione, oblatione carnium, libatione vini, invocatione spiritus, suffitibus, cereorum accensione, prostrationibus coram tabella, quæ inscribitur *Sedes animæ*, bonorum a Paganis defunctis expectatione constant; Ritus (inquam) illi ad idololatriam pertinent, *cujus afflatum vice pestis, etiam e longinquo devitari* Apostoli, & apostolici viri voluerunt, *non in idolorum tantum cultu, sed & in universa serie humana superstitionis, sive Diis suis, sive Defunctis, sive Regibus mancipata, vel ad eosdem spiritus immundos pertinentis, modo per sacrificia, & sacerdotia, modo per festos dies, & alia id genus* (ut loquitur Tertullianus lib. *De Idololatria*, cap. 13.)

Nec refert, quod Philosophum, & Progenitores suos homines fuisse Pagani illi agnoscant. Nam & Deos suos olim homines fuisse veteres idololatræ Græci, & Romani agnoscebant, & ultro fatebantur,

„„ Recogitemus (*inquit Tertullianus ibidem* cap. 15.) omnem idololatriam in homines eſſe culturam, cum & ipſos Deos nationum homines retro fuiſſe, etiam apud ſuos conſtet. Itaque nihil intereſt, ſuperioris, an hujus ſeculi viris ſuperſtitio iſta præſtetur. Idololatria non propter perſonas, quæ apponuntur, ſed propter officia iſta damnata eſt, quæ ad dæmones pertinent „„.

Cultus, quem Pagani illi Progenitoribus ſuis exhibent in oblationibus, ſuffitibus, nidoribus, libationibus, genuflexionibus, proſtrationibus, precationibus, conſultationibus, ſeu interrogationibus coram eorum imaginibus poſitus, nihil differt a cultu, quo Ethnici, Græci, & Romani defunctos olim ſuos proſequebantur. „„ Sed (*inquit Tertullianus lib. De Spectaculis, cap. 6.*) de idololatria nihil differt apud nos ſub quo nomine, & titulo, dum ad eoſdem ſpiritus perveniat, quibus renuntiamus, licet mortuis. Licebit, Diis ſuis faciant, proinde mortuis ſuis faciunt. Una conditio utriuſque eſt, una idololatria, una renuntiatio noſtra adverſus idololatriam „„.

Et cap. 12. „„ Et idololatria parentationis eſt ſpecies. Tam hæc, quam illa mortuis miniſtrat. In Mor-

corde; ita etiam est perniciosa falsitas, si quis exteriorem cultum exhibeat alicui contra id, quod sentit in mente. Unde S. August. dicit contra Senecam, quod *Eo damnabilius ista, quæ mendaciter agebat, sic ageret, ut eum populus veraciter agere existimaret.* Hic rursus S. Thomas art. III. in responsione ad tertium; *Idololatria* (inquit) *præsupponit interiorem infidelitatem & adjicit exterius indebitum cultum. Si vero sit exterior tantum idololatria absque interiori infidelitate, additur culpa falsitatis.* S. August. lib. 6. De Civ. Dei, cap. 10.

Neophytorum nemo difficultatem obtendat ab his abstinendi propter consanguineorum offensiones, odia acerbissima, exclusionem a publicis muneribus, & gradibus, persecutiones, mulctas, reique familiaris detrimenta, honoris, famæ, vitæ pericula. Undique scopuli, fateor; sed „„ Inter hos scopulos, & sinus, inter hæc vada, & freta idololatriæ velificata spiritu Dei fides navigat, tuta si cauta, secura si attonita. . . Nihil esse facilius potest, quam cautio idololatriæ, si timor ejus in capite sit. Quæcunque necessitas minor est, periculo tanto comparata. Propterea Spiritus sanctus consultantibus tunc Apostolis vinculum, & jugum nobis relaxavit, ut idololatriæ devitandæ vacaremus. Hæc erit lex nostra; quo expedita, hoc plenius administranda, propria Christianorum, per quam ab Ethnicis agnoscimur, & examinamur. Hæc accedentibus ad fidem proponenda, & ingredientibus in fidem inculcanda est, ut accedentes deliberent, observantes renuntient sibi „„. Hæc sufficere videntur impræsentiarum ad respondendum propositæ quæstioni. Vale, meique ad Altare Domini in Sacrificio Pretii nostri memineris. Tertul. lib. De Idol. cap. 24.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA CIII.

Virga divinatoria uti, lethale peccatum est, & divinationis per virgas professoribus Absolutio est deneganda, Alias 56. quæ autem 103. erat, nunc 109.

 nisi

niſi arti ſuperſtitioſæ renuntiaverint, & pœnitentiam egerint.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO ***

De Virgæ divinatoriæ virtute quæſtionem in Urbe moveri ſcribis, meamque rogas de hoc argumento ſententiam. Nihil forte novi meis ex literis diſces; reſpondebo tamen, ut ſoleo, quoties mihi Morales quæſtiones proponuntur, breviter, ac nitide.

Virga, quam divinam vocant, baculus curvus eſt ex corylo, ſalice, aut alia arbore deciſus, cui virtutem vulgo tribuunt revelandi, & indicandi abſtruſa ſuo motu, præſertim vero abditos aquarum latices, venaſque, defoſſa in terra metalla, aurum, argentum, æs, &c. tranſpoſitos item limites, res furto ablatas, homicidia, illorumque auctores, & conſcios; quod poſtremum haud ſine magna ejus, qui virgam tenet, in cujus & manibus movetur, commotione fieri jactant. Multa de hujuſmodi virgæ mirabilibus effectis vulgata ſunt, & ſcriptis etiam prodita, quibus haud leviter adhibenda fides. Notum eſt, Jacobum Aymarum Lugdunenſis agri ruſticum, tractandæ virgæ di-

mota, nec ullam pulsus commotionem, aut cordis palpitationem insolitam ille persensit, qualem ipsi contigisse Lugduni ferunt, in loco ubi vir, & mulier fuerant contrucidati. Ductus est & in viam, qua transierat, & prope domum, in quam fugerat homicida; quem nec ipsi virga revelavit. His, aliisque experimentis probavit serenissimus Princeps Condæus Aymarum fraudulentum circulatorem, ac impostorem esse, idque testatum voluit publicis literis, quæ in gallico eruditorum Diario Parisiis editæ sunt. Idem Aymarus Voriohi in Sabaudia homicidii publici ignotum auctorem quærens virgæ divinatricis ope, juvenem indicavit, super quem virga illa mota est; quem tamen insontem esse juridicis documentis, & instructa lite judices compertum habuerunt, lataque sententia declaraverunt. Censeo igitur virgæ bifurcatæ, seu recurvæ motum in locis, ubi sunt latices aquarum absconditi, vel abditi terræ thesauri, latens aurum, argentum, aliudve metalli genus; ubi constituti sunt, vel esse debent agrorum limites, malitia hominum transpositi; ubi res sunt furto raptæ; ubi homicidium perpetratum est, qua transierunt, fugerunt, se receperunt, vel in quibus degunt, aut detinentur homicidæ, fures, eorumve conscii; censeo, (inquam) hujusmodi motum contingere, vel fraude illorum, quorum manibus virgula tractatur, aut phantasiæ vi, manum in motum concitantis, aut casu; aut denique occulto dæmonis, quocum pactum saltem implicitum est, impulsu, non virtute naturali.

Sane si naturales essent hi effectus, virga non minus super aquas erumpentes, & super terram fluentes, quam in terra latentes moveretur; siquidem vis sympathetica, in quam nonnulli Physici id refundunt, sese magis exerceret. Non minus etiam indicaret motu suo reclusam in crumenam, vel in arca pecuniam, quam terra defossam. Deinde eumdem operaretur effectum virga, cujusvis tractaretur manibus, sicut magnes, & succinum in omnium æque manibus ferrum, vel paleam attrahunt. At certum,

&

& exploratum eſt, virgam divinam in omnium manibus non moveri.

Præterea, tametſi ingenita, & occulta virgæ ex corylo, vel ſalice, aut arbore quavis alia decerptæ ſympathia latices aquarum abditos indicare poſſet, non tamen quam alte ſint demerſi, quam uberes, & alias hujuſmodi circumſtantias, quas ſe virgæ divinæ motu perſpectas habere nonnulli jactant. De metallorum venis idem dicendum.

Tertio, ex intentione ejus, qui virgam tenet, motum ejus pendere conſtat, ex eo, quod verſus aurum, vel argentum non moveatur, nec illa indicet, quamvis per loca, ubi defoſſa ſunt, tranſeat, ſi quærat aliud, verbi gratia, latices aquarum. Id porro naturali virtute non operatur, cujus operatio non pendet ex intentione hominis.

Quarto, duorum hominum pacta, quibus conventum eſt, ut lapis ad terminandos agri fines certo loco ponatur, nec in lapidem, nec in virgam influunt; adeoque impoſſibile eſt, ut virga conventionem ſecuta ſit immobilis, manente inviolatoque pacto; eodem infracto moveatur locum verſus, ubi lapis tranſpoſitus reponendus eſt, ibique tandem hæreat

ad usus supradictos, reos esse peccati lethalis contra primum Decalogi præceptum, & superstitionis a Deo damnatæ a Propheta his verbis: *Populus meus in ligno suo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei.* Oseæ 4. 12. Quem locum S. Cyrillus Alexandrinus in Commentariis sic interpretatur: „ „ Est hic alter fallaciæ modus, divinatio per virgas, inventum, ni fallor, Chaldaicæ curiositatis. Sic enim contra Jerusalem divinabat Nabuchodonosor, sicut & divinus Propheta Ezechiel testatur. Duas enim virgas statuentes, deinde arcanis quibusdam verbis eas incantantes, ut agente diabolo procidarent, & cadentes rursum observabant, utrum prorsum, an retrorsum in dextrum, an in sinistrum ferrentur. Sic deinceps, quod illis placebat accedentibus nuntiabant „ „. Et Theodoretus in eumdem locum vocat *Virgas fraudis adjutrices.* Ezech. 21.

Virgæ divinatoriæ usus, motusque ad imaginaria illa signa pertinet: „ „ Quæ tantum valent, quantum præsumptione, quasi communi quadam lingua cum dæmonibus fœderata sunt. Quæ omnia plena sunt pestiferæ curiositatis, cruciantis solicitudinis, mortiferæ servitutis, non enim quia valebant, animadversa sunt, sed animadvertendo, atque signando factum est, ut valerent. Et ideo diversis diversa proveniunt secundum cogitationes, & præsumptiones suas. Illi enim spiritus, qui decipere volunt, talia procurant cuique, qualibus eum irretitum per suspiciones, & consensiones ejus viderint. *Atque hæc signa a plerisque mitiore nomine Physica vocari, & ut talia vindicari satagant*, ut quasi non superstitione implicare, sed natura prodesse videantur... Quibus illusionibus, & deceptionibus evenit, ut ictis superstitiosis divinationum generibus multa præterita, & futura dicantur, nec aliter accidant, quam dicuntur, multaque observantibus secundum observationes suas eveniant, quibus implicati curiosiores fiunt; & sese magis, magisque inserant laqueis perniciosissimi erroris. Omnes igitur artes hujusmodi nugatoriæ, vel no- S. August. l. 2. de Doctrina christ. cap. 20. 23. & 24.

noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum, & dæmonum, quasi pacta quædam infidelis, & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano „. Ad Sacramentorum igitur participationem admitti, & sacramentaliter absolvi non debent, quicunque virgam divinatoriam adhibent ad rerum supradictarum revelationem, ac detectionem, sive inquisitionem, nisi superstitiosæ ejusmodi arti renuntiaverint; nec illi, qui ipsorum opera usi sunt ad prædicta exploranda, nisi sinceram agant pœnitentiam. Vale, mei tuis in sacrificiis memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA CIV.

Alias 57. quæ autem 104. erat, nunc 73. *Præcepto de Missa audienda satisfacit, qui horas canonicas, quarum ad recitationem tenetur; Sacri tempore persolvit; non vero qui peccata Sacerdoti confitetur.*

RELIGIOSO VIRO ***

Quæstionibus tuis de attentione ad Sacrum audiendum necessaria, paucis respondeo. Ea carere [redacted]

niunt; interrogandi sunt imprimis utrum Missam ea die audierint. Si non audierint, remittendi sunt, ut audiant, & satisfaciant Ecclesiæ præcepto, eorumque confessio, & communio in alium diem differenda est, si tempus illam excipiendi, & istam administrandi post majus Sacrum non supersit; monendique sunt, ut vespertinis horis, vel ante Missam ad confessionem veniant, ut utrique Ecclesiæ præcepto satisfacere possint. Quamquam vero præcepto de Missa audienda satisfaciant Clerici, qui tempore Sacri Horas canonicas recitant; convenientius tamen est alio tempore sacrum Breviarii pensum persolvere, ut tota animi attentio ad Sacrificium Pretii nostri, & ad omnes Missæ partes, ac ritus sacros, eorumque Mysteria feratur, & oblationem, actionemque Sacerdotis prosequatur fidelis auditor ejusdem Sacrificii, sui oblatione, piisque fidei, spei, & charitatis actibus. Vale, mei tuis in orationibus memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA CV.

Utrum mulier, quæ pro marito, vel alio fidejussit, solvere teneatur: An res suas abscondere, vel solum vertere tuta conscientia possit. Alias 58. quæ autem 105. erat, nunc 87.

CLARISSIMO VIRO *** VIGILANTISSIMO PAROCHO.

Quæstionem per literas nuper ad me datas proposuisti, quam Patronus Curiæ facilius forte solveret, quam vir Theologus; utrum mulier, quæ pro marito, vel alio fidejussit, solvere teneatur, an res suas abscondere, vel solum vertere tuta conscientia possit. Cum Vellejano Senatusconsulto juvari videatur, quod mulieres pro aliis fidejubere, ac intercedere vetat, L. *Vellejano*, & L. *Et primo*, D. *Ad Senatusconsultum Vellejanum.* Tuæ tamen interrogationi respondebo, siquidem & Theologum harum rerum peritum esse decet, quantum ad consilia conscientiæ danda opus est.

An-

Augustus, & Claudius Imperatores Edictis olim sanxerunt, *Ne feminæ pro viris suis intercederent.* Postea ad Marci Silani, & Velleji Tutoris consultationem Senatus edixit, ne pro ullo feminæ *intercederent.* Ratio legis est, quia *sicut moribus civilia officia adempta sunt feminis, & pleraque ipso jure non valent; ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo non sola opera, nudumque ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris.*

Verum exceptionem multiplicem pati Vellejanum Senatusconsultum, ita ut eo non obstante mulier, quæ pro alio intercessit, rea teneatur, & obligata maneat, Jurisconsulti observant.

Primo in favorem dotis, non tantum propriæ filiæ, pro qua mulier se obligat genero, sed generatim pro quacunque dote, etiam extraneæ. L. *Si dotare* C. *Ad Senatusconsult. Vellejanum*; & L. *Generaliter* eodem titulo.

Secundo, si Vellejani Senatusconsulti privilegio mulier sciens prudens, & a Magistratu, vel Notario admonita in quo privilegium illud juris positum sit, deliberato consilio renuntiaverit, eo non juvatur. Leg. *Si mulier*, §. 4. sub eodem Digestorum titulo. Juri enim suum in favorem condito renuntiare quilibet potest, secundum hanc juris regulam: *Invito beneficium non datur.*

Tertio, si mulier pretium acceperit pro intercessione, facta est rea, & ad solvendum obligatur, L. *Antiqua*, C. sub eodem titulo.

Quarto, si mulier sponte, ac mentiendo deceperit. L. *Si mulier in jure.* D. sub eodem titulo, & L. *Si decipiendi*, cujus hæc sunt verba: *Si decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei Senatusconsulti non datur; actionem enim, quæ in dolum mulieris competit, amplissima ordo non excludit.* Id confirmat lex *Et primo*, ibid. §. 3. *Sed ita demum eis subvenit S. C. si non callide sunt versatæ, hoc enim divus Pius, & Severus rescripserunt. Nam deceptis, non decipientibus opitulatur. Infirmitas enim feminarum,*

narum, non calliditas auxilium meruit. Quamobrem si vir sciente, & connivente uxore, rem uxoris creditori suo quasi propriam obligaverit, rea fiet uxor, & ad solvendum obligata. Si tamen ab initio noverat creditor esse rem uxoris, petitione summoveri poterit a muliere privilegio Vellejani Senatusconsulti fulta. L. *Si sine*, C. *Ad Vellejanum Senatusconsultum*, cujus hæc sunt verba: „ „ Si sine voluntate tua res tuæ a marito pignori datæ sunt, non tenentur. Quod si consensisti obligationi, sciente creditrice; auxilio Senatusconsulti uti potes. Quod si patientiam præstitisti, ut quasi suas res maritus obligaret, decipere noluisti mutuam pecuniam dantem; & ideo tibi non succurreretur Senatusconsulto, quo infirmitati, non calliditati mulierum consultum est „ „.

Quinto, si mulier post intercessionem, vel cautionem intra biennium pro eadem causa secundo fidejubeat, vel novo pignore, vel novo sponsionis, sive obligationis instrumento tradito, nullum quidem pristinæ fidejussionis, secundum leges invalidæ, robur addit; sed si post biennium id præstiterit, rea, & obligata censebitur. L. *Si mulier perfectæ ætatis*, C. *Ad Senatusc. Vellejanum*, cujus hæc sunt verba: „ „ Siquidem intra biennale juge tempus post priorem cautionem numerandum, pro eadem causa fecerit cautionem, vel pignus, aut intercessorem dederit, nihil sibi præjudicare, quod adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam jacturam inciderit. Sin autem post biennium hæc fecerit, sibi imputet, & quod sæpius cogitare, poterat, & evitare, non fecit, sed ultro firmavit; videtur enim ex hujusmodi temporis prolixitate, non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere, & tam ex secunda sese obnoxiam facere, in quantum hoc fecit, quam pignus, aut intercessorem utiliter dare „ „.

Sexto, si mulieris fidejussio in ipsius utilitatem, compendiumque vertatur, obnoxia manet solutioni. L. *Sed si eum.* D. sub eodem titulo. Unde *si mater, cum filiorum suorum patrimonium geret, tutoribus eorum securita-*

ritatem promiserit, & fidejussorem præstiterit; vel pignora dederit; quoniam quodammodo suum negotium gessisse videtur, Senatusconsulti auxilio neque ipsa, neque fidejussor ab ea præstitus, neque res pignoratæ adjuvantur, ut habetur L. *Si mater*, C. sub eodem titulo. Simili ratione si mulier pro creditore suo alii se obligaverit, vel ab eo se vel debitorem suum delegari passa est, Vellejani Senatusconsulti auxilium non habet, L. *Frustra*, ibidem. Et L. *Si pro aliquo*, D. sub eodem titul. „ „ Si pro aliquo mulier intercesserit, sed in rem ejus, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti locum non habet; quia non fit pauperior. Item, si quid liberaliter fecerit, veluti ne judicatus pater ejus propter solutionem vexetur, non erit tuta Senatusconsulto. Oneribus enim earum Senatus succurrit „ „. Hac autem in specie nullo onere gravatur, nullum damnum patitur.

Septimo, gallicano jure, ac moribus mulier obligatur, si pro liberando ex carcere marito fidejusserit. Et nostri quidem mores hac in specie negotii pietati congruunt. Si enim vellejani Senatusconsulti favor cessabat olim, cum pro manumissione servi mulier spoponderat, Leg. *Veterum*, Cod. *Ad Senatusconsult. Vellejanum*; si cessat pariter privilegium istud, cum mulier

EPISTOLA CVI.

An filiusfamilias, vel ejus pater, aut heredes, aut fidejuſſor, pecuniam mutuo ab ipſo acceptam, dum eſſet ſub paterna poteſtate, reſtituere teneatur. Alias 59. quæ autem 106 erat, nunc 13.

CLARISSIMO VIRO ***

PAROCHO ***

De filiofamilias propoſuiſti quæſtionem, an ille, vel ejus pater, aut heredes, aut fidejuſſor pecuniam mutuo acceptam, dum exiſteret ſub paterna poteſtate reſtituere creditori teneantur.

Senatuſconſultum Macedonianum dictum eſt a fœneratore quodam Macedone, cujus occaſione editum fuit, qui nimirum filiisfamilias pecunias numerabat, cum magno fœnore poſt mortem patris reddendas.

Reſpondeo, non ſemper teneri; quia Senatuſconſulto Macedoniano ſancitum eſt, ne ulla ex mutuo filiisfamilias ſub patris poteſtate, aut cura tutoris exiſtentibus dato obligatio contraheretur, L. 1. D. *De Senatuſconſulto Macedoniano.* Nulla igitur actio creditori hac in ſpecie permittitur, niſi filiusfamilias caſtrenſe peculium habeat. Tunc enim uſque ad quantitatem caſtrenſis peculii ex mutuo accepto obligatur: *Cum filiifamilias in caſtrenſi peculio vice patrum familiarum fungantur*, ut ait Juriſconſultus.

2. Si patris mandato, aut permiſſu creditor filio mutuam pecuniam numeravit, Macedoniano Senatuſconſulto ſe tueri non poteſt, quominus ſolvat; ut ſancitum eſt L. *Si permittente*, C. *Ad Senatuſconſultum Macedonianum.*

3. Nec etiam filiumfamilias ea lex juvabit, ſi mutuum illi datum fuerit mercaturam exercenti patris nomine, vel ſuo, ſi pater illum commercio ſuo præpoſuit, aut peculiare commercium exercere paſſus eſt: *Quoniam patris voluntate contractum videtur. Nam ſi ſcit eum negotiari, etiam hoc permiſiſſe videtur, ſi non nominatim prohibuit merces accipere.*

4. Item ſi acceperit pecuniam, & in rem patris vertit, quamvis ab initio non eo conſilio acceperit, Macedonianum Senatuſconſultum ipſi non ſuffragatur; *Patri enim, non ſibi accipit*; Quamobrem ad reſtitutionem, ſive ſolutionem tenentur pater, ipſeque filius,

cum in paterna bona successerit, aut emancipatus fuerit, si pater non solvat, & heredes. Id colligitur ex L. *Item si filiusfamilias* D. *Ad Senatusconsult. Macedon.*

5. Exceptio Macedoniani Senatusconsulti admittitur in mutuo duntaxat pecuniario, non vero in rerum aliarum mutuo, frumenti, vini, olei, pannorum. Quamobrem patet, vel filius, cum emancipatus fuerit, vel heredes, illarum pretium solvere tenentur; *Nisi fraus Senatusconsulto adhibita sit a creditore, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, ut his distractis fructibus, uteretur pecunia.* Tunc enim subveniendum esse filiofamilias Jurisconsultus docet, eadem lege, §. 3 *Mutui dationem.*

6. Nec etiam patri, aut filiofamilias Senatusconsultum Macedonianum suffragatur, quominus teneantur solvere, quod ipsi filio, præsertim longe agenti a patre, & in necessitate constituto mutuo datum est, quod ipse pater subministrare solebat, vel tenebatur, ut respondet Ulpianus eadem lege, §. 13. „ „ Quod dicitur, in eo, qui studiorum causa absens mutuum acceperat, cessare Senatusconsultum, ita locum habet, si probabilem modum in mutuo non excessit; certe eam

8. Denique si illi, qui juvari poterant Macedoniano Senatusconsulto, sponte solverint, sive filius, sive pater, sive heres, sive fidejussor, non eis licet solutum repetere, L. *Sed si paterfamilias*, D. §. 4. *Hi demum solutum non repetunt, qui ob pœnam creditorum actione liberantur, quoniam exonerare eos lex voluit, Quamquam autem solvendo non repetant, quia naturalis obligatio manet*, &c. Et L. *si non fortem*, D. *De conditione indebiti*, §. 9. *Filiusfamilias contra Macedonianum mutuatus si solverit, & patri suo heres effectus, velit vindicare nummos, exceptione summovebitur a vindicatione nummorum*, Et L. *Qui exceptionem*, 40. sub eodem tit. Dig. *Qui exceptionem perpetuam habet, solutum per errorem repetere non potest, Sed hoc non est perpetuum, Nam si quidem ejus causa exceptio datur, cum quo agitur; solutum repetere potest; ut accidit in Senatusconsulto de intercessionibus. Ubi vero in odium ejus, cui debetur, exceptio datur, perperam solutum non repetitur; veluti si filiusfamilias contra Macedonianum mutuam pecuniam acceperit, & paterfamilias factus solverit, non repetit.*

9. Idem esto judicium, si filiusfamilias post emancipationem fidem suam obligaverit de solvenda pecunia mutuo accepta, cum minor esset, vel alio quovis modo debitum agnoverit, ut habetur L. *Zenodorus*, C. *Ad Senatusc. Maced.* cujus hæc sunt verba: *Zenodorus si cum sui juris esse publice videretur, aut patris voluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ oneribus incumberet, vel suæ potestatis constitutus novatione facta fidem suam obligavit, vel alias agnovit debitum, non esse locum Decreto amplissimi Ordinis, rationis est.* In ea igitur specie ad solvendum tenetur tum jure naturali, tum civili.

10. Idem censendum, si filiusfamilias miles sit quamvis minor, ut habetur L. *Si filiusfamilias*, sub eodem tit. C. „ „ Sin autem miles filiusfamilias pecuniam creditam acceperit, sive sine mandato, sive consensu, vel voluntate, vel ratihabitione patris, stare oportet contractum; nulla differentia introducenda, ob quam caussam pecuniæ creditæ, vel ubi consumptæ sint. In pluribus

tuere tenetur fructus perceptos a die occupationis, sive intrusionis, ut colligitur ex Canone, *Si virgo*, causa 34. quæst. 1. & 2. *Tamdiu quisque bonæ fidei possessor dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: Cum vero sciverit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibetur.* Et L. *Certum*, C. *De rei vindicatione*, dicitur: *Certum est, malæ fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re præstare; bonæ fidei vero, extantes; post autem litis contestationem, universos.* Et L. *Sed etsi lege*, §. *Si ante litem contestatam*, Dig. 5. tit. *De petitione hereditatis*, dicitur: *Post litem contestatam, omnes incipiunt malæ fidei possessores esse; quinimo post controversiam motam. Quamquam enim litis contestatæ mentio fiat in Senatusconsulto, tamen & post motam controversiam omnes possessores pares fiunt, & quasi prædones tenentur. Et hoc jure hodie utimur. Cœpit enim scire rem ad se non pertinentem possidere is, qui interpellatur.*

Et L. *Nemo ambigit*, D. *De acquirenda possessione*; sic habetur: *Interpellatione vero, & controversia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione, & causa in judicium deducta, super jure pos-*

præsentant, prout contingit, quando defunctus fuit possessor malæ fidei, & ei successit heres, qui rei alienæ scientiam non habuit, sed credidit defunctum fuisse legitimum dominum; & tunc bona fides non prodest heredi ad fructuum acquisitionem. Cum enim succedat in jus omne defuncti, ejusque personam in omnibus repræsentet, consequens est, ut in vitium quoque, & malam fidem illius succedat, quæ propterea ipsi etiam heredi nocet. Unde lex *Litigator*, C. *De fructibus, & litis expensis*, ubi statuit, possessorem post contestationem litis teneri ad restitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum; subdit: *Heredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est*. Et L. *Cum heres*, Dig. 44. *De diversis temporalibus præscriptionibus*, Papinianus ait; *Cum heres in jus omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia non excludit... Neque enim recte defenditur, cum exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur*. Si vero personæ, quæ in jus alterius succedunt, non repræsentant in omnibus personam, a qua jus habuerunt, nec ab ea causam habent universalem, sed singularem (ut Jurisperiti loquuntur) ut si quis a malæ fidei possessore emerit, aut dono acceperit non bona fide; tunc bona fides in successore superveniens prodest ipsi ad fructuum acquisitionem, nulla habita ratione personæ, a qua causam habuit, quia in illius vitium non succedit, ut colligitur ex L. *Si ego*, §. *Partus*, Digest. 6. tit. *De Publiciana in rem actione*.

In secunda specie, quando scilicet bona fides supervenit sine mutatione personarum; aut supervenit ex justa, & legitima causa existimandi se bonæ fidei possessorem, & tunc possessor fructus suos facit, justeque retinere potest a tempore, quo bona fide possidere cœpit; aut nulla supervenit justa causa, sed possessor sola cogitatione, aut cupiditate rectum judicium obnubilante, sibi visus est esse bonæ fidei; & tunc possessor non facit fructus suos, nec rem ipsam meliori jure possidet quam antea; quia sine justa, & legitima causa superveniente nemo potest sibi mutare

causam possessionis, ut habetur. L. *Non solum*, D. *De usurpationibus, & usucapionibus.*

Aliud impræsentiarum non occurrit, quod ad te de isto argumento scribam. Hoc responso utere, & vale, me tuis in sacrificiis memor.

Lutetiæ Parisiorum.

EPISTOLA CVIII.

De restitutione raptorum. Utrum sufficiat eis ad absolutionem, & veniam impetrandam, tantumdem reddere, quantum rapuerint?

VENERABILI COMPRESBYTERO ***

De modo restitutionis raptorum dubium proponis, utrum satisfaciant restituendo æquale rerum, quas rapuerunt? Amplius restituendum tibi videtur, non ratione quidem damni dati, quod æquali restitutione reparatur, & compensatur, sed ratione violentiæ, contumeliæ, & injuriæ singularis, quæ rapinæ adjuncta est, & ratione evangelicæ legis, ad quam Dei misericordia vocati sumus, quæ hac in parte plus a suis professoribus exigit, quam lex Mo-

aliquem defraudavi, quadruplum dabo, & mediam mearum rerum partem inopibus offeram. Quod ſi quadruplum tempore legis redditur, quanto magis ſub gratia? Et ſi furem tantum reſtituere oportet, quantum rapacem? Nam præter damnum contumelioſa res eſt rapacitas. Quare ſi centuplum etiam dabis, vix totum reddidiſti. Non temere igitur diximus talentum eſſe offerendum, ſi mnam rapueris „ „.

Duo in rapina ſpectari poſſe probe noſti, rei ſcilicet alienæ ablationem, & contumelioſum auferendi modum; quatenus alteri res ſua per apertam violentiam aufertur. Quod ſpectat rei alienæ ablationem, ſatis eſt ad reſtitutionem, ut reparetur æqualitas, tantum reſtituendo, quantum ablatum eſt; quod vero contumeliam ſpectat, hæc pœna graviore expianda eſt, cujus inflictio pertinet ad judicem; hujus ante ſententiam raptor plus reſtituere non tenetur, quam accepit. Sed etſi nomine reſtitutionis proprie, & ſtricte ſumptæ plus reſtituere non teneantur, quam acceperunt rerum alienarum raptores nomine tamen ſatisfactionis plus ſolvere tenentur, & pauperibus erogare, ad Deum placandum, & promerendum, & ad crimen expiandum. Quin & illatam ablatione violenta contumeliam compenſare tenentur, collata iis, qui paſſi ſunt, ampliori pecunia ad arbitrium prudentis conſcientiæ moderatoris, niſi pro illata contumelia aliter ſatisfaciant, aut injuria ab eo, cujus intereſt, condonetur. Nec ex S. Joannis Chryſoſtomi oratoria exaggeratione aliud colligendum eſt. Unde præciſe, ac ſtricte magis loquens ſubdit: „ „ Si hunc ordinem perverteris, & integras aliorum hereditates rapueris, pauca vero ex multis, & ea non illis, quibus injuriam intuliſti, reddideris; quæ tibi ſatisfactio, quæ indulgentia, quæ ſalutis ſpes remaneret? Vis videre, quam magnum ex hujuſcemodi miſericordia facinus committas? Audi Scripturam: *Sicut qui filium coram patre ſuo interfecit, ita qui offert ſacrificium ex pecuniis pauperum* „ „. Eo itaque collineare videtur tota ſancti Joannis Chryſoſtomi oratio, ut rerum alienarum raptores criminis veniam

S. Th. 2. 2. qu. 62. art. 3.

Eccli. 34.

non

non consequi doceat pauca restituendo ex multis, quæ rapuerunt, & aliquas eleemosynas ex rebus direptis, & male partis erogando; sed quæcunque rapuerunt bona, ex integro restituere teneri illis, quibus rapta sunt, & insuper uberes eleemosynas ex propriis bonis largiri. Vale, meique in sacrosancto Sacrificio memineris. *Lutetiæ Parisiorum.*

EPISTOLA CIX.

Alias 103. quæ autem 109 erat, nunc 71.

Nullum est sine duplicitate cordis Mendacium.

PIO SACERDOTI ***

Quæstio, quam de mendacio proponis, ne umbram quidem difficultatis habet. Nullum esse sine duplicitate cordis mendacium, certo teneas. Unde qui falsum pro vero, incertum pro certo enuntiant, & affirmant, quod tamen verum, & certum esse putant, rei non sunt mendacii; neque etiam illi, qui promissa non implent, si vere animum habuerint illa implendi, cum promiserunt, quippe qui duplicitatem cordis non habuerint; quamvis aliunde rei sint violatæ fidei, si absque justa causa propositum mutaverunt. Doctrina

facile caves, si eamdem tuam ignorantiam non ignoras, quatenus dicas & tu: *Et si quid ignorantia mea mecum est*; sancti Job sententia est. Job. 19. Agnoscite, pessimæ matris, ignorantiæ, pessimæ itidem filiæ duæ sunt, falsitas, & dubietas. Illa miserior, ista miserabilior; perniciosior illa, ista molestior. Cum loquitur Spiritus, cedit utraque, & est non solum veritas, sed & certa veritas. Est quippe veritatis ille Spiritus, cui contraria falsitas est. Est & sapientiæ, quæ cum sit candor vitæ æternæ, & ubique attingat propter munditiam suam, obscurum ambigui non admittit. Cavenda sane cum Spiritus iste non loquitur, etsi non molesta dubietas, certe falsitas execranda. Aliud est enim sub incerto, hoc vel illud opinando sentirè; aliud temere affirmare, quod nescias. Aut ergo loquatur semper Spiritus, quod nostri quidem minime arbitrii est; aut quando silere placet, hoc ipsum indicet, & loquatur saltem suum silentium; ne ipsum nobis falso præire putantes, nostrum pro ipso male securi sequamur errorem. Et si suspenderit ambiguo, non relinquat mendacio. Est qui dubie profert mendacium, nec mentitur; & est, qui veritatem, quam nescit, affirmat, & mentitur. Nam & ille quidem, quod non est esse, sed se, quod credit, credere dicit, & verum dicit, etiamsi hoc verum non sit, quod credit; & is cum se certum, unde non est certus, dicit, verum non dicit, etiamsi verum sit, de quo asserit „„.

Id denique confirmat S. Thomas Secunda secundæ, quæst. 110. art. III. ad 5. „„ Ille (*inquit*) qui aliquid promittit, si habeat animum faciendi, quod promittit, non mentitur, quia non loquitur contra id, quod gerit in mente. Si vero non faciat, quod promisit, tunc videtur infideliter agere per hoc, quod animum mutat. Potest tamen excusari ex duobus; uno modo, si promisit id, quod manifeste est illicitum; quia promittendo peccavit, mutando autem propositum bene facit; alio modo, si sunt mutatæ conditiones personarum, & negotiorum „„. Abunde præstiti, quod rogabas. Vale, meque Deo in sancto Altaris Sacrificio commenda. *Luteiia Parisiorum.*

MO-



MONUMENTA, QUIBUS DOGMATA CATHOLICA, ET DISCIPLINA CONFIRMANTUR.

I.

INNOCENTII X. CONSTITUTIO

De quinque famosis Propositionibus ex Jansenii Yprensis Episcopi libro excerptis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, universis Christifidelibus Salutem, & Apostolicam Benedictionem.



CUm occasione impressionis libri, cui titulus, *Augustinus Cornelii Jansenii* Episcopi [redacted]

IV. *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.*

V. *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.*

Nos, quibus inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tuto militare, & tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnium tempestatum fluctibus, ac procellis, secure navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit; pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus ad id specialiter sæpius congregatis, a pluribus in sacra Theologia Magistris, easdem quinque Propositiones, ut supra, nobis oblatas, fecimus singillatim diligenter examinari, eorumque suffragia tum voce, tum scripto relata, mature consideravimus, eosdemque Magistros, variis coram nobis actis Congregationibus, prolixe super eisdem, ac super earum qualibet differentes audivimus.

Cum autem ab initio hujuscemodi discussionis ad divinum implorandum auxilium, multorum Christifidelium preces, tum privatim, tum publice indixissemus, postmodum iteratis eisdem ferventius, ac per nos solicite implorata sancti Spiritus assistentia, tandem divino Numine favente, ad infrascriptam devenimus declarationem, & definitionem.

Primam prædictarum Propositionum: *Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus, secundum præsentes, quas habent, vires sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant*: temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Secundam: *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur*; hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Ter-

prædecessoris jussu, dum adhuc in minoribus constituti Cardinalis munere fungeremur, omnibus illis congressibus interfuimus, in quibus apostolica auctoritate eadem causa discussa est, ea profecto diligentia, qua major desiderari non posset, quamcunque dubitationem super præmissis in posterum auferre volentes, ut omnes Christifideles in ejusdem fidei unitate sese contineant ex debito nostri pastoralis officii, ac matura deliberatione, præinsertam Innocentii prædecessoris nostri Constitutionem, Declarationem, & Definitionem harum serie confirmamus, approbamus, & innovamus, & quinque illas Propositiones ex libro præmemorato Cornelii Jansenii Episcopi Yprensis, cui titulus est, *Augustinus*, excerptas, & in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento damnatas fuisse declaramus, & definimus, ac uti tales inusta scilicet eadem singulis nota, quæ in prædicta declaratione, & definitione unicuique illarum sigillatim inuritur, iterum damnamus; & eumdem librum sæpe dicti Cornelii Jansenii, cui titulus, *Augustinus*, omnesque alios, tam manuscriptos, quam editos, & si quos forsan in posterum edi contigerit, in quibus prædicta ejusdem [redacted]

inobedientes, & rebelles prædictis pœnis, aliisque juris, & facti remediis, invocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino coerceant.

Datum Romæ apud S. Mariam majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, decimo septimo Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

III.

ALEXANDRI VII. CONSTITUTIO

Qua præscribitur Formula, cui subscribendum adversus quinque Propositiones Jansenii.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Regiminis Apostolici divina providentia nobis quamvis immeritis commissi ratio postulat, ut ad eam potissimum, quæ catholicæ religionis integritati, & propagationi, animarumque saluti, & fidelium tranquillitati consulere apta, & idonea esse judicantur, animum, & curam omnem, quantum licet in Domino, applicemus. Quamobrem Cornelii Jansenii hæresim in Galliis præsertim, ab Innocentio X. felicis recordationis prædecessore nostro fere oppressam, ad instar colubri, cujus caput attritum est, in varios gyros, & cavillationum flexus euntem, singulari constitutione ad hunc finem edita, altero assumptionis nostræ anno extinguere conati fuimus. Sed ut multiplices hostis humani generis artes adhibet, nondum plene consequi potuimus, ut omnes errantes in viam salutis redirent; qui tamen unicus erat votorum, & curarum nostrarum scopus, quibus operam, & industriam suam egregio sane studio venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi, & Episcopi regni Galliæ, earumdem constitutionum apostolicarum executioni præcipue intenti, contulerunt, & charissimus in Christo Filius noster Rex christianissimus singulari pietate auxiliatem dexteram strenuo, ac constantissimo animo porrexit. Cum autem

præfatus Rex christianissimus eodem religionis zelo ductus per suum in urbe Oratorem nobis significari exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium pestiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi posse, quam si omnes certam formulam subscriberent nostra auctoritate firmatam, in qua quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui titulus *Augustinus*, excerptas sincere damnarent; ac proinde illam a nobis quanto citius expediri ad quælibet effugia præcludenda, omnesque removendos obtentus flagitaverit: Nos tam piis dicti Regis christianissimi votis benigne annuendum esse ducentes, formulam infrascriptam ab omnibus ecclesiasticis, etiam venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, necnon aliis quibuscunque ecclesiastici Ordinis tam Regularibus, quam Secularibus, etiam Monialibus, Doctoribus, & Licentiatis, aliisque Collegiorum Rectoribus, atque magistris subscribi distincte mandamus, idque intra tres menses a die publicationis, seu notificationis præsentium. Alias contra eos, qui intra terminum præscriptum non paruerint, irremissibiliter procedi volu-

tos ubique judicari, & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane esse, si secus super his a quocunque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum ordinariis committimus, & mandamus, ut singuli in suis Diœcesibus, ac locis suæ jurisdictioni subjectis, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque exequantur, & exequi ac observari ab omnibus curent, & inobedientes quoscunque per sententias, censuras, & pœnas; aliaque juris, & facti remedia, appellatione postposita, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino compellant. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram constitutionem, ordinationem infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Romæ apud sanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicæ 1669. 15. Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno decimo.

I. Cardinalis Prodatarius. *S. Ugolinus.*

Visa de Curia, P. Ciampinus.

D. Ciampinus.

IV.

BREVE

Clementis IX. Pontificis maximi, Constitutiones Innocentii X & Alexandri VII. confirmans, & sinceram, sine ulla exceptione, aut restrictione, subscriptionem formularii exigens, & a quatuor Episcopis factam commendans.

Venerabilibus Fratribus Henrico Arnaldo Andegavenſi, Nicolao Chovart Bellovacenſi, Franciſco Stephano Appamienſi, & Nicolao Pavillon Alectenſi Epiſcopis.

CLEMENS PAPA NONUS.

Venerabiles Fratres,

Salutem, & apoſtolicam Benedictionem.

Venerabilis Frater Archiepiſcopus Thebarum Nuntius iſthic noſter miſit ad nos elapſis diebus fraternitatum veſtrarum Epiſtolam, in qua cum ingenti obſequii nobis, & huic ſanctæ Sedi per vos debiti teſtificatione ſignificabatis, vos juxta præſcriptum Literarum apoſtolicarum a felicis recordationis prædeceſſoribus noſtris Innocentio X. & Alexandro VII. emanatarum ſincere ſubſcripſiſſe, & ſubſcribi feciſſe formulario in ejuſdem Alexandri VII. literis edito. Etſi autem quædam de hac re ſecus circumlata occaſionem nobis præbuerant in tam gravi negotio ſerius procedendi (nam dictorum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus firmiſſime inhærentes, nullam circa illud exceptionem, aut reſtrictionem admiſſuri unquam fuiſſemus) in præſens tamen cum nova, & gravia iſthinc accepérimus documenta veræ, & totalis obedientiæ ve-

ac perturbationes fidelium animarum. Vobis venerabiles Fratres, apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die 19. Januarii 1669, Pontificatus nostri anno secundo.

Signatum,

Florentinus.

V.

BREVE

Innocentii XII. Pontificis maximi ad Archiepiscopum Mechliniensem, & Episcopos Antuerpiensem, Gandavensem, Brugensem, & Ruremondensem, in Belgio ditionis Hispanæ.

De quinque Propositionum Jansenii damnatione, & Formularii subscriptione secundum Constitutiones apostolicas, Invidioso Jansenismi nomine quemquam nominari vetat, nisi legitime suspectum, quod aliquam ex quinque Propositionibus damnatis tenuerit.

VENERABILES FRATRES.

Nuper ex literis fraternitatum vestrarum primum accepimus orta esse aliqua dissidia, dum alii alios incusant tanquam novarum opinionum Sectatores, qui cum verbo, tum scriptis Constitutiones felicis recordationis Innocentii X. & Alexandri VII. prædecessorum nostrorum, in quibus quinque Propositiones ex libro Cornelii Jansenii, cui titulus est *Augustinus*, exceptæ, & damnatæ, una cum Formulario juramenti in earumdem condemnationem præstandi, continentur, variis interpretationibus inutiles, & inefficaces reddere non sine gravi animarum detrimento conantur. Cumque maxime nobis curæ esse debeat pro debito pastoralis Regiminis nobis ex alto commissi, ut semper firmæ Prædecessorum nostrorum Constitutiones permaneant in rebus, quæ ad orthodoxæ fidei integritatem conducunt, ad dissidia omnia, quæ Ecclesiæ, & Fidelium pacem perturbant, compescenda; in primis prædictis Constitutionibus

Innocentii X. & Alexandri VII. exemplo Prædecesso-rum nostrorum firmiter inhærentes, easque in suo robore fuisse, & esse declarantes, Fraternitatibus vestris, de quarum zelo, & pietate plurimum in Domino confidimus, mandamus, ut contra omnes, & quoscunque, cujuslibet status, & conditionis existant, qui ausu temerario prædictas quinque Propositiones sic damnatas in Constitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. publice, vel privatim tam in Scholis, quam in Concionibus verbo, vel scripto defendere præsumpserint (servato tamen juris ordine) procedatis, eosque debitis pœnis in eisdem Constitutionibus contentis puniri curetis, cum ad comprimendum tam grave malum, quod jam diu catholicam Ecclesiam vexat, efficacius remedium adhiberi non posse videatur.

Præterea Fraternitatibus vestris injungendum duximus, prout per præsentes injungimus, ut pro vestra pietate, & prudentia facultate illa, qua per Constitutionem apostolicam muniti estis, ita Formularii subscriptionem, seu juramentum ad praxim reducatis, ut in exigendo juramento prædicto zelus & charitas vestra maxime eluceant, ne alicujus fama indebite lædatur, aut detractionibus, & murmurationibus locus

Caeterum ad praecavendas omnes dissidiorum causas, quae christianam pacem dilacerant, nos quoscunque alios sensus Formularii, praeter eum, quem ipsius verba exhibent, afferri, vel usurpari, aut de his disputari interdiximus, & prohibuimus, ac super ejusdem Formularii interpretatione, sicut & praedictarum propositionum in alios sensus, praeter eum, quem ipsa verba per se exhibent, perpetuum silentium imposuimus, ut ex nostris Decretis, tam super ipso silentio, quam super prohibitione omnium librorum editorum, vel edendorum in hac materia plenius innotescet; cum ad summum Pontificem duntaxat pertineat sensum, quem in his propositionibus damnaverit, & ut damnatum a Fidelibus credi consueverit, declarare.

Demum ad extinguenda Theologorum jam pridem inter sese excitata dissidia, fraternitatibus vestris, quantum in Domino possumus, praesentibus nostris mandatis injungimus, ne ulla ratione quempiam vaga ista accusatione, & invidioso nomine Jansenismi traduci, aut nuncupari sinatis, nisi prius suspectum esse legitime constiterit, aliquam ex his propositionibus tenuisse; nec quemquam sub hoc praetextu repelli ab officiis, muniis, beneficiis, gradibus, ac concionibus habendis, vel alia quacunque functione ecclesiastica permittatis, nisi servato juris ordine, eam poenam, quae viris alioquin catholicis gravissima est, commeruisse probatum fuerit. Haec ad fraternitates vestras rescribenda decrevimus, non de vestra voluntate, & studio circa Ecclesias fidei vestrae creditas diffidentes, sed animi nostri affectum, & omnium Ecclesiarum solicitudinem testificantes, ut tandem, qui pastor pastorum est, vigilasse nos in gregis nostri custodia, divino suo judicio comprobare dignetur.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die sexta Februarii 1694. &c.

Signatum, Marius Spinula.

VI.

BREVE ALTERUM.

INNOCENTII XII.

Ad eosdem Præsules, declarans superiore Brevi confirmatas a se Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutiones, non reformatas.

Venerabiles Fratres,

Salutem, & apostolicam Benedictionem.

Literas, quas decima nona Julii ad nos dedistis, libenti animo accepimus, cum in illis vestras ad hanc Sedem preces intellexerimus, quibus nostrum judicium pro sana doctrina vestris in Diœcesibus stabilienda postulatis. Ex iisdem autem literis aperte deprehendimus illa, quæ quoad Jansenismum exponitis, non procedere ex eo, quod Brevi a nobis sexta Februarii anni millesimi sexcentesimi nonagesimi quarti ad vos dato satis ipsis non sit consultum; sed potius quia idem Breve executioni fortasse, uti par esset, non mandetur, cum illud nulla prorsus indigeat explicatione, aptumque, ut in ipso præscripta adim-

cum ea omnia facile probari possint, quia agitur de actibus externis.

Non sine admiratione intelleximus, nonnullos istis in Diœcesibus reperiri, qui verbis & calamo ausi fuerint affirmare, supradicto nostro Brevi alteratam, seu reformatam fuisse Constitutionem Alexandri VII. decima sexta Octobris anni millesimi quinquagesimi sexti editam, & Formularium ab ipsomet pronuntiatum, cum dicto Brevi utrumque specifice confirmetur, & omni modo intenderimus, & intendamus eisdem adhærere, & nequaquam sinere, ut aliquid addatur, vel dematur a prædicto Formulario, illud quovis modo alterando in aliqua ejus minima parte; sed quod in omnibus, & singulis ejusdem partibus, uti mandavimus, mandamus etiam ad amussim observari.

Quod attinet ad libros S. Scripturæ idiomate vulgari traductos, & alios prohibitos, patent Constitutiones Prædecessorum nostrorum, & potissimum felicis recordationis Pii IV. quibus satis superque abusibus providetur, uti etiam confugia ad alia tribunalia a consimilibus Constitutionibus inhibentur, quarum Episcopi suis in Diœcesibus observantissimi executores esse debent.

Quod pertinet ad pendentes controversias circa administrationem Sacramentorum, donec aliquid specialius decernatur, ab iisdem Episcopis advigilandum est, ut juxta Sanctiones canonicas, statuta Conciliorum, & praxim Ecclesiæ administrentur, habita casuum, atque eorum circumstantiarum ratione. Etenim in præsens magna solicitudine discussioni propositionum, quæ inter alias abunde delatas ad hoc argumentum spectant, adlaboratur a Consultoribus, & Qualificatoribus supremæ hujusce inquisitionis, qui omnes sunt Prælati, & doctrina præstantes.

De vestra autem in hanc Sedem observantia adeo præclare sentimus, ut plane confidamus non omissuros vos ejusdem mandata debita charitate, & prudentia exequi, summam in spem venientes restituen-

dam

dam tandem iſti provinciæ tranquillitatem, qua cæteræ omnes fruuntur. Fraternitatibus interim veſtris apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Novembris 1696. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Subſignatum, *Marius Spinula*

Superſcriptio:

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mechlinienſi, Epiſcopis, Antuerpienſi, Ruremondenſi, Brugenſi, Gandavenſi.

VII.

MANDATUM,

Et Inſtitutio paſtoralis illuſtriſſimi, ac reverendiſſimi DD. Archiepiſcopi Pariſienſis *Antonii Ludovici* de Noailles, S. R. E. tit. Sanctæ Mariæ ſuper minerva Cardinalis.

Ex Gallico idiomate ſumma fide latine red-

Damnans Librum inſcriptum, Expoſition de la Foy touchant la Grace, & la Predeſtination, *id eſt*, Expoſitio fidei de Gratia & prædeſtinatione, *editum*

servationi, qua debemus cura, invigilare decrevimus, Spiritum scilicet erroris insurgere semper novimus *adversus scientiam Dei* pravæ alicujus doctrinæ no- 2 Cor. 10. 5.
vitate; nec unquam a cœptis desistere, quamvis consilia sua destrui videat per potentiam Spiritus veritatis. Sperabamus tamen fore, ut motus, ac tumultus, quos in Ecclesia gallicana hoc seculo tamdiu excitavit, & quorum memoria sine dolore renovari non potest, omnino sedarentur Censuris summorum Pontificum, quas & omnes Episcopi cum reverentia receperunt, ac executioni mandarunt, & auctoritas, pietasque Regis, ob ardentissimum pro fide catholica studium Primogeniti Ecclesiæ filii nomine dignissimi, amplexa, & tutata est. Causa tam solemniter finita, sperare licebat errorem pariter finiendum, ut S. Augustini verbis in simili occasione utamur. Sed maximo cum doloris sensu videmus, adhuc apud nos versari inquieti ingenii homines, & pacis inimicos, edique in lucem, ac disseminari libros, quibus pax Ecclesiæ turbari posset, ac diuturnæ, molestæque controversiæ, & contentiones renovari, in quibus cohibendis, ac sedandis tanta difficultas est. Talis est liber inscriptus: *Exposition de la Foy touchant la Grace, & la Predestination*, id est, *Expositio fidei de Gratia, & prædestinatione.*

Nemo nescit, quos tumultus, quem fragorem excitaverint quinque famosæ Propositiones, ex libro Cornelii Jansenii Yprensis Episcopi, cui titulus *Augustinus*, excerptæ. Decennio ab ejus editione, octoginta quinque Galliarum Episcopi, cum in eo Propositiones animadvertissent jam a sancto Concil. Trid. damnatas, quod & hominis libertatem nimis arctarent, Deique bonitatem angustis nimium finibus concluderent, ad Sedis apostolicæ auctoritatem confugerunt. Qui tunc in ea sedebat Innocentius X. Constitutionem edidit pridie Kalendas Junii 1653. qua quinque illæ dicti libri Propositiones justa Censura confixæ, atque damnatæ sunt. Primam illam Constitutionem Alexandri VII. duabus aliis Constitu-

tionibus explicuit, confirmavit, altera data 16. Octobris 1656. altera 15. Februarii 1665. qua Formularium continetur, cujus ſubſcriptionem imperabat; quod quidem cum eo, & ſenſu, & ſpiritu convenit, quod a Cleri gallicani Cætu anno 1656. editum fuerat.

Apoſtolicas illas Conſtitutiones, Epiſcopi, qua par erat, reverentia, & animi ſubmiſſione unanimiter receperunt, ſubſecutus eſt totius Eccleſiæ catholicæ conſenſus. Hæc ſatis erant ad deſtructionem tam pernicioſæ doctrinæ, cum maxime illius auctor Janſenius ſcripta ſua Sedis apoſtolicæ judicio, & Cenſuræ, imminente morte, ac ſupremæ voluntatis tabulis ſubjiciens, imitandum diſcipulis ſuis dediſſet exemplum. Verumtamen cum ſuperbia, quamvis proſtrata ſemper extollatur, hæreſim in libro recens edito redivivam cum dolore videmus, & quidem majore periculo, quod hujuſmodi liber, vernaculo conſcriptus idiomate, a ſimplicibus, & imperitis, non minus quam a doctis legi poteſt.

Ut igitur officio noſtro in re tanti momenti fungeremur, opus illud diligenter examinari curavimus, ipſique diu examinavimus, in quo nobis facile fuit [redacted]

scopis Belgii, & Theologiæ facultati Lovaniensi tradit sanctissimus Pontifex Innocentius XII. (quem Deus multos annos conservet ad christianæ reipublicæ bonum, cujus vere Pater communis est) literis datis in forma Brevis die 6. Februarii 1694.

Viam inire non possumus tutiorem. Itaque Constitutionibus Innocent. X. & Alexand. VII. inhærentes, post maturam deliberationem, sancto Dei nomine invocato, librum, cui titulus est: *Exposition de la Foy touchant la Grace, & la Predestination, imprimé a Mons chez Gaspard Migeot*, damnamus seu continentem Propositiones falsas, temerarias, scandalosas, blasphemas, Deo injuriosas, ejusque bonitati derogantes, anathemate pecussas, & hæreticas respective, demum ut renovantem quinque Propositiones Jansenii, eo minus ferenda temeritate, quod Anonymus ille Auctor non modo asserere audeat, ut dogma fidei, quod tale revera non est, verum etiam quod fides execratur, & quod universa detestatur Ecclesia.

Nec alias tamen Propositiones in hoc libro contentas approbamus, cujus lectionem prohibemus sub pœna excommunicationis, aliisque de jure. Mandamus sub iisdem pœnis, ut dicti libri exemplaria in Nostris, aut Vicariorum nostrorum generalium manibus deponantur, nihil omissuri, quod Pastoralis nostri sit officii, ut doctrinam hoc libro contentam, ac renovatam penitus extingui, & supprimi curemus.

Ne vero bonum semen cum zizaniis eradicetur, postquam eorum errorem deteximus, qui doctrina gratiæ abusi sunt, ex ejus efficacia consectaria quædam erronea inferrentes, officii pariter nostri esse ducimus de tanti momenti argumento Clerum, populumque christianum curæ nostræ a Spiritu S. commissum, quæ necessaria sunt, edocere. Id præstabimus, sepositis difficilioribus, & quæ scholam spectant, quæstionibus, satis habentes ex Scriptura sacra, Conciliis, & SS. Patribus haurire documenta, quæ pietatem illuminare, & fovere, non curiositatem exercere, & contentiones excitare valeant.

Ne-

Nemo Christianus est, qui credere non teneatur, sine gratia Christi nos in salutis negotio nihil posse. Piæ
Jac. 1. 17. cogitationes, sanctæ operationes: *Omne donum perfe-*
Phil. 2. 13. *ctum desursum est, descendens a Patre luminum. . . Deus est, qui operatur in vobis, & velle, & perficere*, ut expresse docet Apostolus. Dejicere igitur, ac humiliare nos debemus coram Deo, intuitu impotentiæ nostræ; in spem vero, ac fiduciam animos erigere, consideratione bonitatis omnipotentissimæ Christi Jesu. Quamtumvis ex nobis ipsis infirmi, & imbecillissimus, qualemcunque a nobis vitæ integritatem, ac perfectionem
Con Trid. *Deus* postulet, nobis tamen *impossibilia non jubet; sed*
Sess. 6. c. 11. *jubendo monet & facere, quod possimus, & petere, quod non possimus, & adjuvat, ut possimus.* Igitur, qui indiget sapientia, eam a seipso non expectet, ut superbi Philosophi; sed postulet a Deo, ut petierunt semper humiles Ecclesiæ filii.

Sapiens illa, & pia Mater a Spiritu sancto directa, precibus suis, ad normam orationis Dominicæ compositis, & gratiæ necessitatem, & medium, quo potest obtineri, nos edocet. Hanc a primis temporibus invariabilem regulam sancti Patres tradiderunt, legem orationis statuere legem fidei; & ut recte intelligatur

tate, ac sanctimonia; ut regnum ejus, cui omnia subdita sunt, quamprimum adveniat; ut voluntas ejus in nobis, sicut in cœlo, impleatur; & ut panis noster quotidianus, id est, necessarium animabus, & corporibus alimentum ejus liberalitate, ac munificentia nobis detur.

Quemadmodum vero supplices ab illo petimus bona, quibus indigemus, precamur etiam, ut nos liberet a malis, quæ formidare debemus; obsecramus, ne unquam tentationi succumbere nos permittat, & ut nos liberet a malo, id est, a peccato, quod unum verum malum est, malorumque fons, & origo cæterorum, nos in perpetuum tempus defendat. Donum perseverantiæ usque in finem liberatio illa complectitur, ut probat hæc ratio, quam ministris suis suggerit, omnibusque fidelibus proponit Ecclesia in sacra Communione fundendam: *Fac me, Domine, tuis semper inhærere mandatis, & a te nunquam separari permittas.*

His in supplicationibus Oriens cum Occidente concordat, decemque, & amplius præteriere secula, ex quo gratiæ Defensores hanc orationem protulerunt ex Liturgia S. Basilio adscripta: *Domine virtutum, malos, quæsumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva, omnia enim potes, & non est, qui contradicat tibi; cum enim volueris salvas, & nullus resistit voluntati tuæ.*

Petrus Diac. lib. de Incar. & Grat Christi, ad S. Fulg. c. 8.

Hæc divinæ voluntatis in nobis operans omnipotentia, illam sacrificii orationem pariter inspiravit: *Nostras etiam rebelles ad te compelle propitius voluntates.* Non quod iustificemur, & salvemur inviti, sed quod Deus voluntates nostras ex rebellibus subditas, & obedientes faciat, in illisque amorem boni, quod prius oderant, operetur. Et dum de malo mutat voluntatem in bonum, transfert, dirigit, perficit, non aufert, vel cogit libertatem, ut loquitur S. Bernardus. Gressus hominis Dominus dirigit, faciendo, ut viam ejus libere ineat. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet.* Deus ad se trahit animam, faciendo ut trahentem liberrima electione sequatur.

S. Ber. lib. De Grat. & lib. arb. c. 11.

Ps. 36. 23.

Nemo igitur sibi fingat, efficacia gratiæ humanam

destrui libertatem, aut libertate hominis gratiæ vim & efficaciam enervari. Quis credat difficile esse Deo qui condidit hominem liberum, facere, ut libere agat, ejusque voluntatem præparare, & adjuvare, ut, quod sibi gratum est, eligat? Scriptura sacra, Traditio, ratio ipsa nos docent, potestatem omnem, ac vires, quas ad bonum habemus, a Deo nobis tribui, & a bono faciendo nos abstinere seu declinare posse, propria experientia cognoscimus. Quin etiam sæpius contingit, ut gratiis a Deo nobis collatis actu resistamus, easque
2. Cor. 6.1. *in vanum recipiamus.* Sed quantamcunque potentiam sentiamus in nobis dissentiendi gratiæ Dei, etiam efficacissimæ, Deum omnipotentem esse fides docet, & consequenter ex nostra voluntate, & per nostram voluntatem facere posse, quod ipse voluerit. Cum ergo placet omnipotenti misericordiæ Jesu Christi vocare nos
Rom 8. 28. ea vocatione, quam *secundum propositum*, id est decretum voluntatis ejus, Apostolus vocat, ipsi mortui vocem ejus audiunt, & sequuntur. Funiculi, quibus gratia ejus nos trahit, tam suaves, & amabiles nobis videntur, quam gravia, & pudenda nobis fiunt vincula peccati: *Atque inspirata gratiæ suavitate per Spiritum sanctum facit* (Deus) *plus delectare, quod præ-*

S. Aug. l. De Spir. & litera, c. 29.

seu in nobis orare, id ita interpretantur SS. Patres, quod orare, & postulare nos faciat, *impartito salubriter orationis affectu, & effectu*; & Ecclesia hanc edocta veritatem, his verbis Deum precatur: *Ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare.*

Deus igitur tanta potestate nos facit orare, quanta potestate bona opera in nobis, & per nos operatur. Media penes se habet certissima, quibus det nobis perseverantiam in oratione, ut nos impetrare faciat perseverantiam in sanctitate vitæ. Beneficia gratiæ suæ ante omnia tempora præscivit, prædestinavit, præparavit. Novit etiam, quibus ea æterna misericordia, & amore gratuito præparabat. Hoc ponendum imprimis fundamentum est, nullum esse in Deo injustitiam, neminemque hominem altitudinem incomprehensibilium consiliorum ejus scrutari debere. Quidquid in nobis est boni, a Deo est, quidquid mali, nobis unice imputandum. *Cum Deus coronat electorum suorum merita, nibil aliud coronat quam munera sua*; nec reprobos damnat, & punit nisi ob eorum peccata, in quæ velut causam unicam eorum perditio refundenda est. Hinc discimus nos concurrendo cum gratia, humili, ac fidei cooperatione, totum opus salutis nostræ cum SS. Cypriano, & Augustino, tribuere Deo debere; *Ut totum detur Deo.* Nosque summa fiducia sortem nostram ejus committere debere bonitati, cum eodem S. Augustino certissime persuasum habentes, quod *Tutiores vivimus, si totum Deo damus, non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus.* S. August. Lib De Dono persev. c. 6. 11 12.

Verum ne hæc fiducia, hæc omnis solicitudinis nostræ in Deum projectio nobis persuadeat nihil nobis in salutis nostræ negotio agendum; siquidem S. Petrus docet, *Satagere* nos debere, ut *per bona opera certam nostram vocationem, & electionem faciamus*; & S. Paulus ad currendum nos hortatur, ut præmium æternum promereri, & consequi possimus? *Sic currite, ut comprehendatis*; & S. Augustinus asserit, nos etiam *ipsam obediendi perseverantiam* a Deo *sperare debere*, 2. Petr. 1. 10 1 Cor 9. 4 Lib de Dono persever. cap. [illegible]

 &c.

Conc. A- ... Concilii Trid.
rauf. c. 2. ante feculis Concilium Ar
Can. 25. verat: *Hoc etiam* (inquit
credimus, quod accepta per
ptizati, Christo auxiliante,
tem animæ pertinent, possin
borare voluerint, adimplere.

Auctoritate Sedis Apostolicæ post Ep. S. Cœlestini 1. ad Episcop. Galliæ. Ep. 70. ad possessorem Episcopum.

Hæc sunt, quæ Fideles sc prædestinationis Mysterio, defixus ita obstupuit, seque lus Paulus. Cætera vero sp *diores, difficilioresque partes quas sicut non audemus conten bemus adstruere.*

Absit vero, ut sanctos Patr mata nobis tradiderunt, & pr stinum, modum in his excess cum econtra summi Pontific *hunc sinistræ suspicionis saltem r* ad doctrinam, ab eorum Ant probatam. Tantum abest, ut i quibus inimici gratiæ maxime tatis tramite exorbitaverit, u diti ... rmifdas dic ...

Brev. ad Facult. Theol. Lovan. 6. Febr. 1695.

Hæc sana est de Prædestinatione, & gratia Jesu Christi doctrina; cujus præcipuus fructus esse debet, ut Fidelibus humilitatem, & vigilantiam christianam inspiret, ut ex doctrina imbuti propriam infirmitatem timeant, & ad officia sua attentius, & studiosius implenda excitentur. Ex ea intelligent, se sine Christo *Nihil posse facere*; sentient simul se *Omnia* Jo. 15. 5.
posse in eo, qui illos confortat. Timorem eorum su- Phil. 4. 13.
stentat fiducia, & his virtutibus disponitur anima ad Rom. 5. 5.
Dei amorem, quem *Spiritus sanctus in cordibus nostris* cum gratia *diffundit*, quæ in delectabili hujus amoris inspiratione præcipue posita est. Huic amori timor pœnarum æternarum viam præparat. Hujus amoris inchoatio corda conversioni aperit, perfectio in vita meliore confirmat. Amore Dei virtutes omnes animas subeunt, in illisque perficiuntur; falsæ Moralis principia dissipantur, siquidem amor, & lumen infert, quo officia nostra cognoscamus, & fervorem, quo impleamus. Hoc amore fit, ne homines quærere pergant excusationes in peccatis; inter illas porro tam inanes excusationes, quibus amor proprius infirme sustentatur, nulla perniciosior est ea, qua obligatio diligendi Deum, quod omnium officiorum hominis prius, & principalius, ut justius, & amabilius est, excutitur.

Concionatores, & Confessarios adhortamur, illisque præcipimus auctoritate Spiritus sancti, qui nos pastores constituit ad regendam Ecclesiam Dei, ut sanctæ, quam ipsi proponimus, doctrinæ fideliter adhæreant; siquidem omni ex parte ex Scriptura sacra deprompta, ipsisque Sanctorum verbis a sancta Sede, & ab Ecclesia catholica receptis, ac probatis expressa; in Domino confidentes, fore, ut qui alio animo scripsissent, non expectent suorum castigationem errorum, pœnasque a nobis infligendas, si in illis persisterent, sed præveniant, ad sanam doctrinam redeuntes.

Atque, ut hac in re sanctissimi Patris, summique Pontificis Innocentii XII. sapientem agendi rationem

Sed cum auctor ad alios nos remittat locos, ubi de infantibus sermo sit, ad eam tandem partem legendo devenimus, in qua hæc sunt posita: *Parvulos quod attinet, qui sine Baptismo decedunt, cœlesti quidem regno, quasi paternæ culpæ reos, nec expiatos exclusit. Non exclusit tamen naturalibus bonis* (beatitudine scilicet naturali; quod primum annotamus) *& a peccato præservavit; æternoque supplicio, quo, si adolescerent, puniendi essent; cum sola* (inquit) *præservatio a peccato* (quam semper supponit in parvulis originali licet vero, magnoque peccato inquinati) *pluris valeat, majorisque pretii sit, quam regnum ipsum cœleste.* Quasi major res sit tantum carere malis, quam æterna vita, Deoque ipso perfrui. Quæ tam absurda, tam vana sunt, ut christianæ aures ferre non possint.

n 13. 84.

Quo magis legendo processimus, B. P. eo pejora occurrebant; qualia profecto hæc sunt: *In hac parvulorum causa considerandum est, licet Deus ad cœlestem gloriam eos non admiserit, alio tamen, multoque majori beneficio affecisse, quod illi ipsi longe cœlo prætulissent, & nos quoque si electio daretur, multo majoris pretii quam cœlum duceremus.* Unde concludit: *Ergo nulla dolendi, nulla conquerendi, sed magis gau-*

dicationi addideris, quacunque dignitate fulgens, quocunque hominum præsidio fretus, sis licet Apostolus, sis licet Angelus, ab alta Petri Sede tanquam e cœlo feriaris, ac sermones tui anathema fiant.

Et tamen illa subtilium argumentorum inventa videamus, ipsumque erroris recludamus fontem. *Nempe* (inquit) actualibus *cum venialibus, tum etiam mortalibus peccatis subduci*, regno est potius, atque ut verbis clarioribus Auctoris utamur; *Innocentiæ personalis donum, & immunitatis a peccato tantum est, ut ipsi parvuli millies cœlo carere mallent, quam vel uno peccato involvi; nullusque Christianorum est, cujus non idem votum esse debeat;* quod est vanissimum. Neque enim, si vetuit Apostolus ne *faciamus mala, ut veniant bona*, ideo prohibere possumus Deum, quominus ex permissis peccatis pro sua excellentissima potestate majora bona eliciat, quam ea, quæ ante peccata futura erant; neque propterea peccatis delectamur, absit; sed eidem Apostolo dicenti credimus: *Ubi abundavit delictum, superabundasse & gratiam.* Nempe ex peccatis meminimus tantam gratiæ accessionem factam, ut etiam eorum occasione Christum habeamus. Nec si Petrus e lapsu evasit humilior, ac deinde fortior, atque felicior; ideo liceat nobis peccatum innocentiæ; sed uberiorem post peccatum gratiam minori anteferre, Deique omnia mala vertentis in bonum exsuperantissimam prædicare bonitatem. Rom. 5. 20.

De his ergo argutiis, beatissime Pater, salva reverentia vestræ Apostolicæ sanctitatis, id merito dixerimus: *Telas aranea texuerunt*; quibus imbecilles animæ caperentur. Neque enim quod peccatum toto animo horreamus, ideo invidere debemus, aut Deo liberalitatem suam, aut nobis felicitatem nostram; nec prohibere quis possit, quominus cum Ecclesia concinamus lætum illud, ac faustum: *Felix culpa! & O vere necessarium Adæ peccatum!* Is. 59. 5.

Hæc vera, hæc pia sunt, nec ex recentioribus novæ pietatis ducta commentis, sed ex veris fontibus Christiani, Apostolicique spiritus. Quod autem toties par-

vulis *immunitas a peccato*, ipſaque adeo innocentia tribuatur, intolerabile credimus; vanaque erroris excuſatio eſt, quod illa *innocentia* novo, atque ambiguo nomine *perſonalis* vocatur. Neque enim parvulorum perſona innocens eſt, *ad quam peccatum ipſum, quod eſt mors animæ, tranſit*, ut eſt in Arauſicano ſecundo ac poſtea in Tridentino Concilio definitum; non, inquam, perſona innocens eſt, eo quod careat peccatis propria voluntate contractis; imo vero peccatrix, quæ ſub ira Dei, atque in poteſtate tenebrarum naſcitur; quæ exorciſmis exſufflatur, quæ aqua mundatur; valetque omnino illud, quod a ſancto Auguſtino Synodus Tridentina deprompſit, originale peccatum non utique nobis eſſe extraneum; imo ut *origine unum*, ita *propagatione unicuique eſſe proprium*; nec niſi inhærente, & propria ſanctitate purgandum.

Ejicite ergo, beatiſſime Pater, ex Eccleſia Dei, cui pari integritate, ac poteſtate præſidetis, degeneres, molleſque ſententias, quæ pietatis ſpecie vim ipſam pietatis infringunt. Neque enim diſſolvit, ſed implicat nodos, qui humanis affectibus, exilibuſque argutiis magis, quam Eccleſiæ traditione ducitur. Nec

descendant, qui natura filii iræ, exosi, & invisi, cum cæteris damnatis ad infernum detruduntur; quos tamen Auctor noster *non damnari* docet, quasi aliud sit damnari, quam ad infernum descendere. Insuper, si Deo placet, patriæ exilium, favori, & gratiæ iram, denique *ipsi cœlo* infernum anteponit; usque adeo summis ima permiscet!

Quod vero damnari negat, qui a pœna sensus hoc est, ab ignis æterni cruciatu, passim immunes habeantur, quid ad nos, qui ea de re non contendimus. Consulant, qui voluerint, doctissimum Dionysium Petavium; consulant in primis Eminentissimum Henricum Norisium, a vestra Sanctitate insignis doctrinæ merito, christiano orbe applaudente, ad summa quæque provectum; nos quidem hæc prætermittimus, ac Theologis disputanda relinquimus. Quam autem sit immanis error, ab inferno, ac damnatione absolvere parvulos sine Christi Sacramento defunctos, Cardinalis Bellarmini verbis malumus quam nostris dicere; qui quidem ex prædictis, aliisque decretis hanc sententiam, ab Ambrosio licet Catharino, aliisque defensam, non modo *falsam*, sed etiam *hæreticam existimandam esse* concludit; & contra, *Fide catholica tenendum, parvulos sine Baptismo decedentes absolute esse damnatos; nec sola cœlesti, sed etiam naturali beatitudine perpetuo carituros, qui nempe sunt, eruntque semper aversi habitualiter a Deo;* deguntque, ac semper degent in carcere inferno, ex Concilii Lugdunensis Oecumenici decretis in Concilio Florentino repetitis, Ecclesia Orientali una cum Romana, & Occidentali in unam fidem concinente. Ex his igitur, aliisve decretis, teste Bellarmino, illi parvuli *sub potestate diaboli in carcere inferno* degunt, *loco* (inquit) *horrido, ac tenebricoso*; quod quid est aliud, quam projici cum damnatis in horrendas illas exteriores tenebras, & ibidem esse sub potestate tenebrarum, quarum id regnum est.

T. 2. Theol. Dogm. l. 9. c. 10. & 11. Vind. Aug. c. 3 paragr. 5 a p. 5. ad 84 tom. 3. l. 6. c. 4.

De affectibus vero illis, quos pios vocant, juvat eumdem Bellarminum audire, hæc sancte, & graviter disserentem; *Nihil prodesse parvulis jam defunctis*

mi-

misericordiam nostram, & contra nihil eisdem obesse nostræ sententiæ severitatem; multum autem nobis obesse, si ob inutilem misericordiam erga defunctos, pertinaciter aliquid contra Scripturas, aut Ecclesiam defendamus. Idcirco non affectum quemdam humanum, quo plerique moveri solent, sed Scripturæ, Conciliorum, & Patrum sententiam consulere, & sequi debemus.

Ib. paragr. 2. n. 16. p. 864. Atque abfuisse quidem a celeberrimo Sfondrato Cardinali hanc pertinaciam, facile confidimus; cæterum tacere non possumus id, quod de S. Augustino scribit: *Nunquam*, scilicet, *Augustinum hoc modo philosophatum esse, sed in causa parvulorum* nonnisi ad occulta Dei judicia provocasse. Hæc ille de S. Augustino, quem in ipso libri titulo suæ solutionis auctorem prædicabat. Et tamen postea ejusdem doctrinæ diffusius, ac plus tanto Doctore (absit vero injuria) sibi sapere visus, hæc subdit: *Nec id ad Augustini institutum pertinebat, nec voluit ipse aliis adimere libertatem ea omnia dicendi, quæ deinceps opportuna viderentur; præsertim* (inquit) *adversus Calvinum, atque Jansenium*; quo sane prætextu ad nova, & inaudita quæque prosiliunt. An enim si novi auctores confutandi veniunt, ideo nova quoque dogmata invehi necesse est in Ecclesiam? Nempe hæc, quod parvuli tam luctuoso puniantur exilio, non ad illa tremenda judicia, sed ad Dei gratiam potiorem referri oportere. Quæ profecto si ad nodum reprobationis parvulorum dissolvendum pertinerent, quo in loco explicando Augustinus totus est, non ab ejus instituto abhorrerent. Sed ille huic nodo non aliam solutionem affert, quam illud Apostoli: *Tu quis es?* Et illud, in causa parvulorum toties repetitum: *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa* originis vitiatæ, atque damnatæ, *facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Neque quidquam aliud in parvulorum, ac in tota prædestinationis causa, B. Augustinus aut quæsivit, aut prompsit; imo aliud quærentibus id aperte significat, cui non ista sufficiant, ut quærat doctiores, sed caveat, ne inveniat præsumptores.

Rom. 9. 20.

Lib. de Sp. & lit. c. 33.

Ne-

[redacted]

Neque minus alienum est a beati Doctoris sensu, quod illud sapientiæ, *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus*, transfertur ad parvulos. Illud enim de justis, ne a sua justitia recederent, esse prolatum, & locus ipse clamat, & B. Augustinus, aliique Orthodoxi omnes uno ore consentiunt; ad gratiam autem pertinere quod sine Baptismo rapiantur infantes in infernum carcerem devolvendi, tanquam eis subtracto Baptismo potior obventura sit felicitas, & gratia; non ipse Catharinus, non ipsi Pelagiani ausi sunt asserere; qui, cum iisdem parvulis, aut vitam æternam, aut naturalem assignent beatitudinem; non tamen eam qualemcunque aut vitam æternam, aut felicitatem regno præferendam putant.

Nod. Diss. p. 1. parag. 1. nu. 23. p. 120. Sap. 19. 11. lib. de prædest. Sanct. c. 14.

Causa autem errandi hæc fuit, quod tanti nodi dissolutor nequidem naturam, ac vim peccati originalis agnovit, atque etiam ex S. Augustino probare nititur, parvulis in præsente vita cruciatis esse aliquid *bonæ compensationis, quod in æterna vita reservet Deus; quoniam quamquam nihil boni fecerint; tamen nec peccaverint aliquid*. Quam quidem sententiam idem Cardinalis a B. Augustino in Epistola ad Hieronymum retractatam fatetur: *Non quidem ut erroneam, & falsam, sed tamen ut minus firmam, validamque*. Hæc quidem Sfondratus Cardinalis asseruit; nec legere voluit in eadem Epistola, nullam iisdem parvulis *compensationem cogitandam, quibus insuper damnatio præparata est;* eamque esse *Robustissimam, ac fundatissimam Ecclesiæ fidem*. De fide ergo est illa damnatio parvulorum, quam illi compensationi Augustinus opponit; de fide, inquam, est illa damnatio, quæ licet, Augustino teste, omnium mitissima, non tamen proinde sanctitati, ac æternæ felicitati anteferenda sit; neque ullum præsidium in illa est Epistola ad Hieronymum, quam Auctor dissoluti nodi tanta confidentia proferebat.

Nod. Diss. 2. p. parag. 1. n. 23. p. 118. S. Aug. lib. 2. de lib arb. c. 13. nu. 68. Epist. 166. alias 23. c. 7.

Idem alibi scripsit; *Fatendum, quia nunquam parvulis ante Baptismum sublatis Deus vitam æternam voluit, istos ad alium finem, classemque providentiæ pertinere*. Quo loco perspicuum est, eundem auctorem totius hu-

Nod. Diss. 1. p. parag. 1. n. 23. p. 48.

humani generis primævæ inſtitutionis oblitum. Quis enim Chriſtianus negat, univerſam Adæ ſobolem in eo ad æternam vitam fuiſſe ordinatam? Non ergo parvuli *ad alium finem, aut ad aliam claſſem providentiæ* revocandi ſunt; ſed plane ad communem creaturæ rationalis ordinem redigendi; ut nec ſine Sacramento Redemptoris, vitam æternam, ad quam inſtituti erant, recuperare poſſint, nec ejus jactura ſine certa, & juſta damnatione mulctari.

Nod. Diff. 1 p. parag. 2 n. 11. p. 12. Hæc quidem ſunt, quæ attinent ad parvulorum ſtatum; pluribus ſuperſedemus, quibus quippe animus eſt ea promere, quæ magis ad exponendum, quam ad refellendum errorem neceſſaria videantur. Nunc ad alterum caput pergimus; nec veremur, ne parenti optimo, atque ſanctiſſimo tædio ſimus, cui res maximas ejus Apoſtolico judicio decidendas, ſumma cum animi demiſſione ſubjicimus.

Altera ergo propoſitio ſic habet: *Ut demus* (Braſilienſes, alioſque) *ita ignoraſſe* (Deum, hoc eſt invincibiliter) *id quoque magna beneficii, & gratiæ pars eſt.* Quæ quidem, beatiſſime Pater (liceat enim nobis in optimi parentis ſinum intimos animi noſtri ſenſus deponere) non ſine maximo dolore referimus. Sed ſunt

gabant aliqui, quia ignorantia Dei, & Legislatoris a tam gravi pœna excusantur. Sic enim blandiebantur Sinensibus; at sacræ Congregationis auctoritate Consultores rescribebant, procul dubio *damnari* eos, idque pœnis æternis, de quibus quæstio instituta erat, nec illam turpissimam ignorationis Dei excusationem admittebant. apud Ill. Navarrete tr. 7. p. 505.

Alexander vero VIII. recentissimo Edicto die 24. Augusti 1690. decernebat hoc *Temerarium, piarum aurium offensivum, atque erroneum*, si dicatur, *Peccatum Philosophicum quantumvis grave, in eo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, esse grave peccatum, sed non esse offensam Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.* Quo Decreto nihil sublevati sumus, si ab ipsa Urbe, a tantæ dignitatis viro portentosa doctrina non tantum ad Sinenses, sed etiam ad omnes reipublicæ christianæ provincias diffundatur. Sic enim duo invalescerent; primum, ut essent omnino impeccabiles, qui summe, & invicte, si quidem id fieri posset, ignorarent Deum; alterum, ut ea ignorantia ad gratiam, non autem ad peccati gravissimam pœnam pertineret; quæ duo ab errore defendi non possunt. Neque enim fieri potest, ut innocens Deo sit, qui extincta licet cognitione Dei, rectæ rationis, & conscientiæ lucem a Deo exorientem spernit. Neque item fieri potest, ut non sit contumeliosus in Deum, qui rectæ rationi, cujus Deus auctor, & vindex est, infert injuriam. De pœnarum vero per hanc ignorantiam sublata æternitate, quod sentiunt, non advertunt, pœnarum æternitas a qua radice profluat. Nempe, ut ait S. Gregorius magnus antecessor vester: *Vellent* mali *sine fine vivere, ut possent sine fine peccare;* quippe qui felicitatem, ac finem ultimum in prava delectatione defigunt. Neque vero quisquam est, qui non æternum esse velit id, quo se beatum putat. Inest ergo cuicunque mortali peccato quædam concupiscentiæ æternitas, atque (ut ita dicam) immensitas, cui profecto Deum tota sua infinitate, atque æternitate, ac sanctitate adversari necesse sit. Ergo mortale quodcunque peccatum, contra legem etiam natura- Lib. 34. Mor. c. 20.

lem,

lem, habet aliquid, quod æternam iram provocet. Unde quocunque peccato rectam rationem læſeris, exurgit ille ultricis conſcientiæ ſtimulus, ille *vermis* interior qui, teſte Chriſto, *non moritur*; cujus adeo immortale virus, mortus indefeſſus, quod ſupplicii genus, qui extinguendum putat, Evangelio contradicit. Vermem autem illum profecto comitatur ſempiternus ignis, a quo ſi impios illos exemeris, erit non modo parvulis, verum etiam adultis Deum neſcientibus, a ſempiterno igne ſeclusus aſſignandus locus, nec in ſiniſtra erunt perditi, ac ſcelerati, qui Deum neſciunt, ejuſque ignoratione mulctati, nec a præteritis peccatis expedire ſe poſſunt, & in nova proruunt. Non ergo impeccabiles, qui legem naturalem, quam ſciunt, non impune contemnunt; nec, ſi vel maxime ſint impeccabiles, id beneficii loco conſequentur. Etſi enim gratia eſt, non poſſe peccare in bona voluntate firmatos, non proinde gratia, ſed peccati eſſet pœna graviſſima, peccare non poſſe, eo quod ignorarent Deum, quod nihil eſt miſerius, & æternæ damnationis propius.

Mar. 9. 43.

Nod. Diſſ. ib. p. 152. Hoc autem ſupplicamus, beatiſſime Pater, ut perpendatis voces: *Ergo cum hac ignorantia impeccabiles*

avertat, suis favere, non modo adversarii, verum etiam pii saltem infirmi conclament; ac lascivia ingeniorum magis incitata, quam compressa esse videatur.

Sed hoc a vestris temporibus procul abesse, & vestri Pontificatus claritudo & ab ore vestro per totam Ecclesiam pervulgatæ voces docent. Itaque supplicamus, ut post illas præcipuas Propositiones, hanc quoque Sanctitas vestra dispiciat: *Post promulgatum Evangelium, an Fides explicita in Christum omnino necessaria sit, disputant Theologi; si tamen admittamus necessariam esse, dicendum est, &c.* Quæ a Christianorum scholis longe abigenda sunt, ne sub dubio relinquatur, an sine Christi nomine credito, & invocato salvus esse quis possit, dicente Domino: *Qui credit in illum, non judicatur*, medio justificationis invento: *Qui autem non credit, jam judicatus est*, relictus ipse sibi, nulloque novo judicio, propria, & præcedente iniquitate mersus. Nod. Diss. paragr. 2. 169. n. 19. Joan. 3. 18.

Postremo, Pater sanctissime, quod ad universi libri pertineat scopum, illud vel maxime apostolicæ Sedi, quam Beatus illustras, insinuandum putamus, ne vestra sinat Sanctitas definitionem prædestinationis infringi eam, quam vester Augustinus tradidit, ut nempe sit *Præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicunque liberantur.* Hanc enim *definitionem prædestinationis* omnibus gentibus prædicandam idem Augustinus iterum iterumque commendat. *Hac præparatione beneficiorum Dei* fieri confitetur, ut omnes prædestinati singulari, & gratuita dilectione serventur, qui fons christianæ humilitatis, ac pietatis est. Hujus prædestinationis veritatem *semper fuisse in Ecclesiæ fide*, ac de ea *neminem unquam nisi errando disputare potuisse*, & idem Augustinus affirmat, & sanctis Pontificibus Cælestino, & Hormisda pronuntiantibus, Ecclesia romana suscepit; & nostro quoque seculo Cardinalis Bellarminus: *Non ad opinionem, sed ad Ecclesiæ catholicæ fidem pertinere* asserit. Quam tamen catholicam veritatem Nodi Dissolutor tacet, atque hujus prædestinationis definitio- Lib. De Dono pers. c. 14. 17. 20. 22. 23.

 nem

Lib. 1. De gratia, & libero arbitrio cap. 1. Nod. Diff. 18. p. paragr. 1. n. 14. p. 48. ib. p. 106 107. 108. 109. &c.

nem immutat; ſupponit aliam ſancto Auguſtino ignotam, quæ vim ſingularis, atque gratuitæ dilectionis, ac beneficiorum præparationis obſcuret. Quamvis enim eam non ſemel agnoſcit, ſic tamen rem involvit dictis, ut nihil magis vereri videatur, quam ne electos majori quam reprobos beneficio affectos eſſe conſtet, quod nec Molinæ Sectatores inficiati ſunt. Sic Eccleſiæ romanæ de ſingulari, & gratuita dilectione electorum, aut omnino quatitur, aut ſaltem vacillat fides; quæ ſi auctoris verbis affirmare nitimur, huc nempe totus liber transferendus fuit.

Neque plura memoramus, cum ea a vobis perpenſa, & annotata, veſtra egregia ad vicinos Belgas Decreta demonſtrent. Nobis certe ſufficit ad veſtrum Apoſtolatum detuliſſe ea, quæ veritatem læderent, ac Patrum laudare ſententias, quas majore gratia de Petri Cathedra prædicatis.

Plures Epiſcopi ſubſcripſiſſent, niſi pauci ſufficerent, ut ne ambitioſius quam modeſtius agere videremur. Cæterum meminimus a ſancto Innocentio I. non modo Synodicas, ſed etiam quinque Epiſcoporum literas, paterno animo eſſe ſuſceptas; atque ab Innocentio XII. paria expectari oportere, tanti Pon-

IX.

BREVE INNOCENTII XII.

Ad eosdem Archiepiscopos, & Episcopos.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Venerabiles Fratres, Salutem, & apostolicam Benedictionem. Literas vestras 7. Kalendas Martii proxime præteriti ad nos datas, grato animo accepimus. Ex iis enim vigilem, ac Sacerdotalem zelum, quos sacros Antistites in partem solicitudinis nostræ vocatos flagrare maxime decet, in vobis vigere, vosque priscam erga hanc sanctam Sedem, cui nos, licet immeriti, præsidemus, debiti obsequii gloriam constanter retinere deprehendimus; dum antiquæ traditionis exempla servantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, ad locum, quem elegit Dominus, ascendistis, ac ea, quæ in libro posthumo bonæ memoriæ Cælestini S. R. E. Cardinalis Sfondrati de divina Prædestinatione nuper edito, reprehensione digna vobis visa sunt, ad nostrum Apostolatum, eo ferme tempore, quo variæ doctorum hominum de eodem libro sententiæ etiam per urbem ferebantur, detulistis, nostrum hac in re judicium ea, qua par est, reverentia deposcentes. Officii itaque nostri esse duximus, librum ipsum, resque a vobis in eo adnotatas insignium Theologorum discussioni committere, ut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, quod justum fuerit, subinde decernere valeamus, non alia profecto, quam crediti nobis divinitus ministerii partes, sicut oportet, implendi habita ratione; quod ut etiam in aliis omnibus, quæ ad onerosam apostolici Muneris nostri curam pertinent, salubriter exequi possimus, jugibus Fraternitatum vestrarum apud Patrem luminum precationibus, infirmitatem nostram juvari vehementer optamus, vobisque apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die sexta Maji Pontificatus nostri anno sexto.

Signatum, Marius Spinula.

Et hæc erat inſcriptio : Venerabilibus Fratribus *Carolo Mauritio* Rhemenſi, & *Ludovico Antonio* Pariſienſi Archiepiſcopis ; necnon *Jacobo Benigno* Meldenſi, *Guidoni* Atrebatenſi, & *Henrico* Ambianenſi Epiſcopis.

X.

DECRETUM

Illuſtriſſimi ac reverendiſſimi Archiepiſcopi Ducis Rhemenſis Primi Franciæ Paris *Caroli Mauritii* le Tellier,

Inſtar Inſtitutionis paſtoralis, ad facultatem Theologicam Univerſitatis Rhemenſis directum,

Ex gallico idiomate latine redditum ab erudito Theologo.

Occaſione duarum Theſium theologicarum in Collegio Societatis Jeſu ejuſdem Urbis habitarum diebus 5. & 17. Decembri anni 1696.

Carolus Mauritius le Tellier, Dei gratia Archiepiſcopus Dux Rhemenſis, primus Par Franciæ, regiorum Ordinum Commendator, regii Sacelli Præfectus, Sorbonæ Proviſor, &c. Venerabilibus viris, [redacted]

fefellit. Ab annis quippe supra virginti quinque, quibus istud gerimus onus, non exigua nobis Academia hæc adjumenta contulit; cui & nos, quo potuimus studio, decus addidimus, magnaque identidem dedimus benevolentiæ, & existimationis argumenta.

Nos itaque, quibus ex Pastoralis officii debito convenit servare depositum fidei, quique ex ejusdem Academiæ Fundatoris, & Præpositi titulo, tenemur maxime sanioris doctrinæ fontem, unde in Seminaria nostra, totumque Clerum diffunditur, purum, & illibatum servare; dissimulare non possumus, quid de duabus Thesibus periculosis sentiamus, in Collegio Jesuitarum hujus urbis, diebus 5. & 17. Decembris, anni proxime elapsi, propugnatis.

Silentium nostrum, hac dubio procul occasione exciperent universi, ut tacitam Molinianæ doctrinæ approbationem, quam unam circa divinæ gratiæ quæstiones ab Ecclesia catholica comprobatam artificiose innuit prima Thesis. Quia etiam ea ipsa exprobrari nobis (si quidem taceremus) merito possent, quæ S. Cœlestinus Papa gallicanis Episcopis quondam objecit, de Presbyteris Massiliensibus sermonem habens, quos Prosper & Hilarius coram apostolica Sede accusaverant: *Timeo, ne connivere sit hoc tacere... In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret.*

Absit, ut hæc in nos probra concitare velimus, imo vero officii nostri ducimus in Thesis utriusque auctores animadvertere, ut tandem aliquando sentiant, summam illam, quam de Molina suo imbibere animis libuit, opinionem, non illos tamen eo usque efferre debuisse, ut indebitis eum laudibus exornarent, doctrinamque ex sola Ecclesiæ tolerantia permissam, Augustinianæ ab apostolica Sede adeo solemniter comprobatæ privata auctoritate præferrent. *Ergo corripiantur hujusmodi* (ita Cœlestinus de Presbyteris Massiliensibus ad eosdem gallicanos Episcopos scribens) *nec sit his liberum pro voluntate habere sermonem.*

His de causis, ac ne Theses illæ erroris ansam for-

talſe præbeant, hac vos inſtitutione Paſtorali muniendos exiſtimavimus.

Harum Theſium prima ſic habet in prima tertiæ columnæ poſitione, quæ eſt de Ludovici Molinæ ſententia: *Doctrina Ludovici Molinæ, aliorumque Theologorum, qui concordiam libertatis humanæ cum gratia divina ope ſcientiæ mediæ tradere enucleatius tentarunt, ita ab errore Calvini, aliorumque hujus ætatis Sectariorum recedit, ut ad opinionem Pelagianorum nullo modo accedat. Et ideo tam valide impetita, toties a diverſi generis hoſtibus impugnata, & coram ſummis Pontificibus tam diligenter agitata, tanquam aurum in fornace probata, purior inventa eſt, ut ait Maurolicus, & cum honore ex tot diſputationum fluctibus emerſit.* Quæ ſane Molinianis opinionibus commendandis uſque adeo honorifica verba ſunt, ut illuſtriora in iis extollendis uſurpari nequaquam poſſent, ſi illas ſolemni judicio Eccleſia comprobaſſet.

* Molinæ liber de concordia liberi arbitrii cum gratiæ do-

Verum ſtatim, atque Molinæ liber * Uliſippone typis editus * anno 1588. publici juris fuit, magnos in Hiſpania tumultus opinionum novitate concitavit. Interceſſit univerſus Prædicatorum ordo, ac ſingu-

sibi arrogat, asserit etiam sanctos Augustinum, & reliquos Patres, imo & Pelagium, aliosque hæreticos, si advertissent illam, fuisse sibi consensuros. Insuper haud satis modeste de Fratribus, & Theologis loquitur; quin, imo sententias, quas ipsi certas, & indubitatas asserunt, ait auctor iste periculosas esse, & errorum occasionem, imo sic tollere liberi arbitrii libertatem, & nec ab illis, nec a Conciliis fuisse veritatem de prædestinatione, & gratia, atque libertate arbitrii declaratam, aut plane intellectam, antequam ipse hunc librum conderet. En, inquit Lemos, Henriquez de Molinæ libro judicium. Addit eruditus ille Dominicanus, se multo duriora Jesuitæ hujus de Sodali suo verba silentio premere, ne illi insultare videatur.

& 2. part. ejusdem Tomi tr. 5. cap. 35.

Idem Lemos asserit, Episcopos plurimos, & Salmanticensem Academiam hunc ipsum Molinæ librum Censorio judicio damnavisse.

Ut excitatæ turbæ, quarum infaustum in Hispaniis exitum timebat Rex catholicus Philippus II. opportune sedarentur, Sedis apostolicæ implorata auctoritas est, quæ gravissimæ causæ cognitionem Romam ascivit. Nullo porro publico instrumento liquet, romanos Pontifices Clementem VIII. & Paulum V. qui auctoris hujus doctrinam in multis Congregationibus sua auctoritate, ac sæpius coram Sanctitate sua examinari curarunt, latas in Hispaniis contra Molinæ librum Censuras, factaque judicia rescidisse, aut suspensa dixisse; nec probari potest, summos illos Pontifices Molinianis opinionibus unquam favisse. Quin potius certo certius est, eas illis & novas, & sanctis Patribus repugnantes visas esse, & imprimis S. Augustino, cujus principiis in novi Systematis Moliniani examine insisti voluerunt. Noverant quippe sanctos Decessores suos, de quibus postea dicemus, non semel declarasse, romanam Ecclesiam sanctissimi Viri doctrinam circa divinæ gratiæ, liberi arbitrii quæstiones semper approbasse, ac secutam esse.

Quod de summorum Pontificum Clementis VIII. & Pauli V. dum Congregationes de auxiliis haberentur,

 ani-

animo & affectu dicimus, perſpicua res eſt, & omnibus explorata, Nemo eſt, qui Clementis VIII. in retinendis, ſervandiſque Deceſſorum ſuorum definitionibus, ac Decretis ſtudium conſtantiſſimum vertere in dubium poſſit, ex quo nobis doctiſſimi Cardinalis Baronii teſtimonio certo conſtat; qui in Epiſtola hoc ineunte ſeculo ad Viennenſem Archiepiſcopum data fidem facit beatiſſimo Patri *Hoc in propoſito* fuiſſe, *hoc in voto, hoc in decreto, ut nec latum unguem a veſtigiis Prædeceſſorum recederet, ſed iiſdem inſiſteret, quam firmiſſime.* Addit eum Clementem VIII. *plane ſciviſſe, tot ſanctos Pontifices, Innocentium, Sixtum, Cœleſtinum, Hormiſdam, ac denique felicem, (cujus ſunt Canones Arauſicani Concilii) hoc profeſſos ſcriptis ſuis eſſe, atque teſtatos, romanam Eccleſiam in iis, quæ ſpectant ad gratiam, & liberum arbitrium, S. Aug. ſequi ſemper conſueviſſe.* Ac tandem concludit, *Hormiſdam id tot verbis atteſtari, ut alio judicio non ſit opus;* cum jam in rem prædicatam abierit.

In ea nihilominus Theſi, quæ die 5. Decembris propugnata eſt, hoc defenſoribus ſtudium fuit, ut Molinæ doctrinam approbatæ doctrinæ caracteres præſefer-[redacted]

dæ, futilique Maurolici sui auctoritati fidem habeat, ferre nullatenus debemus eam doctrinam immoderatis adeo laudibus efferri, quæ ab ipsa sui origine, sinistræ ut minimum suspicionis labem incurrit, quod & ex antedictis, & ex probatissimorum hujus ætatis Scriptorum suffragio perspicuum est; maxime vero ex Epistola Cardinalis Baronii, cujus judicium tanti apud omnes ponderis est.

Doctissimus ille Cardinalis in ipso Epistolæ exordio significat, se Molinæ libros *non sine stomacho legisse, cum nihil potentius præseferat, quam S. Augustino adversari, quamquam sanctum nunquam nominet; eumque oscitantiæ redarguere, seque in illis disputationibus vigilantiorem, accutioremque jactare. Quis possit* (inquit) *talia loquentem absque nausea tolerare?* Vanos, temerarios, intolerabiles sermones, quæ quamvis patientes aures, & animi ferre valeant!

Asserit præterea, se quinquaginta, & amplius Propositiones, locutionesque eo in libro notasse *erroribus Pelagianorum, sive Semipelagianorum saltem affines*, neque id ab ullo negatum iri, qui Molinam *absque affectu privato* perlegerit. Mitius denique de Molinæ opere judicium ferre non poterat eminentissimus ille Cardinalis, quam quod his verbis expressit: *Quid Ecclesia Dei indiget hujus Molinæ libris, ut discat, quæ a tot sanctis Patribus, Conciliis, atque Decretis jam ante tot secula didicit, ac docuit?* Tota hæc Epistola, quæ anno 1603. data est, dum scilicet Congregationes de auxiliis haberentur, necnon sub Clementis VIII. Pontificatu, qui Baronium anno 1596. ob egregia pietatis, & eruditionis merita Cardinalitiis infulis ornaverat, paucis adeo nota tanti tamen hac in parte ponderis est, ut eam ad Decreti hujusce calcem edendam existimaverimus.

Id observatione dignum, Molinam damno suo de propria doctrina decretorio quodam modo præjudicasse; dum eam & novam, & Ecclesiæ hactenus ignoratam fassus est. En ejus verba; *Quæ si data, explicataque semper fuissent, forte neque Pelagiana Hæresis fuisset* In concordia qu. 19. ar. 4. disp. 1.

Membro ult. qu 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 6.

exorta, neque Lutherani tam impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum divina gratia, præscientia, & prædestinatione cohærere non posse; neque ex Augustini opinione, concertationibusque cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent, facileque reliquiæ illæ Pelagianorum in Gallia, quarum in Epistolis Prosperi, & Hilarii fit mentio, fuissent extinctæ. Quid plura? in altera concordiæ suæ editione, quæ anno 1595. novis additamentis aucta prodiit Antuerpiæ, eo progressus est temeritatis, ut scriberet, *S. August. sub ea quasi caligine, ad hoc non attendisse, scilicet fuisse prædestinationem, & reprobationem non sine præscientia qualitatis usus liberi arbitrii.*

Ex his compertum est, quo lumine, quibusve præsidiis defraudatam Ecclesiam novus ille auctor existimaret, donec ipso mundo illuxisset, suamque doctrinam divulgasset. Intoleranda sane illius hominis temeritas, qua se supra sanctos Patres gratiæ defensores effert audacius, ac præsertim supra S. Augustinum, quem ad explicandam tam altam, tantique momenti quæstionem a Deo suscitatum Romana semper agnovit, & prædicavit Ecclesia. In suum certe caput ea

verba ejus attenderit. *Longior* (inquit) *fui in hac disputatione, quam optaram, quia res est magni momenti, ac veluti lubrica; & hac nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina prædestinatione, a nemine, quem viderim huc usque, tradita est.*

Typhanius, Molinæ sodalis, eximiusque Theologus, nullam illi de novo invento gloriandi rationem fuisse agnoscit, de scientia media plene, & accurate disserens; *Scientiam mediam* (inquit) *rejicimus, non ut erroneam, aut in fide periculosam, sed ut falsam, ut novam, ut nullum solidum in Scriptura, in sanctis Patribus, in sancto Thoma, aliisque vetustioribus Theologis fundamentum habentem; ut superfluam ad sacræ Scripturæ intelligentiam; ut inutilem ad humanam libertatem tuendam, aliasque difficultates Theologicas expediendas.*

Dionysius Petavius Societatis ejusdem Theologus sapienter observat, scientiam illam mediam priscis Ecclesiæ Patribus incognitam fuisse, eaque ne vel unam quidem difficultatem solvi, & explicari, quibus defensores ejus Augustinianam doctrinam implicari finxerunt. To. 1 Theolog. Dogm. l. 4 c 8. n. 2. & l. 9. c. 1. n. 6.

Qui Molinæ doctrinam Jesuitas inter amplexi sunt, altiorem opinationum ejus originem indigitant, eamque ex SS. Patrum, ipsiusque Augustini fontibus derivare nituntur; quod & nunc Thesis auctor infeliciter tentat. At usque adeo petitis ea sanctissimo Doctore probationibus diffidunt, ut Suarez ipse primi inter illos subsellii Theologus; qui Molinæ in explicanda divinæ gratiæ efficacia conciliatione amplexus est, eam a S. Augustino *nunquam satis expresse declaratam*, fateri demum coactus sit. Cujus quidem pronuntiati (quod stupendum magis) hanc rationem affert; *quia res est difficillima, & ab humanis sensibus remotissima.* Interea dum Suarez ineffabilis divinæ gratiæ efficacitatis rationem nusquam satis expresse a S. Augustino declaratam obtendit, remittendus est ad ea sanctissimi Doctoris loca propemodum infinita, quibus eam in suavi, ac victrici delectatione positam esse docet, qua Deus eorum corda perfundit, quos ad se trahere vult, ut Suar. lib. 3. de concursu, & efficaci auxilio Dei ad actus liberi arbitrii necessario

c. 14. Edit. Mogunt. an. 1619. pag. 233.

ut loquitur Evangelium. Cæterum duo hæc ex Suaresii verbis colligere licet; primum, traditam ab eo, post Molinam, tanti Mysterii expositiônem, procul esse a S. Augustini mente; alterum, rei tam difficilis, & ab humanis sensibus tam remotæ explanationem aliunde, quam ex sanctissimi Doctoris operibus repetendam ipsum existimasse.

Præter eam Molinæ, ac Sectatorum ejus confessionem qua vel una suspecti sunt; dum in re solis Scripturæ sacræ, & Traditionis regulis definienda, novitatis proprio testimonio convincuntur, id potissimum observandum venit, Molinæ doctrinam tot erroribus scatere, ut quibus a Thesis auctore ornatur laudibus, indigna prorsus haberi debeat. Certum quippe est, Molinam in suo *De concordia* libro non casu, & obiter, sed ex instituto, conceptisque articulis hunc Semipelagianorum errorem docere: *Facienti, quod in se est, per naturæ vires Deus non denegat gratiam.* Quod quidem his verbis exponit: *Quotiescunque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur, præstove est ad conandum totum id, quod ex sese potest, tam circa ea, quæ fides habet addiscenda, & amplectenda, quam circa*

Qu. 14. art. 13. disp. 10. p. 44.

gavit, nobis illos expofuit, & qua ratione expugnari poffint oftendit, fcribens Pelagianos callida fimulatione reprobare in fpeciem folitos effe, aut certe filentio premere odiofas, & improbatas ab Ecclefia loquendi rationes, modo tota arte fallendi doctrinæ fuæ caput in tuto ponerent, *Gratiam fcilicet Dei fecundum merita noftra dari.* Syftema certe fuum S. Auguftini ætate prorfus ignotum, vere dixit Ludovicus Molina. Sua Pelagiani verba paulo aliter compofuiffent, ac mutata *meriti* notione, gratiam Chrifti non quidem naturæ viribus, & conatibus non mereri; fed gratiam nativis liberi arbitrii conatibus femper addictam, atque conjunctam cum Molina dixiffent. Verum etfi Pelagiani ab auctore fuo degeneraffent, & paulo tolerabilius Molinæ Syftema fuiffent amplexi; non illorum Leo magnus, non fui temporis Ecclefia propterea fufcepiffet. Quas enim conditiones poftularet, ut Pelagianifmi notam in quæftionibus de gratia Dei quis effugeret, magnus ille Pontifex declarat. *Nifi gratis detur* (inquit) *non eft gratia, fed merces, retributioque meritorum; dicente B. Apoftolo: Gratia falvati eftis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eft, non ex operibus, ne forte quis extollatur.* Cum itaque gratiam gratis datam fateri neceffe fit, hoc eft (ut loquitur Concilium Araufìcanum Canone fexto) Dei mifericordiam collatam, non nativis liberi arbitrii conatibus, unde gloriari homo poffet, obtentam; quifquis gratiam Dei, quovis quæfito diverticulo, humanis conatibus, virtutibufve naturalibus certo dari profitetur, Apoftolo, S. Auguft. ejus Interpreti, S. Leoni magno, ac toti demum Ecclefiæ contradicit. *Gratiam Dei fic confiteatur, qui vult veraciter confiteri, ut omnino nihil boni fine illa, quod ad pietatem pertinet, veramque juftitiam, fieri poffe non dubitet.*

fem Epifcopum. cum omnes definitiones fuas ad fubrependi facilitatem, improbare fe fimulent, atque deponere, hoc fibi nota arte fallendi, nifi intelligantur, excipiunt, ut gratia Dei fecundum meritum dari accipientium fentiatur. Ep. 86. ad Acquil. Epifc.

S. Aug. L. de gratia Chrifti cap. 26. n. 270.

Suis fatis implicitus retibus hæreret prioris Thefis auctor, fi Molinæ fententiam naturæ plus jufto favente a Semipelagiano errore, quem tertia pofitione tertiæ columnæ delineat: * fecernere vellet. Et vero, qui non piam duntaxat credulitatem, fed & ipfam

* In eo Semipelagiani

fidem

erráfunt, quod ad aliquam piam credulitatem, quæ esset initium salutis, vires liberi arbitrii sufficere dicerent, Gen. 6. 7. & cap. 8. 21. 2 Cor. 8 4. & 5. Conc. Aur. 2. Can 7. Psa. 13. 3. & seq.

fidem supernaturalem, cæterasque gratias omnes, naturalium liberi arbitrii conatuum individuas comites, ac pedissequas agnoscit, is ne quoad hoc caput Semipelagianis est tolerabilior? Nihil magis sacris Literis, & Traditioni expressum occurrit, quam generalis humanæ naturæ ex primi parentis peccato depravatio, & redemptricis gratiæ secuta necessitas. Tota hinc Mysteriorum gratiæ simul, & naturæ enodatio repetenda. Fidei dogma est, universa corrupti hominis desideria, cogitationes, affectus, illum ad malum ferre, cum sibimetipsi relinquitur; non esse nos sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis; vel tenue boni alicujus, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, desiderium a nobis concipi sine gratiæ adjutorio non posse. *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Qua igitur ratione ex corruptæ adeo, & inquinatæ naturæ fundo eas dispositiones haurire potuit Molina, eam (ut postea videbitur) laudabilem fidem tametsi minime supernaturalem, charitatem illam, & contritionem, illos demum liberi arbitrii naturales conatus, quibus gratiam supernaturalem suprema velut auctoritate adpromittit, & adjudicat?

adjutorio Dei? Sed quid tandem sibi volunt, qui nativas liberi arbitrii vires Molina duce sic efferunt? Quid aliud homines illi moliuntur, nisi (quod Leo magnus observat) occulta dexteritate vulnus originalis peccati obtegere, illud mortalium oculis studiose subducere, cujus intuitu continuo humiliare se deberent; ac suspicionem pene ingenerare, quod Systematis illius vindices originale peccatum, aut minus agnoscant, aut minori, quam par est, illius horrore afficiantur?

Neque vero inanibus ducimur conjecturis, dum generalem humanæ naturæ depravationem a Molina minime cognitam suspicamur. Hunc si audiamus, ingenitæ naturæ vires æque integræ in homine lapso manserunt, ac *in statu puræ naturæ fuissent*, in quo nullo originis peccato sauciatus esset. Amissa quidem in Adam supernaturalia dona profitetur; at nihil ultra mali ex Adami peccato derivatum agnoscit. *

Non eum latere quidem poterat, nec reipsa latebat effatum in schola, & in Ecclesia receptum, quo vulneris ex protoparentis peccato contracti gravitas demonstratur; quandoquidem illud axioma post paginam alteram laudat. Nemo Christianus est, qui fatali experimento non probet, lapsum hominem non modo spoliatum fuisse gratuitis, ac supernaturalibus donis, sed & in naturalibus perfectionibus vulneratum, ac infirmatum; instar infelicis illius, qui ab Jerusalem descenderat in Jericho, quem SS. Patres ceu typum hominis ab innocentiæ statu in peccatum lapsi exhibent. Non denique Molinam latebant ab ipsomet laudati Synodorum Arausicanæ, & Tridentinæ Canones, definientes hominem nedum fuisse donis supernaturalibus in Adamo spoliatum; verum, & *totum secundum corpus, & animam in deterius commutatum.*

Iis tamen insuperhabitis, in sua opinione Pelagianis adeo favente stat immotus, & a Conciliorum definitionibus inlulsa distinctiuncula expediri se posse putans, quasi Scholasticis argutiis responderet, fiden-

donatio ... ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præveniri, ut quæ ante gratiam proprio clara sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata, falsumque sit, quod Veritas ait, quoniam Filius hominis venit quærere, & salvare quod perierat.

* Molina in Concordia q. 14. disp. 3. p. 14. Vires naturales secundum se manserunt, quales illas essemus habituri, si in puris naturalibus ad finem tantum naturalem a principio conditi fuissemus.

Luc. 19. 10. Conc. Araus. 2. Can. 1.

ter

Ecclesia hac in parte remitteret; maluitque sacris Oraculis erudita, alte de divinæ justitiæ severitate sentire, quam projecta hæreticorum, ac licentiorum hominum somnia consectari. Id nobis certo persuasum est, nihilo magis Ecclesiæ probari Molinianam de peccato originali, quam de divina gratia, & prædestinatione concordiam (quæ cum peccato originali valde connexa sunt argumenta) Pelagianosque illam circa utrumque caput lubentibus animis excepturos fuisse.

S. Aug. l. 1. cont. Juli. c. 9. n. 19.

Quid porro circa originalis peccati dogma veteres illos hæreticos offendebat? Non id certe, quod pueros baptizandos Ecclesia crederet, ut regni cœlorum introitu digni essent; perspicuum eis Evangelium hoc in capite videbatur. Imo nec peccatum originale, suo tamen arbitratu expositum fateri Pelagius detrectavit in Synodo Diospolitana, ac velut impactam sibi calumniam propulsavit, quod illi a nonnullis exprobrabatur: *Quod infantes* (secundum ejus opinionem) *etiamsi non baptizentur, vitam æternam habere possunt*; hunc errorem, ejusque Sectatores libere condemnavit.

To. 7. Conc. pag. 1529. Edit. P. Labbe.

Qua igitur parte Pelagiani a Catholicis de peccati originalis dogmate diffidebant? Ista maxime, qua totius difficultatis cardo vertebatur; quod videlicet duram nimis, & inhumanam opinionem arbitrarentur, quam Ecclesia Scriptura sacra duce, & S. Augustino vindice tuebatur; parvulos non modo vitiatam ex Adam originem ducere, nulloque, vel minimo ad salutem conatu seipsis eniti posse; sed & illos æternum damnatum iri, ac miseros fore, nisi in Christo per baptismum renascerentur. Hac in re S. Augustini adversarii illum, cæterosque Catholicos, crudeles, barbaros, Manichæos, divinæ bonitatis hostes, appellabant; omnia demum pro sua cæcitate adversus illos congerebant probra, convitia, maledicta, quæ falsa in humanum genus miseratio suggerebat. Quisquis controversias illas penitus attigerit, eo universa recidisse fatebitur. Si Pelagianis dedisset Ecclesia, parvulos sine baptismo defunctos nullatenus æternis miseriis addicendos, imo naturali felicitate donandos; secum certe

satis

satis liberaliter actum existimassent. At nulla unquam S. Augustino nec Ecclesiæ compositio placuit, ubi summa fidei vertebatur. Unus Molina mitioris concordiæ genus commentus est, Catholicis non minus exosum, quam Pelagianis acceptum. Quid novus ille auctor insolita luce perfusus, totaque Ecclesia catholica, & S. Augustino longe humanior docere nos velit, audiamus. *Parvuli reprobati perinde se habebunt, ac si in solis naturalibus fuissent constituti; imo post diem judicii, cum ipsorum animæ suis fuerint corporibus restitutæ, ab omnibus molestiis, & ærumnis, quibus in hac mortali vita subjacemus, supernaturaliter liberabuntur, melioremque in naturalibus vitam, vitio omni mentis, & corporis immunem in perpetuas æternitates ducent, quam ullus unquam mortalium duxerit.* Quid ergo? Ad easne conditiones cum Molina descendere Pelagius detrectasset? Si hoc parvulis morientibus sine Baptismo non erit malum, a regno Dei separari (ajebat olim tota cum Ecclesia S. August.) non itaque summum bonum erit regnum ejus. At Molina averso a S. Augustini doctrina animo, & quadam in Pelagianas opiniones propensione, judicat, pronuntiat, illos citra inhumanitatis vitium miseros appellari non posse, quos tamen iræ filios appellat Apostolus. Prohibente licet originali peccato, Scriptura sacra, & Traditione repugnantibus, eos in Paradisum deliciarum Molinianis manibus consitum inducit, quos Deus e suo cum Adamo expulit, & quos a facie sua æternum exterminabit. *Meliorem in naturalibus vitam in perpetuas æternitates ducent, quam ullus unquam mortalium duxerit.*

Molina q. 23. art 4. & 5. memb. 8. p. 447.

Lib 6. con. Julia. c. 10. n. 13.

Ephe. 2. 3. Eramus natura filii iræ.

Gratias huic Jesuitæ maximas haberet humanum genus, si tantum in rescidenda damnatione, quam in nos trahit originale peccatum, ipsi inesset auctoritatis, quantum ejus Sectatoribus in illius doctrina promovenda. Ad Ecclesiæ tamen honorem dicendum est, Molinæ opinionem quoad hoc caput nequaquam tolerari, tametsi auctor solemni judicio non sit ex nomine damnatus. Concilium plenarium totius Afri-

cæ, contra Pelagium, & Cæleſtinum anno 418. celebratum, omnium chriſtiani orbis Eccleſiarum, a quibus receptum eſt, fidem expreſſit. *Si quis dicit ideo dixiſſe Dominum*: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, *ut intelligatur, quod in regno cælorum erit aliquis medius, aut ullus alicubi locus, ubi bene vivant parvuli, qui ſine Baptiſmo ex hac vita migrarunt, ſine quo in regnum cælorum, quod eſt vita æterna, intrare non poſſunt, anathema ſit.* Quiſquis errorem illum protulerit, ſit ille Pelagius, aut Cœleſtius, ſit Molina, *ſi quis dicit*, anathema eſto. Ac ne ambigua felicitatis naturalis, aut ſupernaturalis voce difficultatem ſibi eludere videatur Scholaſticus noſter, reliqua Canonis verba ponderet, ſeque ab illis, ſi poteſt, defendat. *Nam cum Dominus dicat*: niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum; *quis Catholicus dubitet participem fieri diaboli eum, qui coheres eſſe non meruit Chriſti*?

In appendice ad To. 1. Operum S. Auguſt. pag. 106.

Si quis, his inſuper habitis, Molinæ opinionem omni retro tempore ab Eccleſia reprobatam adhuc tueri velit, illum ad eruditam diſſertationem remittimus celeberrimi illius Theologi, quem eximia merita

illi tribuit, ejus ergo doctrina velut unice approbata, excipienda nobis erit, iis faltem in capitibus, ubi folæ post Molinæ fententiam hæreticorum affertiones referuntur. Rigidioribus Calvinianis quodam faltem pacto in materia gratiæ concedenda iis erit; qui Sedem apostolicam falso incufant, quafi S. Augustino relicto Molinæ doctrinam adoptaverit. Gratulandum & Calvinianis mitigatis ex Arminii fecta, qui Molinam S. Augustino prætulerunt;exprobrare licebit fanctiffimo gratiæ Doctori (ut Hifpanus ille auctor aufus eft) quod Ecclefiam turbaverit; veterumque, ac recentium hæreticorum partibus vel imprudens, vel ignorans, vires addiderit; & dum S. Augustinum defpicatui impune habet Molina,nova ejus figmenta fumma veneratione nobis erunt fufcipienda. Illi docere licebit, S. Auguft. Synodifque conculcatis, & veluti repercuffis, Chrifti, fanctiffimæque Matris ejus animas, idcirco præ cæteris *in tantam dignitatem electas fuiffe, quod illas Deus prævidiffet melius quam cæteras pro fua innata libertate ufuras fuo arbitrio.* Fas illi erit propugnare contra expreffa Scripturæ facræ verba, & apertas Ecclefiæ definitiones, hominem lapfum, integris æque viribus ftare, ac illas in puræ naturæ ftatu erat habiturus, nullo peccati vulnere fauciatus: Pueros facro Fonte minime expiatos, fecundum naturam felices, ac fupra quam ullus mortalium fuerit, extituros. Tandem faveat licet Molina Neftorianis, Pelagianis, aliifque, tum veteribus, cum novis erroribus, primæ Thefis auctor ejus doctrinam adeo periculofam, tantaque laborantem infamia, fupra modum commendabit, & coram fummis Pontificibus examinatam, ac velut in fornace probatam auro puriorem inventam effe prædicabit.

Qu. 23. art. 4 &5. disp. 1. memb. 9. pag. 478.

Id præ cæteris obfervandum, Molinam novam illam doctrinam, ut fructum fcientiæ mediæ effundere, cujus fe auctorem effe gloriatur. Id ex ipfius verbis compertum eft. *Cum Deus fcientia fua prævideat, quinam ex eis, qui audituri funt Evangelium, conaturi fint ex fuis naturalibus ad affenfum eliciendum, ut tanen-*

Qu. 14 art. 13. disp. 7.

 nen-

nentur, & qui non, sane, ut a peccato non excusentur, qui assensum fidei supernaturalem non elicuerint, satis est, Deum suo auxilio, & gratia præsto esse ad præveniendum in eodem instanti, quoscunque præviderit ex suis naturalibus ad assensum conaturos, ut ita non quidem tempore sed natura præventi talem eliciant fidei assensum, qualis necessarius est ad salutem.

Explicatius profecto doceri nequit, Deum gratiæ suæ auxilia illis paraſſe, quos ſeipſis, atque ingenitis viribus acturos prævidet; quod ipſum in Pelagianis damnavit Eccleſia. Sic in errorum abyſſum præcipites ruunt, qui inani fiducia tumidi, ſola humana ratione duce de altiſſimis Myſteriis argutantur. Non abſimili confidentia temerariam illam, & captioſam
Qu. 14. art. 13. diſp. 7. pag. 29. & 30. Propoſitionem propugnat: *Liberum arbitrium solo concursu Dei generali elicere posse assensum fidei actu, qui sit mere naturalis.* Nec vero aliter de ſpe pronuntiat, *quoad actus substantiam attinet.* Ac demum de charitate ſermonem inſtituens, idem quod de re-
Diſp. 14. pag. 62. liquis virtutibus theologicis aſſerit: *Liberum arbi-*
Ibid. pa. 63 *trium cum solo concursu generali Dei elicere posse non solum actum attritionis naturalem, id est, dolorem de*

rium... reſiſtit Apoſtolo dicenti : Quid habes, quod non accepiſti ? & , gratia Dei ſum id, quod ſum. Hocne Concilium Molina legerat, cujus non ſemel ſuo in opere meminit ? An illud parvi fecerat ? An forte eum latebat ſingularis auctoritas, quam in romana Eccleſia hactenus obtinuit, unde ſuas ſanctus ille Cætus definitiones hauſerat ? Quo loco notare operæ pretium eſt, nullam eo in Canone meriti naturalis, aut dignæ ad gratiam ſine gratia obtinendam diſpoſitionis mentionem ingeri ; ſed eos ſimpliciter anathemate peti, qui miſericordiam Dei hominibus ſine Chriſti gratia credentibus, ſperantibus, conantibus, laborantibus conferri dicerent ; aut divinæ gratiæ adjutorium (ut Molina auſus eſt) virtutibus naturalibus hominis temere ſubjungerent ? *Obedientiæ humanæ ſubjungit gratiæ adjutorium.* Fruſtra porro ad eludendum anathema Concilii obtruderet aliquis duplex virtutum genus ; alterum earum, quæ ſaluti, juſtificationi deſerviunt ; alterum virtutum naturalium, quas ad ſalutem conducere Molina non contendit. Sunt hæc ſpecioſa diverticula, quibus non Pelagianos errores proſcribere, ſed Eccleſiæ cenſuras eludere volunt. Nam prætterquam quod fides, ſpes, charitas, contritio, ad ſalutem inutiles, monſtri pene inſtar haberi poſſunt, quo vel uno deterreri Molina debuerat, quominus adulterinam, & apud filios regni (ut Scripturæ verbis utar) reprobatam monetam tanti faceret ; ejus etiam Sectatoribus mox oſtenſuri ſumus, quantum ipſi fallantur, aut alios fallere velint.

Certum quippe eſt in Molinæ ſyſtemate primas reipſa partes naturæ tribui, quæ uni gratiæ in ſpeciem tribui videntur. Quis enim negare poteſt id ab eo fundamenti loco poni, Deum certo gratias omnes ad juſtificationem, & ſalutem neceſſarias largiri homini, ubi primum ingenitis naturæ viribus egerit totum, quod ex ſe poteſt ? Ex quo plane conſectarium eſt, omnia tandem in gloriam liberi arbitrii cedere. Semipelagianis nihil ejuſmodi venit unquam in mentem, ut damnationem effugerent artis ſcilicet, ac induſtriæ

Molinianæ expertibus. Nihil ſane intererat (quod dogmatis caput attinet) aut fidei ſupernaturalis initia, cum Fauſto nobis adſcribere; aut, cum Molina propugnare nil quidem nos ultra fidem naturalem poſſe ex nobis, at ſupernaturalem fidem a Deo ſemper adjungi; qua una ſubtilitate fractæ, & eliſæ hæreſis reliquias, velut opportune ſuccurrente in naufragio tabula collegiſſent. *Novimus hanc iſtorum eſſe verſutiam* (inquit S. Leo Epiſcopum Aquilejenſem adverſus Pelagianorum aſtutias muniens) *ut in qualibet particula dogmatis execrandi, quam a damnandorum ſoliditate diſcreverint, nihil ſibi ſenſuum ſuorum exiſtiment eſſe non ſalvum.*

Ep. ſupra cit.

Et vero diſpungantur minutatim novæ concordiæ principia, nemo erit, qui aperte non videat, quam facile Pelagiani ſub umbra, & protectione Molinæ Eccleſiæ fulmina declinaſſent. Sic ille novum dogma ſuum exponit: *Facienti, quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam, Chriſtuſque nobis promeruit auxilia non ſolum, quæ conantibus nobis ex noſtris naturalibus efficere, quod in nobis eſt, præſto eſſent, ac prævenirent, ut ſic illo eodem conatu eliceremus diſpoſitionem ſupernaturalem ad gratiam, ſed etiam quibus excitaremur*

Qu. 14 art. 13. diſp. 14. pag. 82. 83.

tuita supernaturalium donorum præparatio posita fuerit, eadem ipsa dona naturalibus liberi arbitrii conatibus fictitiisque virtutibus fidei, spei & charitatis naturalis, *quoad substantiam actus*, adscribentur.

Si hæc principia; atque dogmata sine debita animadversione serpere sineremus, vix, ac ne vix quidem Pelagianismum humana superbia renascentem, ac tumidum cohibere fas esset. Cogimur igitur, vel inviti piis Leonis magni consiliis morem gerere, quibus Aquilejensem Episcopum hortabatur, ut obscuros aliquos Hæresis Pelagianæ fautores pastorali vigilantia coerceret, tanto difficilius a veris Christi ovibus discernendos, quanto callidius ovina se pelle tegebant. (Epist. jam citata ad Aquilejensem Episcop.) *Cavendum ergo* (inquit) *magnaque diligentia providendum, ne per hujusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur, & de exciso olim dogmate aliquod in Provincia tua ejusdem mali germen oriatur; quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sancta Ecclesiæ sobolem veneno sui odoris inficiat.* Eo vero movemur magis, quod intemperans ille Molinæ laudator nullibi erroris ejus, vel leviter perstringat, vel explodat; quamquam tales ii sint, ut totam Molinianæ doctrinæ summam inficiant, & si quid boni dixerit, inutile reddant.

Accedit, & aliud hujusce Thesis incommodum longe gravius; tertia scilicet columna, ubi variæ circa gratiam opiniones referuntur, sex complectitur appendices. Quinque postremis auctor hæreses omnes exponit, quibus Ecclesiæ catholicæ doctrina de divina gratia pulsata est: Pelagianos, Semipelagianos, Prædestinatianos, Lutheranos, Calvinistas, Jansenianos numerat ordine longo. Porro tot illis divinæ gratiæ hostibus unam Ludovici Molinæ doctrinam ex adverso ponit appendice prima, cæteri omnibus Theologorum orthodoxorum sententiis alto silentio prætermissis; quasi hujus unius doctrinam catholicis Theologis amplecti necesse sit, si procul a damnatis hæresibus stare velint.

Certe, ubi de fidei dogmate statuendum, vel in li-

 bro,

bro, vel in disputatione Theologica agitur, id primo proponitur, quod Ecclesia credit, omnique retro tempore professa est, tum oppositæ Catholico dogmati hæreses recensentur. Cum igitur una Ludovici Molinæ sententia de divinæ gratiæ auxiliis, uti subortis erroribus adversa recensita sit, perspicuum est, id unum Thesis hujus auctori fuisse consilium, ut Molinæ sententiam tanquam Ecclesiæ catholicæ doctrinam, professionemque obtruderet, cui adhærere necesse sit, ut hæreses recensitæ vitentur.

Atque id quidem consilium eo manifestius se prodit, quod Thesis auctor statim sub primæ appendicis initio scripserit, Molinam, ejusque Sectatores divinæ gratiæ cum humana libertate concordiam, ope scientiæ mediæ, cæteris omnibus Theologis enucleatius tradidisse. Addit, doctrinam ejus tam valide impetitam, toties a diversi generis hostibus impugnatam, & coram summis Pontificibus tam diligenter examinatam, tanquam aurum in fornace probatam, puriorem inventam esse. Eo etiam venit audaciæ, ut sacrilega quadam violatione sacras divinæ Scripturæ voces usurpet, quibus invictam in tormentis Martyrum fidem celebrat Ecclesia; ac demum lata veluti sententia pronuntiat, Molinæ doctrinam dira coram duobus summis Pontificibus persecutione agitatam, solidiorem, ac puriorem evasisse; dignamque etiam, quæ uti sanctorum Patrum hereditas excipiatur; *Cum honore ex tot disputationum fluctibus emersit.*

P. 4. c. 14. p. 198. Edit. Antuerp. Et cap. 41. pag. 89.

Unanimis consensus statuit, doctrinam S. Thomæ in doctrina scholastica tanquam solidiorem, securiorem, magis approbant, & consenta- ... po- ... sti-

Constitutionibus Jesuitarum sancitum est: *Ut in Theologia legantur vetus, & novum Testamentum, & doctrina Scholastica divi Thomæ.* Hoc ipsum quinta Congregatio generalis Societatis decrevit, nonnullaque quorumdam Deputatorum, de seligendis opinionibus instituta confirmavit, quorum primo ita constitutum est: * *Nostri omnino S. Thomam, ut proprium Doctorem habeant, eumque in scholastica Theologia sequi teneantur; tum quia Constitutiones eum nobis commendant, & summus Pontifex Clemens VIII. id se cupere significavit; tum quia cum unius Scriptoris doctrinam in societate eligendam*

Con-

Constitutiones moneant, nullius hoc tempore doctrina posse occurrere, quæ sit ea solidior, aut securior; ut non immerito S. Thomas Theologorum Princeps ab omnibus habeatur. Quin etiam cap. 41. quintæ Congregationis generalis cautum est: *Ne deinceps ad Cathedras Theologicas promoveantur, nisi qui S. Thomæ bene affecti fuerint; qui vero ejusdem auctoris parum studiosi, vel etiam ab eo alieni sunt, a docendi munere repellantur.*

tutionibus, sequendam esse a Professoribus nostris
* Cap. 56. pag. 309.

S. Thomæ principiis imbutus profecto non fuit Frater Gabriel Thiroux, Thesis hujus auctor, & propugnator, ut imbutum illum fuisse oportuerat, si præpositi Societatis hæc Decreta executioni demandassent. At Magistrum ei Suarez dare maluerunt, cujus doctrina nil nisi Molinianæ temperamentum est. Ea nobis agendi ratione Jesuitæ significant, pluris apud illos fieri recentium Scholæ suæ Theologorum auctoritatem, quam Clementis VIII. Pontificis maximi jussa, qui ferventibus Congregationum *De auxiliis* disputationibus, unicum eis Magistrum esse voluit S. Thomam. Quid ergo mirum si quo tempore Thesis propugnanda fuit, quinta scilicet Decembris ultimo præteriti, nullam alterius Decreti prudentissimi rationem habuere, quo quinta illorum Congregatio generalis vetuit, ne quis eas opiniones in aliqua Academia doceat, vel defendat, quæ Catholicos offendere possint?

Majori Jesuitæ Rhemenses reverentia duci debuerant in Societatis suæ Constitutiones, Congregationumque generalium ejusdem Societatis Decreta, quorum iis memoriam interdum revocavimus, dum nostrum illis de Molinæ doctrina judicium aperuimus. Si quod majoribus quondam suis charitatis, ac prudentiæ studium insitum erat illos etiamnum egisset; non usque adeo publice comprobassent, quam parvi sensa nostra, ac monita pendeant. Ab eo delicto procul illos esse, & ab immodicis Molinæ sui laudibus temperare oportuerat, vel eo solo nomine, quod illius sententiam inter fidei dogmata reputare ipsi non audeant; eamque e contrario novam, ut minimum, confiteri compellantur.

Mirari

bro, vel in disputatione Theologica agitur, id primo proponitur, quod Ecclesia credit, omnique retro tempore professa est, tum oppositæ Catholico dogmati hæreses recensentur. Cum igitur una Ludovici Molinæ sententia de divinæ gratiæ auxiliis, uti subortis erroribus adversa recensita sit, perspicuum est, id unum Thesis hujus auctori fuisse consilium, ut Molinæ sententiam tanquam Ecclesiæ catholicæ doctrinam, professionemque obtruderet, cui adhærere necesse sit, ut hæreses recensitæ vitentur.

Atque id quidem consilium eo manifestius se prodit, quod Thesis auctor statim sub primæ appendicis initio scripserit, Molinam, ejusque Sectatores divinæ gratiæ cum humana libertate concordiam, ope scientiæ mediæ, cæteris omnibus Theologis enucleatius tradidisse. Addit, doctrinam ejus tam valide impetitam, toties a diversi generis hostibus impugnatam, & coram summis Pontificibus tam diligenter examinatam, tanquam aurum in fornace probatam, puriorem inventam esse. Eo etiam venit audaciæ, ut sacrilega quadam violatione sacras divinæ Scripturæ voces usurpet, quibus invictam in tormentis Martyrum fidem celebrat Ecclesia;

P. 4. c. 14. p. 198. Edi. Antuerp.

Constitutiones moneant, nullius hoc tempore doctrina potest occurrere, quæ sit ea solidior, aut securior; ut non immerito S. Thomas Theologorum Princeps ab omnibus habeatur. Quin etiam cap. 41. quintæ Congregationis generalis cautum est: *Ne deinceps ad Cathedras Theologicas promoveantur, nisi qui S. Thomæ bene affecti fuerint; qui vero ejusdem auctoris parum studiosi, vel etiam ab eo alieni sunt, a docendi munere repellantur.*

tutionibus, sequendam esse a Professoribus nostris

* Cap. 16. pag. 309.

S. Thomæ principiis imbutus profecto non fuit Frater Gabriel Thiroux, Thesis hujus auctor, & propugnator, ut imbutum illum fuisse oportuerat, si præpositi Societatis hæc Decreta executioni demandassent. At Magistrum ei Suarez dare maluerunt, cujus doctrina nil nisi Molinianæ temperamentum est. Ea nobis agendi ratione Jesuitæ significant, pluris apud illos fieri recentium Scholæ suæ Theologorum auctoritatem, quam Clementis VIII. Pontificis maximi jussa, qui ferventibus Congregationum *De auxiliis* disputationibus, unicum eis Magistrum esse voluit S. Thomam. Quid ergo mirum si quo tempore Thesis propugnanda fuit, quinta scilicet Decembris ultimo præteriti, nullam alterius Decreti prudentissimi rationem habuere, quo quinta illorum Congregatio generalis vetuit, ne quis eas opiniones in aliqua Academia doceat, vel defendat, quæ Catholicos offendere possint?

Majori Jesuitæ Rhemenses reverentia duci debuerant in Societatis suæ Constitutiones, Congregationumque generalium ejusdem Societatis Decreta, quorum iis memoriam interdum revocavimus, dum nostrum illis de Molinæ doctrina judicium aperuimus. Si quod majoribus quondam suis charitatis, ac prudentiæ studium insitum erat illos etiamnum egisset; non usque adeo publice comprobassent, quam parvi sensa nostra, ac monita pendeant. Ab eo delicto procul illos esse, & ab immodicis Molinæ sui laudibus temperare oportuerat, vel eo solo nomine, quod illius sententiam inter fidei dogmata reputare ipsi non audeant; eamque e contrario novam, ut minimum, confiteri compellantur.

Mirari

Mirari ſubit, liberam opinandi licentiam, uſque adeo ſocietatem occupaſſe, viris quondam, atque etiam hodie eruditis abundantem; cui etiam nihil in ſuis initiis omiſſum, ut prudentiſſimis inſtitutis, ab ea ſibi labe præcaveret. *a*

Joannes Mariana Jeſuita Hiſpanus eruditione ſua celeberrimus, ea de re gravius expoſtulat edito Tract. *De rebus emendatione dignis in Societate Jeſu.* Ubi malum eo uſque progreſſum ait, ut plures in ſcholis opiniones recipi cerneret, quæ falſæ prius, atque inſulſæ habebantur. Quam ardentiori reformandæ ſocietatis zelo exarſiſſet, ſi deteſtandum peccati Philoſophici errorem, impiamque adverſus divini amoris mandatum hæreſim, publicis apud ſuos Theſibus defendi ætate ſua comperiſſet. Nulla nobis ambas illas Theſes *b* ut commemoremus religio eſt, ſiquidem illæ ſolemni Alexandri VIII. Decreto *c* damnatæ ſunt. Alias ſilentio mittimus noſtra ætate, nuper in nonnullis hujuſce regni Diœceſibus propugnatas; quod ſacem in meſſem alienam immittere, ac de geſtis extra juriſdictionis noſtræ fines publice pronuntiare nolimus. Ab iis Præſulibus expectanda juſta cenſura eſt, quorum ovibus

a Conſt pa. 3. cap 2. pag. 118. Idem ſapiamus, idem quoad ejus fieri poſſit dicamus omnes juxta Apoſtolum; doctrinæ igitur differentes non admittantur.

b Theſes propugnatæ in Collegio Soc. Jeſu, Diviſione 1686. menſe Junio, & Ma-

gregationes *De Auxiliis* habebantur, prælaudatum de Societatis emendando Regimine Tractatum edidit, diligentius notat, quæ mala liberiorem illam in vulgandis Molinæ, & aliorum plurimorum figmentis licentiam secuta sunt. *Ex inordinato* (inquit ille) *novitatis amore emanarunt illi turbines, & procellæ, quibus nostra Societas tentavit exagitare sapientissimos Dominicanæ familiæ Theologos, quos potius venerari debeat, quam sequi hesterna Ludovici Molinæ figmenta.* Addit, *Occasione Molinianæ concordiæ ab hisce Patribus certatum acriter; ac primo quidem ad Hispaniensem inquisitionem provocatum, deinde Romam; ubi* (ut ait) *quo tempore scribebat, controversia magno animorum æstu disceptabatur: Cujus prosperum exitum* (*etiamsi res illis prospere cederent, quod admodum incertum erat*) *nonnisi multis expensis, & anxia multorum annorum cura empturi essent.* Subjungit, Virum perillustrem, * rerum illarum apprime conscium, Societatis præpositos monuisse, ne se liti huic altius implicarent; nihil tamen obtinuisse: *Tum quod ad litem urgendam proprii honoris stimulo duceretur Præpositus generalis, ob datam Molinæ typorum veniam, minusque rei gravitatem persentirent juniores nonnulli Hispaniæ Professores; tum quod, qui Præposito generali Romæ adsistebat, quique Hispaniæ provincialis munus gerebat* (*quorum artibus omnia hæc movebantur*) *viri essent illiterati, qui publica illa Societatis munia hominum ejusdem moris, & indolis gratia obtinuerant.* Qua in re id tandem evenisse ait, quod visum est, *& quod evenit, quoties ardua Societatis negotia viris turbolentis, & ignaris præpositis committentur.* Ita Mariana eo in libro, quem publicæ luci præripere tantopere conati sunt, quemque nos in testimonium Hispano, & Gallico editum idiomate in Bibliotheca nostra servamus. Sic demum auctor ille Tractatum suum absolvit. *Multam mihi fiduciam sumpsi in detegendis malis Societatis nostræ, ac regiminis ejus erroribus, iisque potissimum, quæ cum communiter approbentur, libentius fiunt. Quid remedii* (*candide loquor sine præjudicata* men-

Laudat illustriss. Archipræsul Rhemensis Marianæ verba secundum Versionem Gallicam ipsi Autographo coævam.

* De Cardinali Baronio loqui videtur.

tiam mediam a Molina, ut nostris, inventam, *gratuitæ Prædestinationis explicandæ unice deservire.* Quæ illusio! Augustinianæ ergo doctrinæ tam antiquæ, tam universaliter, tantaque reverentia receptæ, & pro Sedis apostolicæ doctrina semper habitæ approbatio e Molinianæ opinionis approbatione pendebit! Novæ (inquam) opinionis, ab ipsa origine susceptæ, obscuræ, in sanioris doctrinæ scholis impugnatæ, a plurimis e Soc. Jesu, in qua nata est, magni nominis Theologis explosæ, Sedi apostolicæ ignotæ, & ipsius respectu peregrinæ, ac prorsus extraneæ (ne quid amplius dicamus, & solemnem sententiæ illius declarationem præveniamus.) Theologi igitur deinceps tenebuntur Auctoris recentioris figmenta mutuari ad exponendum prædestinationis Mysterium, eaque duntaxat lege illis Augustinianos licebit esse, ut S. Augustinus Molinista fiat. Absit ut hæc feramus.

Verum qua tandem ratione, ut cæteris illuderet Thesis auctor, commentus est, S. Augustinum scientiam mediam luculenter approbasse, & *ad gratuitam Dei electionem demonstrandam, ea tanquam invicto argumento usum esse*? Itane dum hæc Collumna secunda scriberet, cogitabat quid tertia scripturus esset? Ibi

Ibidem.

temporibus S. Augustini loco non decertasse; aut Lutheranos Molinæ ætate nuper enatos novum ejus Systema confidenter amplexos non fuisse! Quis recentis illius Theologi temeritatem non indigne ferat? Cui si demus aures, quomodo cum Ecclesia consentiemus, quæ S. illum Patrem uti defensorum suorum illustrissimum in divinæ gratiæ controversiis, utique hæreticorum flagellum, ac debellatorem semper habuit, ac venerata est? *

S. Prosper Carm. de ingratis.

Ita de S. Augustino sensere quotquot Historiæ ecclesiasticæ non imperiti fuerunt; & quibus Ecclesiæ honor, & utilitas cordi fuit. Summi Pontifices celebratas a S. Prospero ejus discipulo tanti Doctoris laudes non minoribus encomiis cumularunt. Quin & nostra ætate Cardinalis Peronius * S. Augustinum *Maximum post Apostolos prædestinationis Doctorem* prædicavit, *imo os, ac vocem veteris Ecclesiæ, quod pertinet ad illud doctrinæ caput.*

* Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto, insanas pepulere feras, industria Major; Majus opus, totum præstantius imbuit orbem.

Si Frater Franciscus Baltus, secundæ Thesis auctor, & propugnator, Augustinianus revera foret, ut eo quidem nomine gloriatur, num ita exiliter, & jejune de sanctissimi Doctoris sententia pronuntiasset? *Nihil* (inquit) *in doctrina Augustini certius, quam Prædestinationem esse omnino gratuitam.* Modo tamen, ut præmonet, Moliniano scientiæ mediæ sensu exponatur. Innuitne vel leviter Thesis hujus auctor, S. Augustini sententiam eo in capite Ecclesiæ catholicæ doctrinam esse, atque a summis Pontificibus expresse probatam? Solosne hæreticorum errores huic doctrinæ opponit, quemadmodum in prima Thesi factum est in gratiam Moliniani dogmatis? Multum certe abest, ut id agat; satisque S. Augustini honori consultum putat, si se Augustinianum esse jactet, data tamen cæteris omnibus a S. Doctore dissentiendi licentia. *In explicanda* (inquit) *Prædestinatione Augustinum sequimur, ab utrisque, Semipelagianis, & Prædestinatianis æque remotum.* Ne verbum quidem tota Thesi occurrit, quo vel leviter innuat longe a vicinia veritatis errare, qui aliter senserit; quod tamen palam significare

* In rep. ad seren. magnæ Britaniæ Regem c. 12 polit. 5. col. 54.

Hormisdas Epist. 70. de arbitrio tamen libero, & gratia Dei,

quod Romana, hoc eſt Catholica, ſequatur, & aſſeveret Eccleſia, licet in variis libris beati Auguſt. & maxime ad Hilarium, & Proſperum poſſit cognoſci, &c.

opus erat, ut totus Auguſtinianus haberetur, & cum romana loqueretur Eccleſia, ut Hormiſdas Pontifex declaravit, totaque Paſtoralis hujuſce Inſtitutionis ſerie demonſtrabimus.

Qua in re id ſtatim conſilii nobis fuit, ea omnia ſeponere, quæ ſalvo fidei capite in ſcholis catholicis diſputantur, & intra Prædeſtinationis gratuitæ fines conſiſtere. Hoc dogma eſt, quod a S. Auguſtino traditum diximus, ut communem Eccleſiæ catholicæ ſenſum ex Scripturis ſacris & Traditione petitum, & a Fidelibus univerſis ſumma veneratione, & conſenſione ſuſceptum.

Fundamentalem illam veritatem, ut ordine ſtatuamus, ponenda imprimis eſt Auguſtiniana prædeſtinationis definitio, ab univerſa Eccleſia probata. *Hæc eſt Prædeſtinatio Sanctorum* (inquit) *nihil aliud, præſcientia ſcilicet, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſime liberantur, quicunque liberantur.*

Libro de dono perſev. c. 14.

Deus certis hominibus, quos electos Scriptura vocat, ſingularia beneficia præparavit, quibus a peccato, & æterna damnatione certiſſime liberantur. Si certiſſima eſt eorum liberatio, iis ergo procuratur auxiliis, quæ indeficientia ſint, & ad exitum infallibiliter

quit) *neminem contra istam Prædestinationem, quam secundum Scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.* Hæc contra divinæ gratiæ hostes (inquit S. ille Doctor) propugnamus, non privatis præjudiciis occupati, sed sacris Literis eruditi; nec convocari in controversiam ullatenus possunt, nisi vel beneficia, quibus certissime liberantur electi, negentur omnino, vel minus a Deo prævisa dicantur, ac præparata; quo utroque errore fides manifeste læderetur.

Hanc doctrinam clarissime explicuit, ac definivit Adrianus I. Pontifex maximus. *Opera* (inquit) *misericordiæ, ac justitiæ suæ præparavit Deus in æternitate incommutabilitatis suæ, & sicut futurorum operum suorum nunquam fuit ignarus; sic in eorumdem operum præparatione nunquam improvidus. Præparavit ergo justificandis hominibus merita, præparavit eisdem glorificandis & præmia; malis vero non præparavit voluntates malas, aut opera mala, sed præparavit eis justa, & æterna supplicia. Hæc est æterna prædestinatio futurorum operum Dei, quam sicut nobis apostolica doctrina insinuari semper cognoscimus, sic etiam fiducialiter prædicamus. Teneatur ergo prædestinationis veritas a fidelibus cunctis, quia quisquis divinum non credit in hac prædestinatione consilium, non perveniet ad gloriosum ejusdem prædestinationis effectum.*

Quisquis sanctissimi Doctoris libros *De Prædestinatione Sanctorum*, & *de Dono perseverantiæ* vel obiter legerit (ne quid de cæteris adversus Pelagianos editis hic dicamus) facile intelliget, nihil illum hoc in argumento nisi sacrarum Scripturarum, & universalis Ecclesiæ fidem retulisse. Nihil æque Catholicorum fidem in aperto ponit, quam publicæ Orationes ab iis fundi solitæ. Quid porro omni retro tempore, & ubivis locorum, ac gentium, ardentius publicis supplicationibus a Deo efflagitavit Ecclesia, quam pro fidelibus perseverantiam, uti pro infidelibus fidem? Atque iis maxime donis impleri certum est, in tempore in gratiam Prædestinatorum, quæ Deus ante omnia tempo-

ra decrevit. Perſpicua ea de re, ac decretoria S. Auguſtini verba, amabo, audiatis. *Ille itaque dicat Eccleſiam aliquando in fide ſua non habuiſſe veritatem Prædeſtinationis hujus, & gratiæ, quæ nunc contra novos hæreticos cura diligentiore defenditur; ille, inquam, hoc dicat, qui dicere audet aliquando eam non oraſſe, vel non veraciter oraſſe, ſive ut crederent infideles, ſive ut perſeverarent fideles.* Si ergo eas hactenus gratias a Deo poſtulavit Eccleſia, eas ab illo uno donari certo credidit. Neminique negare fas unquam fuit (niſi omnem religionis, rectique judicii ſenſum exuere vellet) ea Deum ex æternitate prænoviſſe bona, quæ deinceps erat collaturus. *Quæ bona ſi ſemper oravit, ſemper ea Dei dona eſſe utique credidit; nec ab illo eſſe præcognita unquam ei negare fas fuit.* Quibus demum ſtatutis, ac poſitis ita colligit S. Auguſtinus: *Ac per hoc Prædeſtinationis hujus fidem, quæ contra novos hæreticos nova ſolicitudine nunc defenditur, nunquam Eccleſia Chriſti non habuit.*

Libro de dono perſev. cap. 21. n. 65.

S. Aug. ib. c. 19. n. 48.

Auguſtinianæ doctrinæ principia ſi ſerio perpendantur, perſpicuum erit, neminem ab iis recedere poſſe, niſi ſimul a Scriptura ſacra, & Traditione aberret. Primam, ultimamque gratiam, fidem & perſeverantiam, [redacted]

Conc. Trid. Seſſ. 6. c. 8. & 13. Can. 22.

perseveraremus; unde consequens est, nullo nos bonorum operum intuitu electos esse ad æternam illam, de qua S. Augustinus loquitur, liberationem; quandoquidem, ut illa perseveranter faciamus, indebitæ gratiæ munus, ac fructus est, ut Apostolus docet: *Nos liberavit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia.* (2. Tim. 1. c. 1. 9.) Hoc sensu Prædestinationis Mysterium S. Augustino duce exponat necesse est, quisquis procul ab extremis hæreticorum erroribus esse velit; ne vel cum Calvinianis, gratuitæ Prædestinationis tuendæ specie, meritum omne fidelium e medio tollat; vel cum Pelagianis Dei Prædestinationem impugnet, ut humana merita tueatur. Ab utriusque ex æquo distat Ecclesiæ catholicæ fides. Totum Deo referendum esse docet, a quo totum accepimus; illique gratias de meritis nostris agendas, non de illis gloriandum: Christianam humilitatem Pelagiani perimunt, excitandæ vigilantiæ obtentu; vigilantiam contra, omnemque virtutem eliminant Calviniani, libertatem, ac meritum impugnantes. Medius incedit S. Augustinus, nosque ex æquo & intentos officio, & acceptorum beneficiorum memores esse monet. Tametsi enim ex mera misericordia electi vocentur, ex justitia nihilo secius coronabuntur. Nemo adultus justificatur, aut salvabitur, nisi certam bonis operibus vocationem, & electionem suam faciat *. Tantum vero abest, ut idcirco gratiæ, qua electi sunt, minus debeant: quin potius officiorum integra persunctio novæ gratiæ genus est, ob quam satis dignas Deo gratias habere, ac rependere non possunt. Sua quidem illi bene usi sunt voluntate; sed præparata est illis, ut Scriptura loquitur, voluntas a Domino; opera bona ediderunt; at secundum Apostolum, Deus gratuito, quo illos dilexit, amore, bona illa opera ex omni æternitate præparavit, eaque ut in tempore faciant, per gratiam suam operatur. Itaque adulti gratis eliguntur ad gloriam, quam ut mereantur gratiæ mere gratuitæ donum est; perinde ac ipsi post Baptismum erepti

* 2. Pet. 1. 10. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.

ex hujus vitæ periculis pueri, quos intuitu meritorum Prædestinatos nemo nisi Semipelagianus dixerit. Quamobrem Prædestinatio Sanctorum, secundum Ecclesiæ, & S. Augustini doctrinam, omnino gratuita est. Vita igitur æterna, quæ corona justitiæ vocatur spectatis meritis, quæ Deus per gratiam suam operatus est in nobis, mera reipsa gratia est, nullis nostris meritis ex æternitate nobis a Deo præparata. Hæc Apostoli doctrina: *Gratia Dei vita æterna..., Gratia estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, ut ne quis glorietur*; unaque libertatis supersit misericordia liberantis. Perpetua illa est Ecclesiæ fides, atque doctrina. *Sicut in his orationibus*, ait S. Augustinus, *ita in hac fide nata est, & crescit, & crevit Ecclesia.*

Rom. 6.23. Ephe. 2. 8. & 9 Libro de dono persev. c. 23. n. 63.

Nemo ergo effutiat, quod olim ab imperitis quibusdam, ac temerariis hominibus dictum est, gratuitam Prædestinationem nonnisi privatam S. Augustini opinionem esse; eumque, ubi ejus agitur causa, minime audiendum, cum suam nobis doctrinam velut Ecclesiæ fidem tradit. Aliud nobis eximia illius humilitas spondet, certioresque nos facit uni eum veritati studuisse. Verum si minus ejus probationibus conceditur, tot saltem Pontificibus credatur, quos & eminens Sedis

ni retro tempore ab Eccleſia ſuſceptas tradidiſſet. Nec minus luculenta ſunt reliqua, quæ ad S. Auguſtini commendationem hac Epiſtola continentur; quæ cum Galliæ Epiſcopis ex certa ſcientia ſcripta ſit, ut illorum zelum in Novatores quoſdam S. gratiæ Doctori obloqui ſolitos concitaret, mirum videri non debet, ſi ſacra ejus documenta tenacius complectimur, ejuſque vobis verba damus, tametſi notiſſima: *Auguſtinum ſanctæ recordationis virum pro vita ſua, atque meritis in noſtra Communione ſemper habuimus, nec unquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit; quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam ante a meis Deceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori.*

Hoc uno elogio univerſis Auguſtinianæ doctrinæ cenſoribus occluſum os exiſtimavit S. Proſper. *Per hunc virum* (ait ille de Cæleſtino ſermonem habens) *intra Gallias iſtis ipſis, qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehenderunt, maleloquentiæ eſt adempta libertas.* Libro contra Collatorem Ep. ad Sixtum, inter Auguſtinianas 194.

Sixtus III. in ſacram B. Petri Sedem, ad quam vocato ad ſuperos Cæleſtino eſt evectus, deceſſoris ſui doctrinam intulit, ab ipſo gratiæ Doctore ſibi traditam, & ad Eccleſiam romanam continuata Majorum ſerie una cum Apoſtoli ad Romanos Epiſt. derivatam. Eamdem illam Gelaſius I. Hormiſdas, Felix IV. quo auctore Canones Concilii Arauſicani II. conditi ſunt, Bonifacius II. & Joannes II. approbarunt, quorum ad marginem vobis indicare teſtimonia ſatis eſt. To. 4 Conc. gen. pag. 1260. pag. 1538. pag. 1666. pag. 1613. pag. 1751. Ep. 70.

Hormiſdæ romani Pontificis definitio neminem fugit. Neque diffiteri quiſquam poteſt, eum in ſua ad Poſſeſſorem Epiſtola ex apoſtolicæ Sedis auctoritate pronuntiaſſe, quem Epiſcopo reſpondiſſe conſtat, qui illum ut ſuum, & Eccleſiæ caput conſuluerat. Ex hac igitur ſuprema Eccleſiæ Hierarchiæ Cathedra, cujus judicium quærebatur, S. ille Pontifex reſpondit; ut quod alias de Leone magno, de Hormiſda quoque dici poſſit; *Vocis beati Petri omnibus*

Horſmidæ. Bellar. To. ... Ed. Par. 1613. lib. 2. de gratia, & libero arbitrio pag. 479.

conſtitutus interpres. Ab annis ferme mille ducentis in univerſa Eccleſia Pontificium illud reſcriptum receptum eſt, quo S. Auguſtini doctrina poſtremis præſertim libris diſtinctius, & luculentius expreſſa, ſacro velut oraculo conſecratur. *De libero* (inquit) *arbitrio, & gratia Dei, quid Romana, hoc eſt Catholica ſequatur, & aſſeveret Eccleſia, in variis locis B. Auguſtini, & maxime ad Hilarium, & Proſperum, cognoſci poteſt.*

Patres non ſolum hoc affirmant, ſed antiquiores, & doctiores ex ipſis, quos cæteri poſtea ſecuti ſunt ad fidem Catholicam hanc

Et quiſquam jam dubitabit, Eccleſiam S. Auguſtini doctrinam feciſſe ſuam? Non certe dubitabat Bellarminus e Soc. Cardinalis. Optandumque, ut Theſis hujus auctor, & vindex, eximii viri judicium, ex quo Societati tantum gloriæ, & honoris acceſſit, Molinianis novitatibus, quæ illi uſque adeo dedecori ſunt, prætuliſſet. *Hæc* (S. Auguſtinus) *ſententia*, ait ille, *non quorumvis Doctorum opinio, ſed fides Eccleſiæ catholicæ dici debet.* Hac in re Patrum, & Doctorum ſcientia, & pietate celeberrimorum judicium ſequitur meritiſſimus Cardinalis; nec unius S. Auguſtini, ſed S. Proſperi, Petri Diaconi, S. Fulgentii, totiuſque eccleſiaſticæ Traditionis auctoritate ſententiam ſuam fulcit.

tholicam esse judicarunt, ut hoc satis magnum putarent veritatis argumentum, quod ab Augustino positum, ac decretum esse constaret.

Nec vero quis effutiat, posteriores Ecclesiæ romanæ Pontifices, suos hac in parte Decessores deseruisse. Figmentum est illud quorumdam nostri temporis protestantium, ut apostolicam Sedem novitatis incusarent. Clemens VIII. Alexander VII. Clemens X. Innoc. XI. Innoc. XII. qui pari nunc integritate, ac potestate Ecclesiam regit, Doctores, ac fideles universos, ætate nostra ad S. Augustinum libros remisere, ut Ecclesiæ romanæ doctrinam, quod gratiæ quæstiones attinet, ex iis discerent. Minus igitur est in secunda Thesi dixisse prædestinationem omnino gratuitam esse secundum S. Augustini doctrinam; addendum erat cum romanis Pontificibus, ac celeberrimis Catholicorum Scholis, hanc ipsam esse Ecclesiæ doctrinam.

Innoc. XI. Const. lata 25. Febr. 1677. qua jubet Festū S. August. per totam Hispaniam celebrari.

Qui etiam hic sumitur de industria, propugnandæ gratuitæ prædestinationis modus, nescio quid affectationis prodit. *Nihil certius* (inquit) *in doctrina S. Augustini, & nos idipsum affirmamus*. Nihil eo dogmate certius, at ubi? Num in omnibus Theologorum scholis? Num in Ecclesia? Altum ea de re silentium. Itane vero, ubi fidei dogma ponitur in Ecclesia susceptum, & Theologorum opinationibus minime permissum, itane, inquam, jejune, & exiliter? Siccine occasione Moliniani dogmatis factum in altera Thesi, ubi solis ex adverso positis hæreticorum sententiis, magnificis adeo verbis Molinismus exponitur?

Innoc. XII. in brevibus ad Episcopos Belgii, & ad Theologos Lovanienses datis 7. Feb. 1694. & 14. Nov. 1696.

Quod in quinta tertiæ Columnæ positione sequitur, tametsi S. Augustino, cujus in statuendo divinorum decretorum ordine præfertur sententia, honorificum videri utcunque possit, nonnisi tamen studiosa dexteritate dictum est, ut sanctissimi Patris doctrina inter liberas Theologorum opiniones reponatur. *An ad gratiam prius, aut ad gloriam Deus electos prædestinaverit; hanc quæstionem non attingit S. Doctor; ejus tamen*

doctrinæ magis conſentaneum eſt, ut gloria prius decreta dicatur; & nos quoque toti Auguſtiniani ſumus. Quam grata nobis, quam jucunda hæc illa tandem Jeſuitarum vox: *Toti Auguſtiniani ſumus.* Monitos tamen volumus ne varia promiſcue dogmata miſceant, neve opinionem Scholarum arbitrio datam, qualis illa eſt de ordine divinorum decretorum, gratiam, & gloriam ſpectantium, cum conſtanti S. Auguſtini doctrina de gratuita prædeſtinatione confundant. Procul eſt illa ab eruditis, & prudentibus Theologis aberratio; graviſque ſuſpicio ſubeſt ne Jeſuitæ, qui ſe in ſtatuendo divinorum decretorum ordine, perinde, ac in gratuita prædeſtinatione conſtituenda Auguſtinianos profitentur, parem faciant utriuſque dogmatis negandi libertatem. Magnum ab Eccleſia romana inter quæſtionem utramque diſcrimen poni meminerint. Nihil ab ea pronuntiatum legimus de divino decretorum ordine, quem Theſis auctor, uti Auguſtinianæ doctrinæ conſectarium ponit, de quo diſputare ſit liberum. At gratuitam prædeſtinationem ſolemniter definivit, velut doctrinam ex Scripturis, ac Traditione, inſtar ſacri depoſiti acceptam; a S. Auguſtino aperte traditam, & contra hæreticos, a quibus impugnata eſt, invicte

ctionem ſcientiæ mediæ , ſive conditionatæ fundamento ſuperſtruit, ea ipſa incommoda regerit; quæ Molina objicit, & exprobat gratiæ per ſe efficacis, & prædeſtinationis ante prævisa merita defenſoribus. Quin etiam graviora Molinianæ doctrinæ incommoda objectat: Moliniana decreta *non eſſe mitiora* dicens; auctam, non ſublatam ſcientia conditionata difficultatem; aſſerit inſuper, neminem eſſe *Qui non mallet voluntatem ſuam prædeterminari, & neceſſario impelli ad opus malum, quam occultis modis ita gubernari, ut libere faciat, quia illo modo plus haberet excuſationis.* Ibid. p. 532.
Sic ſane ſibi relictus audacium hominum animus omni doctrinæ vento jactatur. Verum etſi S. Auguſtini doctrinam Molinianæ hoc ſaltem loco Leſſius anteponere videatur, ab ea tamen ſequenda procul abeſt. Ibi. p. 558. & 530.
Gratuitam prædilectionem non modo non admittit, *ſed ad injiciendam deſperationem pertinere* contendit.

Siquidem Leſſius Semipelagianorum in S. Auguſtini, & Eccleſiæ doctrinam odioſa probra, tritaſque criminationes imprudenter refricuit, eadem illi reſponſa demus, quibus ingratos, & ſuperbos illos gratiæ inimicos ſanctiſſimus Doctor propulſavit: *An vero timendum eſt, ne tunc de ſe homo deſperet, quando ſpes ejus ponenda demonſtratur in Deo; non autem deſperaret, ſi eam in ſeipſo ſuperbiſſimus, & infeliciſſimus poneret? Maledictus omnis, qui ſpem habet in homine. Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine, quia Beati omnes, qui confidunt in eum.* S. Aug. Li. de dono perſ. ca. 22. nu. 62.

Hoc modo ſecundum divinas Scripturas S. Auguſtinus ſpes hominum erigit, eoſque adverſus nimiam de ſeipſis fiduciam munit; nec modo ſua nos doctrina * *In barathrum deſperationis non agit*, ut ignaris quibuſdam, ac temerariis ingeniis viſum eſt; quin & nos eo certius conſtanti, firmaque ſpe in cœlum erigit, quo firmius totam in Deo fiduciam, nullam in noſtris viribus ponendam oſtendit. *Abſit autem a vobis* (inquit) *ideo deſperare de vobis, quoniam ſpem veſtram in ipſo habere jubemini, non in vobis.*

* Leſſius pag. 554.

S. Aug. Li. de dono perſ. ca. 22. nu. 62.

Iis documentis imbuendi fidelium animi, ut ſolidæ pie-

pietatis poſito fundamento, nec vana de ſuis viribus fiducia extollantur, nec iniqua de divina miſericordia diffidentia dejiciantur. In hac ſententia firmi ſtate, nec vanis Molinæ, Leſſii, Arminianorum, licentioſorumque hominum terroribus moveamini, quibus gratuitam electionem hac noſtra ætate impetunt; uti Semipelagianorum olim declamationes ſprevit Eccleſia, qui ſimilibus ſophiſmatibus, in ſanctiſſimum gratiæ Doctorem, plebis, ac imperitorum hominum odia concitare nitebantur.

Abſit nihilominus, ut Molinæ, ejuſque Sectatoribus Semipelagianorum hæreſim imputemus. Hoc ſaltem æſtimare par eſt, illos pro ſua in Eccleſiam obedientia pravas Moliniani ſyſtematis conſecutiones rejicere; ſtatuendumque omnino, illos, etſi in errore verſentur, a pertinacia tamen, atque ita ab hæreſi procul eſſe. Cum etiam ſancta Sedes apoſtolica celeberrimæ diſputationis de auxiliis divinæ gratiæ, hujus initio ſeculi inter Prædicatorum ordinem, & nonnullos Societatis Theologos agitatæ, cognitionem ſibi reſervaverit, judicium, quod ſummis Pontificibus ſuſpendere placuit, cum reverentia expectandum eſt. Interea per

vito, qui hanc eo ipso in libro funditus evertit. quem in ejus defensionem adducit auctor secundæ Thesis. Agnoscit equidem S. Augustinus *Habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant.* Verum quid iis S. Augustini verbis, & scientiæ mediæ? An forte sancti Doctoris sensum esse putat hujus Thesis auctor, verba vel miracula satis esse ad hominis conversionem, modo naturalibus cogitationibus nostris congruant? Purus hic, putusque Pelagianismus est, quem S. Doctori nemo affinget. Quovis igitur sensu sumatur *divinum naturaliter intelligentiæ munus*, eo tandem deveniendum est, quod de Tyriis, & Sidoniis ibidem S. Augustinus addit: *Nec illis profuit, quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cujus inscrutabilia sunt judicia, & investigabiles viæ; nec istis* (Judæis scilicet) *obfuisset, quod non poterant credere, si ita prædestinati essent, ut eos cæcos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre.* Huc ergo referenda est electionis gratia; non in naturale intelligentiæ munus, ejusve cum exterioribus mediis convenientiam, scientiæ mediæ lumine a Deo cognitam, de qua non loquitur S. Augustinus; sed in arcanam divinæ voluntatis ordinationem, qua omnipotentis jure, & pro beneplacito suo, magis excæcatos illuminat, magis obduratos convertit.

Positione 5. col. 2. libro De dono persev. cap. 14. n. 35.

Tota illuc collimat Augustinianæ doctrinæ summa. Istis principiis Deo dignis firmiter hærete; vana illa, novaque figmenta ablegate, quibus humana mens divina Mysteria explicare tentat. Unam Scripturam, ac Traditionem consulite, ubi certas æque, ac occultas rationes discatis, quibus Omnipotens corda hominum, quocunque voluerit, inclinat. Fide novimus, Deum omnia, quæcunque vult, facere in coelo, & in terra; eumdemque & in misericordia divitem, & in judiciis incomprehensibilem; ne igitur ejus omnipotentissimam voluntatem ab humanis affectibus pendere putemus; quasi rerum omnium Conditori

Psal. 113. Eph. 2. Rom. 11.

Deo

Deo mutua nobiscum consilia conferre sit opus, ut sua illi prospere succedant; & qui corda Regum quovis præ cæteris soluta jure summo dominio regit, ac pro nutu flectit, infirmæ prius voluntatis sinus exploret, quam suæ, quæ omnipotens est, decretum edat.

Cæterum spes nobis est, fore ut in tradenda gratuitæ prædestinationis doctrina, non eruditioni tantum, sed & proximorum utilitati, ac ædificationi studeatis. Utrumque nos admonet S. Augustinus quid docendum, qua ratione docendum; nedum vitandi sunt errores hac in quæstione periculosissimi, sed & duriora verba, locutiones imprudentes, quæ non ædificationi forent, sed offensioni. Ea prudentia tractandum illud argumenti genus tam sublime, tam arduum, ut ex una parte inspiretur auditoribus humilitas, & fiducia, ne spem abjiciant, aut laborem piaque studia remittant; ex altera sic ad vigilantiam, & laborem excitentur, ne superbia, nimiaque de propriis viribus fiducia nascatur. Piam fiduciam quod attinet, illius rationes ex orandi necessitate repetit sanctissimus Doctor. *Vos itaque* (ait) *etiam ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum, a quo descen-*

Libro De dono per-

tis gratiæ veritatem, quam nullis naturæ dotibus, vel naturali usu liberi arbitrii promereri valuimus; quæ nobis pias cogitationes, sancta desideria, bona opera, perseverantiam usque in finem impertit. Gratia hæc intima, & efficax, quæ, secundum Apostolum, operatur in nobis velle, & perficere; quæ non solum bonum ostendit, aut suadet, quod lex olim præstabat, sed etiam persuadet; atque ut faciamus, operatur: *Qua non solum suadetur omne, quod bonum est, verum & persuadetur.* Gratia victrix, quæ & contra salutis hostes nos muniat, & contra propriam infirmitatem nostram. *Necesse est, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur*, ut pronuntiat Innoc. I.

Hæc gratiæ genus statuere facillimum est; cum publicas Ecclesiæ preces consulere satis sit, quæ necessitatem ejus liquide probant; nullumque sit fidei dogma luculentioribus Scripturarum, ac Traditionis testimoniis confirmatum. Ea gratia mere gratuita ad cujusvis boni operis initium, progressum, consummationem, & in finem usque perseverantiam constituta, cum SS. Augustino, & Thoma facile probabitis, non ipsa duntaxat fide duce, sed & naturali ratione affulgente, Deum ante omne tempus præmovisse, ac præparasse omnia illa dona, quæ nobis in tempore ad salutem liberaliter impertit. Deo etenim æterno, & immutabili, nihil novi seculorum tractu accidere potest, quod is facturum se ex æternitate non decreverit, si bonum sit, aut permissurum, si malum. Hæc duo igitur ex æquo constat, ea videlicet beneficia Dei, quibus electi certissime liberantur, illis ex æternitate, nullis eorum exploratis meritis, esse destinata; eademque illa in tempore gratuito, & efficaciter dari, hujus nempe bonæ voluntatis æternæque dilectionis executione, quæ in Christo ante tempora secularia præparata fuerunt. His duobus fundamentis inconcussis stat universa S. Augustini doctrina, ab apostolica Sede probata, & contra Pelagianos uti Ecclesiæ fides asserta. Hinc ve-

ram cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis, & operemini. S. August. lib. de gratia Christi cap. 19. Innoc. I. Ep. ad Patres. Carth. Conc. inter Augustinianos 381. n. 7. Jer. 31. 3 in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.

tia Christi, cap. 47. libro de Natura, & gratia, cap. 32. nu 36. a Cap 33. & 34. & cap. 2. b 15.1 c Cap 43. 64. 65 67. Libro de dono persev. cap. 4. Ep. 94. n. 10. Tert. li. de Resur. carnis c. 14. Sap. 11. S. August. lib. 1. de Doct. christ. 32 In fine Conc. Arausicani: Aliquos ad malum divina potestate prædesti-

cessat satanas suadere malum; sed nec cessat Deus admonere bonum. Satanas autem non cogit invitum; in tua potestate est consentire, & non consentire.

Ecquis tandem sit pastorali nostræ Institutioni modus, si illustria quæque S. Augustini testimonia proferentur, quibus inconcussa liberi arbitrii jura, etiam post peccatum & sub gratiæ reparatricis operatione tuetur, ac probat? Quidquid tamen hoc de argumento explicatius docuit, hac una brevi sententia Epistolæ ducentesimæ decimæ quartæ complexus videtur: *Si non est Dei gratia, quomodo salvat mundum? Et si non est liberum arbitrium, quomodo judicat mundum?* Si quis autem ultra modum argutari velit, atque e duobus alterutrum e medio tollendum putet, quod utriusque concordiam minus capiat, illius superbiam his verbis comprimet S. Augustinus: *Nunquid ideo negandum est, quod apertum est, quia comprehendi non potest, quod occultum est? Nunquid, inquam, propterea dicturi sumus, quod ita esse perspicimus, non ita esse, quoniam cur ita sit, non possumus invenire?... Neque propterea judicia Dei sunt injusta, quia occulta.*

Sapiens Theologus quemadmodum electorum sa-

rursus proscripta ipsis S. Augustini verbis: *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis, & adjuvat, ut possis.*

Illud etiam sæpius ad Fidelium solatium inculcandum est: *Deum sua gratia semel justificatos non deserere, nisi prius ab illis deseratur.* Alterum istud est pietatis christianæ fundamentale documentum, S. Augustini verbis in Concilio Trid. definitum. Nihil eo in S. Augustini doctrina eliquatius: *Ut innotescat, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adjuvat voluntates, quæ ut non adjuventur, in ipsis itidem causa est, non in Deo.*

Iis principiis constitutis, duo hæc consectaria sponte fluunt: Primum, posse nos gratiæ cuilibet etiam efficacissimæ resistere, quia nos ea libertate frui sinit; alterum culpæ nostræ certissime adscribendum esse, quoties aut exteriori gratiæ, aut etiam interiori reipsa resistimus, qua (nisi nostræ obessent infidelitates) Dei mandata implere possemus. Et hæc rursus in Concilio Trid. tradita doctrina est, quæ hoc etiam in capite, cæterisque pene omnibus justificationem attinentibus, S. Augustini sententiam ipsis ejus verbis expressit. Ita nec efficacia gratiæ liberum aufert arbitrium, quod sartum tectum nobis esse vult Deus; nec libertas nostra gratiæ efficaciæ unquam derogat, quatenus gratia omnipotentis Dei voluntatis in nobis instrumentum est.

Conc. Trid. Sess. 6 Can. 17. ib. c. 11. & Can. 18. S. Aug. Li. de natura, & gratia, c. 34. n. 50. Conc Trid. sess 6 c. 1. S. Aug. l de Natura, & Gratia, c. 25. n 29. Aug. l. 2. de peccatorũ meritis, & rem. c. 5. n. 5 Si ab illo avertimur nostrum est, & tunc secundum carnem sapimus, & concupiscentiæ carnis ad illicita consentimus. Conversos ergo Deus adjuvat, aversos

His igitur vos continete finibus, nec divinorum judiciorum impenetrabilem abyssum tentetis. Occultas divinæ misericordiæ in electos rationes, aut tremenda in reprobos, sed justa semper, adorandaque judicia, temere scrutari nefas esto.

Si qui vos imperiti, licentiorisque, ac procacioris ingenii viri sophismatibus irretire tentarint, veteresque Semipelagianorum argutias recudere, hoc ipsum illis respondete, quod toties olim secundum Apostolum respondit S. Augustinus: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?* Quasi dixerit: Quid tu homo, exi-

exilis admodum acuminis, & ingenii, ac ipſo etiam originis vitio obcœcatus, ac depravatus, Dei arcana ſcrutari te poſſe putas, & inexhauſtæ miſericordiæ, vel infinitæ juſtitiæ rationes diſcutere? Cum gentium Apoſtolus cœleſti præ cæteris luce perfuſus hanc unam noverit, aut certe dederit ſolutionem difficultatum, quas ignorantia, ſuperbia, & pravitas humana omni retro tempore adverſus Myſterium prædeſtinationis, & gratiæ objecerunt, ejus ſtare documentis debemus. Ad divina igitur Apoſtoli verba firmiſſimi reſponſi loco in hac difficillima quæſtione confugiendum: *Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam... Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quare me feciſti ſic?* Si qui ultra moleſtius urgeant, cum Apoſtolo exclamandum: *O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus!* Importunis cavillatoribus os occludite monendo cum S. Auguſtino, ut *Si quærant doctores, caveant, ne inveniant*

deſerit, ſed etiam ut convertamur ipſe adjuvat S. Aug. 16 c. 17. n. 26. Pſ. 45. 7. judicia tua abyſſus multa. Eccl. 3. 22. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris Prov. 25. 27. Qui ſcrutator eſt majeſtatis opprimetur a gloria. Rom. 9. rom. 11.33. Libro de Spiritu, &

Novos illos, superbosque humani ingenii partus exploserunt Doctores, fidelesque, quotquot sanctorum Patrum, & Ecclesiæ romanæ doctrinæ studiosius, ac tenacius inhærebant. Joannes Mariana Molinæ licet sodalis, periculosam eorum pertinaciam lugebat, qui Societatis honorem in ejus doctrina tuenda positum existimabant. Ipse demum Lessius variis turbinibus ab humana ratione suscitatis agitatus, nihil ex hoc novo invento solatii reportavit.

Humilis Scripturarum meditatio, Traditionis studium, conscientiæ puritas, plus nobis lucis afferent, quam rationum quantacunque subtilitas, superbaque humanæ mentis elatio. Ac reipsa quidem probabitis, Augustinianæ de prædestinatione doctrinæ studiosiores religiosiori grati animi significationi Dei dona excipere, iisdemque accuratiori fide, ac majori pietate respondere; cum alii ex opposito, qui cœlestem illam doctrinam rejiciunt, quasi animos frangeret, ac socordiam aleret, grave periculum subeant, ne ipsi minus vigilent, minus ferveant; imo vero magis ingrati sint, magis superbi.

Sed & id obiter observandum, tumidos illos sublimioris (ut haberi quidem volunt) ingenii viros, qui de prædestinationis Mysterio pro arbitrio disserunt, ut licentius vivant, ac molli securitate torpescant; ita duntaxat subtiliter argutari solitos esse, ubi de sua ipsorum sanctificatione, & salute agitur. In aliis quippe negotiis, ubi sua, vel minima vertuntur commoda, omne in rebus suis promovendis studium ponunt; nec modo cæteris minus, sed plus etiam quandoque vividi, acres, & experrecti, totis viribus adnituntur. Itane vero fugit eos (nisi forte omnem religionis, ac recti judicii sensum exuerint) Deum eventura quæque certo prænovisse, atque æterno consilio statuisse? Quid ergo una illos solicitat animæ salus, ubi de æterna felicitate, vel miseria agitur? Næ illi seculi filii, in fluxis, & caducis sectandis prudentes, ac ipsis quandoque filiis lucis prudentiores!

Ne quid omittamus hoc loco inſtitutioni veſtræ neceſſario, ab iis maxime cavendum monemus, qui cum S. Auguſtini doctrinam aperto marte oppugnare minus audeant, ejus ſaltem auctoritatem imminuere nituntur objecta ſanctiſſimi Doctoris cum ſuperioribus Patribus, & maxime Græcis diſſonantia. Objectionem occupavit in anteceſſum S. Auguſtinus, oſtendens fieri non poſſe, ut aliter de divinæ gratiæ neceſſitate, & efficacia ſenſiſſent, qui iiſdem cum illo, & cum tota Eccleſia catholica precibus, a chriſtianæ religionis origine, ipſam a Deo flagitaſſent. Eos omnes ſuſpectos habete, qui vel Traditionis ſeriem ſuccidunt, vel ejuſdem univerſalitatem deſtruunt, Patribus ſecum mutuo commiſſis, & fictitio Orientem inter & Occidentem, priorum inter, ac ſequentium ſeculorum Doctores vulgato diſſidio, eruditionem in ſolvendis, non in congerendis difficultatibus poſitam exiſtimare; in conciliandis Patribus, non illis mutua ſecum contentione committendis. Idque in anteceſſum credite, quod veſtro tandem experimento, & humili, aſſiduaque lectione comprobabitis; poſteriores ſcilicet Patres (quemadmodum S. Auguſtinus, & Vincentius Lirinenſis obſer-

cujus hodie nobis nonnulla loca studiosius opponuntur, doctissimi Photii de illius operibus minus spectato judicio. *Sicubi* (inquit ille) *sententiarum aliqua seu interpretationis, seu profundioris indagationis indigebant, neque tamen diligenter satis eas explanavit, mirum id minime videri debet. Quæcunque enim auditorum captui accommodata essent, atque ad eorum salutem, & utilitatem pertinerent, ea neutiquam ille prætermittebat. Quamobrem neque admirari sanctissimum Virum satis unquam possum, quod perpetuo in omnibus suis scriptis, auditorum ita utilitatem tanquam scopum præfixisse sibi videtur, ut cætera vel omnino neglexerit, vel levissime attigerit, sed & illud præ auditorum utilitate contempsit, quod alicui vel sensus aliquos ignorasse, vel ad profundiora quædam penetrare refugisse, vel id genus alia prateriisse videri posset.*

In Bibliot. Photii. Ed. Rot. p. 387.

Nos quidem, qui ea duntaxat vobis exponimus, quæ a sanctissimis divinæ gratiæ defensoribus, quo tempore a variis hostibus impugnabatur, asserta, & vindicata sunt; in eadem hactenus sententia constantes fuimus. Hanc nos celeberrima Sorbona docuit, ubi & instituti quondam fuimus, ac nunc etiam, quod summo ducimus honori, Provisoris munus gerimus.

Ab anno 1347. Theologica Facultas Parisiensis omnium doctissima tres Propositiones sequentes, a *Joanne de Mercuria* Cisterciensi propugnatas damnavit.

Quod propter opera alicujus futura bona Deus præordinavit aliquem ab æterno. Item, *Quod aliquis prædestinatus est ab æterno propter usum liberi arbitrii, quem Deus præscivit eum habiturum.* Item, *Quod non sic gratis, & misericorditer Deus prædestinavit, quin & pro omnibus bonis ipsius futuris, vel alterius.* Legatur Academiæ Censura ad calcem Magistri sententiarum, Editionis anni 1550.

Nec aliter censebat olim Academia ista Rhemensis, quo primum tempore instituta est. Fidem locupletissimam faciunt Alani Cardinalis Angli dictata Scripta, dum ante indutam Purpuram publici Professoris munus obiret, cum S. Augustino de gratuita prædestinatione sensisse

Refert Balduinus Rithovius in Academia Duacensi Theologiæ Professor.

fisse tunc Academiam nostram plus satis indicant. Cardinalitiis infulis ornatus est a Xisto V. 7. Augusti 1587.

Exculta eruditio cum singulari pietate conjuncta, quam in hacce Academia vestra læti suspicimus, spem nobis facit, futurum, ut sanctam illam doctrinam constantes, ac perseverantes tueatur, & inductos a nonnullis abusus caveat. Purus, eruditusque zelus procul vos facit ab illorum erroribus, qui se Augustinianos falso professi, & sanctissimi Doctoris mentem cæteris omnium ætatum Theologis catholicis felicius attigisse sibi visi, gratiam necessitantem commenti sunt, novam humanæ libertatis ideam intulere; infinitæ Dei bonitati, omnes homines salvos facere volenti, modum arbitratu suo posuere; cæteros demum errores propugnarunt, quos a Concilio Trid. jampridem anathemate damnatos, suis Constitutionibus proscripserunt Innocent. X. & Alexander VII. quinque famosis Propositionibus ex libro Cornelii Jansenii Yprensis Episcopi, qui inscribitur *Augustinus*, excerptis, justa Censura confixis. Apostolicas illas Constitutiones summa, qua par erat, veneratione, & obedientia exceperunt gallicani Episcopi; accessit totius Ecclesiæ catholicæ consensus. Rex christianissimus, Ecclesiæ commodis

Edicto suo Rex prohibuit ne subditorum suorum ulli se mutuo impetant, aut provocent sub obtentu controversiæ antehac excitatæ, neve sibi mutuo

gram foveremus; ac re ipsa quidem Dei misericordis voluntate studiis nostris respondit eventus. Stabimus posthac in incœpto, nec minimum quidquam de pristina vigilantia remittemus. Quo studio, qua fide in eos animadvertemus, qui e damnatis quinque Propositionibus aliquam tueri, aut adversus Innocentii X. & Alexandri VIII. Constitutiones scripturire, vel mussitare auderent, eorum quoque audaciam cohibemus, qui cœco, & imprudenti zelo abrepti, assumpta sibi de intimis animi sensibus judicandi licentia, quam ne ipsa quidem sibi tribuit Ecclesia, viros probos, ac pios, aliunde illis invisos, temerariis suspicionibus infamant, vexant, exagitant, vagisque Jansenismi accusationibus insectantur. Sanctissimi Pontificis, quem Dei misericordia nobis dedit; cui & multos annos ad christianæ Reipublicæ utilitatem adprecamur, prudentibus statutis utemur, ut debemus. Futurum, ut data non ita pridem ad Belgii Episcopos vicinos nostros, & ad Lovaniensem Academiam, singulari, & inviolato in S. Augustini doctrinam studio venerabilem, Apostolica Brevia, illorum Præsulum Ecclesiis optatissimam pacem afferant.

cujusquam lædant, qui Fidei formulæ ex sui Archiepiscopi, Episcopi, sive præscripto subscripserit, sub pœna gravi ad exemplum infligenda.

Quocirca publice denuntiamus, quemadmodum & nuper illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis publico Decreto pronuntiavit, nos minime passuros, ut viri *nullius nominis, ac auctoritatis, charitatis nullius*, quin & sæpe nullius scientiæ, *de proximorum fide judicandi, eosque ex levibus suspicionibus infamandi, jus sibi arrogent*. Faxit Deus, ut tot summi Pontificis, & Episcoporum Monitis, charitatem spirantibus, temerarii illi fratrum accusatores tandem obsequantur, prudentissimoque Regis edicto obtemperent, quo exitiale Ecclesiæ contentionum incendium restinguendum existimaverat. Si in sua pertinacia nihilo secius perseverent, timendum, ne hæc in eos Hormisdæ summi Pontificis de Scythiæ monachis verba cadant: *Eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse judicium, nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternæ, si suæ viderint cedere nolle sententiæ.*

Epist. [illegible]

 Vo-

Volumus hoc præſens Decretum noſtrum in proximis Theologicæ Facultatis Rhemenſis Comitiis legi; cum primum ex juris forma vulgatum erit, in ejus Commentarios referri ex integro, doctrinamque in eo traditam in publicis ſcholis doceri, ac propugnari. Volumus inſuper illud ad omnes Diœceſis noſtræ Cœnobiarchas, & regularis cujuſque Communitatis Superiores deferri, ad trium Seminariorum præpoſitos, ad Rectorem, & Theologiæ profeſſores Collegii Jeſuitarum hujus urbis, ac demum Rectores Collegiorum ejuſdem Societatis Caropolis, & Sedani, ſine mora, agente Promotore noſtro. Univerſis ejuſdem Societatis religioſis viris, ſeu jam in noſtra Diœceſi conſtitutis, ſeu ad eam deinceps acceſſuris injungimus, ut præſenti Decreto pareant, quo ſupra modo expoſitum eſt. Ac licet liberam eis permittamus quæſtionum, quæ in ſcholis Theologicis diſputantur, ſeu quas ſuo judicio Sedes apoſtolica reſervavit, tractationem, illis tamen, uti & omnibus, ac ſingulis Sacerdotibus ſecularibus, & Regularibus, Concionatoribus, ac Magiſtris inhibemus, ne quid ſcribant, doceant, aut ſacro ſuggeſtu, vel ſcholæ pulpito tradant, duobus illis repugnans capitibus, quibus veluti funda-

precemur, ut *Idipsum dicamus omnes*, . . *simusque perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia*; ut ejus opitulante gratia soliciti simus *servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Cum una nobis fides esse debeat, spes una, finis unus, Gloria scilicet Dei Patris per Dominum nostrum Jesum Christum, ad ædificationem Ecclesiæ.

1. ad Cor. 1. 10. Ad Eph. 4. 3. & seq.

Datum Rhemis, in Palatio nostro Archiepiscopali, sub Cameræ nostræ sigillo, nostroque, ac Secretarii nostri chirographo, die 15. Julii, anno 1697.

Carolus Mauritius.
Archiepiscopus Dux Rhemensis.

De mandato illustrissimi Archiepiscopi Domini mei,
De Martigny.

XI.

DECRETUM INNOCENTII XI. PONTIFICIS MAXIMI.

De dispositionibus ad frequentem Communionem, & contra plures ea in re abusus.

Die 12. Februarii 1679.

Cum ad aures sanctissimi Domini nostri fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiam Feria sexta Parasceve, & simul affirmari eamdem quotidianam Communionem præceptam esse a jure divino; quin etiam in illius administratione aliquos abusus inolevisse, videlicet, quod aliqui non in Ecclesia, sed in privatis oratoriis, & domi, imo cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, sumant sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in crumena, aut secreto illis deferunt Sacerdotes seculares, aut regulares; aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores solito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacer-

doti

doti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctiſſimus conſideranda commiſerit ſacræ Congregationi Cardinalium Concilii Trid. interpretum, eadem ſacra Congregatio, prævia matura diſcuſſione, ſuper prædictis ita cenſuit.

Etſi frequens, quotidianuſque ſacroſanctæ Euchariſtiæ uſus a ſanctis Patribus fuerit ſemper in Eccleſia probatus, nunquam tamen, aut ſæpius illam percipiendi, aut ab ea abſtinendi, certos ſingulis menſibus, aut hebdomadis dies ſtatuerunt, quos nec Conc. Trid. præſcripſit; ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret, nihil præcipiens; quod cuperet tantum indicavit, cum inquit; *Optaret quidem ſacroſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis Fideles adſtantes ſacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent*; idque non immerito; multiplices enim ſunt conſcientiarum receſſus, varia ob negotia ſpiritus alienationes; multæ econtra gratiæ, & Dei dona parvulis conceſſa; quæ cum humanis oculis ſcrutari non poſſimus, nihil certe de cujuſque dignitate, atque integritate, & conſequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis eſu poteſt conſtitui. Et

Conc. Tr. ſeſſ. 22. c. 6.

constituantur, sed magis quid singulis permittendum, per se, aut per Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet. Illudque omnino provideat, ut nemo a sacro Convivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihilominus det operam, ut unusquisque digne, pro devotionis, & præparationis modo, rarius, aut crebrius Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidie sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent. Si quæ vero puritate mentis eniteant, & fervore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum fideles ad sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, statim de magna ad illud sumendum præparatione orationem habeant; generatimque ostendant, eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicunque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac divini judicii formidine discant cœlestem Mensam, in qua Christus est, revereri; & si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere, seque ad majorem præparationem accingere.

Episcopi autem, in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio erga sanctissimum Sacramentum pro illas gratias Deo agant, eamque adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maxime persuadebunt, nulli labori, & diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur; virtutesque, ac dona in sumentibus augeantur. Quod abunde continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, divina præstante gratia tenentur,

tur,

tur, ſeque ſacratiſſimo Pane frequenter refici cupiunt, ſuas vires expendere, ſeque probare cum timore, & charitate aſſueverint. Quibus Chriſtum Dominum, qui ſe fidelibus manducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in cœleſti regno ſe præmium eſt daturus precatur ſacra Congregatio, ut ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur.

Porro Epiſcopi, & Parochi redarguant aſſerentes Communionem quotidianam eſſe Jure divino. Doceant in Eccleſiis, ſeu Oratoriis privatis ex diſpenſatione, ſeu privilegio Pontificis, de manu ſacerdotis ſumendam ſanctiſſimam Euchariſtiam; nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut ſecreto, ad exiſtentes domi, vel cubantes in lecto, præterquam ad infirmos; qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant; & ad eos, ſi ab Eccleſia deferatur, publice, & cum pompa, juxta formam Ritualis romani; ſi vero ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem feria ſexta paraſceve, Miſſalis rubricæ, & Eccleſiæ romanæ uſus ſerventur. Inſuper admoneant, nulli tradendas plures Euchariſtiæ formas, ſeu particulas, neque grandiores, ſed conſuetas. Non permittant, ut

XII.

Pastoralis epistola eminentissimi DD. *Carpegna* Cardinalis Vicarii.

Institutionibus *S. Caroli Borromaei* jussu sanctissimi Pontificis *Innocentii XII.* anno 1700. Romae editis praefixa.

Caspar Carpegna Sabinensis Episcopus, sanctae romanae Ecclesiae Cardinalis, Vicarius Romae, ac romanae Dioecesis: Venerabilibus Confessariis ejusdem Urbis, ac Dioecesis salutem in Domino. Ex Italico idiomate in Latinum translata.

Tametsi necessitatem instituendi sanctos Ministros, & fideles dispensatores Mysteriorum Dei perspicuis verbis declaraverit Apostolus, dicens; *Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei*: 1. Cor. 4. 1. & 2. Id tamen in administratione Sacramenti Poenitentiae longe gravioris est momenti, ut enim illius usus fidelibus cum dispositionibus necessariis ad illud accedentibus saluberrimus est; ita ejus administratio Sacerdotibus ministerio suo indigne functis periculosissima.

Mali tam gravis timore percussi, cum Apostolo dicimus: *Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* Matth. 15. 14. Tales scilicet eligendi, qui nec privatis utilitatibus, & cupiditati serviant, nec vanum honorem consectentur, & uno Dei gloriae, ac salutis animarum agantur desiderio; qui coelestem illam potestatem non pro arbitrio, quasi summi dominii jure exerceant, sed ut Ministri obnoxii reddendis Christo Jesu supremo Judici rationibus dispensationis Sanguinis ejus pretiosi, cujus applicatio ad remissionem peccatorum in hoc Sacramento ipsis concredita est.

Praemonuerat ante Salvator noster: *Caecus si caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadent*, id est in aeternam damnationem. Quin & Pharisaeis exprobraverat, quod magnam Sectatorum turbam ad se trahendi desiderio impulsi, circuirent *mare, & aridam*, ut facerent *Proselytos*, Matth. 23. 15. quos pravo moderamine in graviora crimina praecipites agerent, & *filios gehennae* facerent.

cerent. Illos denique increpat, quod perniciosis exemplis, pravaque doctrina *regnum cælorum ante homines clauderent*; quibus illud, ut per sanctam Passionem, ac mortem suam aperiret, in mundum venerat, & quod regni illius aditum malitia, & nequitia sua sibimetipsis intercludentes, aliis introitum prohiberent, quos a recta via avertebant, ad quam illos fideliter dirigere tenebantur.

Ib. vers. 13.

Malum tam deplorandum dubio procul imminet, si pœnitentiæ ministri integris, ac religiosis moribus non sint; imo vitia in seipsis alant, quæ ex pœnitentium animis extirpare ex officio tenentur, si scientia destituti sint, aut zelo imprudenti se abripi sinant; si animarum vulnera foveant; non sanare satagant instar pii Samaritani, vinum, & oleum, id est lenitatem, ac severitatem christianam opportune adhibentes, si non modo negligant spiritualium vulnerum curationem, sed peccatorum licentiam, ac pravitatem detestanda foveant indulgentia, humanisque respectibus, quos ingenerant auctoritas, dignitas, vel temporalia commoda, quæ ignavi illi ministri ab iis forte sperant, quorum Confessiones excipiunt. Qua quidem agendi ratione, secundum Prophetæ senten-

compertum est) ut Sacerdotes ad ministerium tam sublime destinati, summa illud animi attentione, ac diligentia implerent. Zelo itaque pastorali succensi, in memoriam illis revocare non cessabant, ut animarum judicibus, gravissima illa verba Regis Josaphat ad veteris legis Sacerdotes, populique duces: *Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite... Sic agetis fideliter, & corde perfecto. Omnem causam, quae venerit ad vos fratrum vestrorum, ubicunque quaestio est de lege, de mandato, de caeremoniis, & justificationibus; ostendite eis, ut non peccent in Dominum.* Dicti sui rationem affert sane luculentam, & quae una plurimarum loco esse possit, in sacro praesertim poenitentiae tribunali: *Non enim hominis exercetis judicium, sed Domini, & quodcunque judicaveritis, in vos redundabit.*

2. Paral. 19. 6. & 10.

Idipsum est, venerandi poenitentiae ministri, quod vobis impense commendat vox supremi Ecclesiae universae Pastoris, vestrique speciatim sancta hac in urbe, ubi pietas, doctrina, prudentia, zelusque Confessariorum effulgere magis, & omnibus christiani orbis partibus esse debent. Movet sanctissimum Patrem, quod vobis impendet periculum, nisi omnes Ministerii vestri partes plene, & integre impleatis, pondere Sanctuarii perpendit horrendam stragem gregis Christi, qui pastorali solicitudini suae commissus est, imminentem, nisi illum recta via ducatis. Terribile judicium considerat in ministros infideles hora mortis pronuntiandum, si perditionis tot animarum rei inveniantur, sive judiciaria potestate abusi illas absolverint, aut condemnaverint arbitrio magis suo, quam ex sacri Ministerii regulis, sive se spirituales esse medicos prorsus immemores, illas misere perire passi fuerint, remediorum defectu, quae vel ignorarunt, vel illi adhibere neglexerunt. Formidabilem demum sententiam recolit sanctissimus Pontifex sub lege gratiae longe severius, quam sub veteri in Sacerdotes innovatam. Sub priori nempe dens pro dente, oculus pro oculo repetebatur, sub posteriori vero Confessarii ani-

ma pro anima pœnitentis pœnas dabit, si Sacerdotis ipsiusmet conscientiæ Moderatoris qualicunque culpa illam perire contigerit.

Quamobrem beatissimus Pater provido zelo animatus, vos etiam, atque etiam hortatur, ut vobis ipsis attendentes, Propheticum audiatis Oraculum: *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Hunc ad finem vobis præcipit, ut nos antehac mandato nostro declaravimus, ut quotannis per dies aliquot secedatis, spiritualibus exercitiis vacaturi, & rationem a vobismetipsis exacturi gravissimæ illius administrationis vobis commissæ, qua pretiosus Sanguis Jesu Christi a vobis dispensatur. Novas vobis leges proponit, quas in functionibus Ministerii vestri sectemini, regulas a S. Carolo Borromæo magno illo Ecclesiæ lumine, bonorumque Pastorum exemplari conditas, & præscriptas, de quo, ut de magno quondam Basilio, dici potest; sic illum Mediolanensem Ecclesiam docendo, ut illum Cæsariensem erudiendo, orbem universum illustrasse.

Jer. 6. 16. 23. Januar. 1699.

Verumtamen hæ regulæ haud novæ censendæ sunt, cum eas S. ille Archiepiscopus ex intimis antiquæ disciplinæ visceribus, ex sanioris doctrinæ fontibus, nec-

rantibus; ne unquam de Sacerdotibus Evangelicæ legis dici possit: *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum*, Matth. 15. 14. sed unusquisque vestrum salubrium consiliorum prudentiam cum exemplari pietate conjungens, non novellas, & minime fundatas opiniones amplectatur; sed veram, solidamque doctrinam, sententiis, ac praxi sanctorum Patrum innixam, quos Deus ad christianæ plebis institutionem cœlesti lumine perfudit; ut, cum rationem vos reddere oportebit administrationis vestræ supremo judici, animarumque Patri, dicere cum fiducia possitis: *Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo; & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis*; Joan. 12. Jo. 18. 9. qui vias rectas, quas ipsi præmonstravimus, sequi noluit; & *quos dedisti mihi, custodivi, & non perdidi ex eis quemquam.*

XIII.

Alexandri VII. Pontificis maximi Decretum alterum, quo Propositiones XXVIII. contra sanam Moralem, & Ecclesiasticam disciplinam vulgatæ damnantur.

Feria 5. die 14. Septembris 1665.

In Congregatione generali sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio apostolico Montis Quirinalis coram sanctissimo Domino nostro D. Alexandro divina providentia Papa VII. ac eminentissimis, & reverendissimis Dominis sanctæ romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota republica christiana adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a sancta Sede apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus noster audivit non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omnino ab evangelica simpli-

plicitate, sanctorumque Patrum doctrina; & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela. Quare ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definivit, in animarum perniciem dilatari, seu verius perverti contingeret, idem sanctissimus Dominus noster, ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via pro pastorali solicitudine in rectam semitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in sacra Theologia magistris & deinde Eminent. & RR. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus serio commisit; qui tantum negotium strenue aggressi, eique sedulo incumbentes, & mature discussis usque ad hanc diem infrascriptis Propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

Propositio prima: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

2. *Vir equestris ad duellum provocatus potest illud ac-* [redacted]

tionis est, si solicitatus confiteatur cum solicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi.

8. *Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando petenti partem specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.*

9. *Post Decretum Urbani, potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minore stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.*

10. *Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre. Neque est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.*

11. *Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.*

12. *Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.*

13. *Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.*

14. *Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

15. *Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.*

16. *Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab ordinario.*

17. *Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus religioni publice, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.*

18. *Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.*

19. *Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.*

20. *Restitutio a S. Pio V. imposita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit pœna.*

21. *Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio literarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.*

22. *Non est contra justitiam beneficia ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.*

23. *Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto.*

24. *Mollities, sodomia, & bestialitas sunt ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.*

25. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: Commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicandi copulam.*

[redacted]

ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente romano Pontifice, absolvi.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini judicii prohibet omnibus Christifidelibus cujuscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis; ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus sanctæ Romanæ,
& universalis Inquisitionis Notarius.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1665. Indictione tertia, die vero secunda mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Alexandri divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ apostolicæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

XIV.

Alexandri VII. summi Pontificis Decretum alterum, quo Propositiones XVII. in materia morum damnantur.

Feria 5. die 18. Martii 1666.

In Congregatione generali sanctæ Romanæ, & universalis inquisitionis habita in Palatio apostolico Montis quirinalis coram sanctissimo D. N. D. Alexandro divina providentia Papa VII. ac eminentissimis, & reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota republica christiana adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a S. Sede apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus noster post latum Decretum die 24. Septembris proxime elapsi, quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulo, & accurate usque ad hanc diem infra scriptis aliis quadragesimum quintum numerum implentibus, per

XV.

DECRETUM

Innocentii XI. Pontificis maximi . quo Moralis corruptæ Propositiones LXV. damnantur.

Feria 5. secunda Martii 1679.

In generali Congregatione sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio apostolico Vaticano coram Sanctissimo D. N. D. Innocentio divina providentia Papa undecimo, ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica christiana contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a S. Sede apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus ovium sibi a Deo creditarum saluti sedulo incumbens, & salubre opus in segregandis noxiis doctrinarum pascuis ab innoxiis a felicis recordationis Alexandro VII. Prædecessore suo inchoatum prosequi volens, plurimas Propositiones partim ex diversis vel libris, vel Thesibus, seu Scriptis excerptas, & partim noviter adinventas, Theologorum plurium examini, &

,, I. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opi-
,, nionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi
,, id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incur-
,, rendi. Hinc sententia probabili utendum non est in collatione
,, Baptismi, ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

,, II. Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opi-
,, nionem etiam minus probabilem.

,, III. Generatim dum probabilitate, sive intrinseca, sive ex-
,, trinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non
,, exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

,, IV. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus
,, opinione minus probabili.

,, V. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel
,, tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

,, VI. Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinquenniis
,, per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

,, VII. Tum solum obligat, quando tenemur justificari, & non
,, habemus aliam viam, qua justificari possimus.

,, VIII. Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam vo-
,, luptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia
,, licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.

,, IX. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni pe-
,, nitus caret culpa, ac defectu veniali.

,, X. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

,, XI. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per
,, solos actus externos.

,, XII. Vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, super-
,, fluum statui Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam quan-
,, do tenetur tantum ex superfluo statui.

,, XIII. Si cum debita moderatione facias, potes absque pec-
,, cato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte natu-
,, rali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non
,, quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale
,, emolumentum.

,, XIV. Licitum est, absoluto desiderio cupere mortem patris,
,, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia
,, nimirum ei obventura est pinguis hereditas.

,, XV. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis a se in
,, ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex heredi-
,, tate consecutas.

,, XVI. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, &
,, secundum se.

,, XVII. Satis est actum fidei semel in vita elicere.

,, XVIII. Si a potestate publica quis interrogetur, fidem inge-
,, nue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ut
,, peccaminosum per se non damno.

,, XIX. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso
,, sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum
,, impellentium.

,, XX Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem
,, habeat supernaturalem.

,, XXI.

,, XXI. Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolum probabili revelationis, imo cum formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.

,, XXII. Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita remuneratoris.

,, XXIII. Fides late dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimilive motivo, ad juſtificationem ſufficit.

,, XXIV. Vocare Deum in teſtem mendacii levis, non eſt tanta irreverentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

,, XXV. Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.

,, XXVI. Si quis vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive recreationis cauſa, ſive quocunque alio fine juret ſe non feciſſe aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec eſt perjurus.

,, XXVII. Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, & res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.

,, XXVIII. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magiſtratum, vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali præſtare juramentum, quod de mandato Regis a ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

,, XXIX. Urgens metus gravis eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

,, XXX. Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur

„ heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam ma-
„ jorem judicant salario, quod recipiunt.

„ XXXVIII. Non tenetur quis pœna peccati mortalis resti-
„ tuere, quod ablatum est per pauca, quantumcunque sit magna
„ summa totalis.

„ XXXIX. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum gra-
„ ve damnum tertio, non tenetur, ad restitutionem illius damni
„ illati.

„ XL. Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem
„ personæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito cum
„ intentione lucri.

„ XLI. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, &
„ nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem quam
„ futuram, potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exi-
„ gere, & eo titulo ab usura excusari.

„ XLII. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur,
„ tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum
„ si exigatur tanquam ex justitia debitum.

„ XLIII. Quidni nonnisi veniale sit detrahentis auctoritatem
„ magnam sibi noxiam, falso crimine elidere?

„ XLIV. Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit
„ falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat.
„ Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in
„ Theologia.

„ XLV. Dare temporale pro spirituali non est simonia, quan-
„ do temporale non datur tanquam pretium, sed duntaxat
„ tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel
„ etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro
„ spirituali, aut econtra.

„ XLVI. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit
„ principale motivum dandi spirituale, imo etiamsi sit finis
„ ipsius rei spiritualis, sic ut pluris æstimetur quam res spiri-
„ tualis.

„ XLVII. Cum dixit Concilium Trident. eos alienis pecca-
„ tis communicantes mortaliter peccare, qui, non quos di-
„ gniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Eccle-
„ sias promovent, Concilium, vel primo videtur per hoc,
„ *digniores*, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendo-
„ rum, sumpto comparativo pro positivo, vel secundo, locu-
„ tione minus propria ponit *digniores*, ut excludat indignos, non
„ vero dignos, vel tantum loquitur tertio, quando fit con-
„ cursus.

„ XLVIII. Tam clarum videtur, fornicationem secundum se
„ nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia in-
„ terdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.

„ XLIX. Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si
„ Deus eam non interdixisset, sæpe esset bona, & aliquando
„ obligatoria sub mortali.

„ L. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est
„ adulterium, adeoque sufficit in Confessione dicere, se esse
„ fornicatum.

„ XLI.

Horrendaque Morum pravitate sub Nomine spiritualitatis, seu via interna, & Orationis quietis abstracta involventes.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cœlestis Pastor Christus Dominus, ut jacentem in tenebris mundum, variisque erroribus involutum, a potestate diaboli, sub qua misere post lapsum primi nostri parentis tenebatur, sua ineffabili miseratione liberaret, carnem sumere, & in ligno Crucis chirographo redemptionis nostræ affixo, in testimonium suæ in nos charitatis, sese hostiam viventem Deo pro nobis offerre dignatus est. Mox rediturus in cœlum Ecclesiam catholicam sponsam suam tanquam novam civitatem sanctam Jerusalem, descendentem de cœlo, non habentem rugam, neque maculam, unam, sanctamque in terris relinquens, armis suæ potentiæ contra portas inferi circumvallatam, Petro Apostolorum Principi, & successoribus ejus regendam tradidit, ut doctrinam ab ipsius ore haustam, sartam, tectamque custodirent, ne oves pretioso Sanguine suo redemptæ pravarum opinionum pabulo in antiquos errores ru-

nam, & usum a sanctis Patribus ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis receptum fideles a vera religione, & a christianæ pietatis puritate in maximos errores, & turpissima quæque inducebant: nos cui cordi semper fuit, ut fidelium animæ nobis ex alto commissæ, purgatis pravarum opinionum erroribus, ad optatum salutis portum tuto pervenire possint legitimis præcedentibus indiciis, prædictum Michaëlem de Molinos carceribus mancipari mandavimus. Deinde coram nobis, & venerabilibus Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in tota republica christiana generalibus Inquisitoribus, apostolica auctoritate specialiter deputatis, auditis pluribus in sacra Theologia magistris, eorumque suffragiis tum voce, tum scripto susceptis matureque perpensis, implorata etiam sancti Spiritus assistentia, cum prædictorum Fratrum nostrorum unanimi voto, ad damnationem infrascriptarum Propositionum ejusdem Michaëlis de Molinos, a quo fuerunt pro suis recognitæ, de quibus Propositionibus tanquam a se dictatis, scriptis, communicatis, & creditis, ipse convictus, & respective confessus fuerat, ut latius in Processu, & Decreto de mandato nostro lato die vigesima octava Augusti anni præsentis millesimi sexcentesimi octogesimi septimi devenire, ut infra, decrevimus.

PROPOSITIONES.

„ 1. Oportet hominem suas potentias annihilare; & hæc est „ via interna.

„ 2. Velle operari active, est Deum offendere, qui vult esse „ ipse solus agens; & ideo opus est, seipsum in Deo totum „ & totaliter derelinquere, & postea permanere velut corpus „ exanime.

„ 3. Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impedimenta.

„ 4. Activitas naturalis est gratiæ inimica, impeditque Dei „ operationes & veram perfectionem, quia Deus vult operari „ in nobis sine nobis.

„ 5. Nihil operando anima se annihilat, & ad suum princi„ pium redit, & ad suam originem, quæ est essentia Dei, in „ qua transformata remanet, ac divinizata, & Deus tunc in se „ ipso remanet, quia tunc non sunt amplius duæ res unitæ, „ sed una tantum; & hac ratione vivit Deus, & regnat in no„ bis, & anima seipsam annihilat in esse operativo.

,, 6. Via interna est illa, in qua non cognoscitur nec lu-
,, men, nec amor, nec resignatio, & non oportet Deum cogno-
,, scere: & hoc modo recte proceditur.

,, 7. Non debet anima cogitare nec de præmio, nec de pu-
,, nitione, nec de paradiso, nec de inferno, nec de morte,
,, nec de æternitate.

,, 8. Non debet velle scire, an gradiatur cum voluntate Dei,
,, an cum eadem voluntate resignata maneat, nec ne; nec opus
,, est, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil;
,, sed debet ut corpus exanime manere.

,, 9. Non debet anima reminisci nec sui, nec Dei, nec cu-
,, juscunque rei, & in via interna omnis reflexio est nociva,
,, etiam reflexio ad suas humanas actiones, & ad proprios defectus.

,, 10. Si propriis defectibus alios scandalizet, non est neces-
,, sarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi;
,, & ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est.

,, 11. Ad dubia, quæ occurrunt, an recte procedatur, nec-
,, ne, non opus est reflectere.

,, 12. Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re
,, debet curam habere, nec de inferno, nec de paradiso; nec
,, debet desiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum,
,, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, cujus spem pur-
,, gare debet.

,, 13. Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda
,, est cogitatio & cura de omni re nostra; & relinquere, ut
,, faciat in nobis sine nobis suam divinam voluntatem.

,, 14. Qui divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut
,, a Deo rem aliquam petat, quia petere est imperfectio, cum
,, sit actus propriæ voluntatis, & electionis; & est velle, quod
,, divina voluntas nostræ conformetur; & illud Evangelii:
,, *Petite, & accipietis*, non est dictum a Christo pro animabus in-
,, ternis, quæ nolunt habere voluntatem; imo hujusmodi animæ
,, eo perveniunt, ut non possint a Deo rem aliquam petere.

,, 15. Sicut non debet a Deo rem aliquam petere, ita nec
,, illi ob rem aliquam gratias agere debet, quia utrumque est
,, actus propriæ voluntatis.

,, 16. Non convenit indulgentias quærere pro pœna propriis
,, peccatis debita; quia melius est divinæ justitiæ satisfacere,
,, quam divinam misericordiam quærere; quoniam illud ex puro
,, Dei amore procedit: & istud ab amore nostri interessato, nec
,, est res Deo grata, nec meritoria, quia est velle crucem fugere.

,, 17. Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, &
,, cognitione animæ nostræ, non est amplius habenda ratio ten-
,, tationum, nec eis resistentia fieri debet nisi negativa, nulla ad-
,, hibita industria; & si natura commovetur, oportet sinere,
,, quia est natura.

,, 18. Qui in oratione utitur imaginibus, figuris, speciebus, &
,, propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu, & veritate.

,, 19. Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur,
,, aut intellectus comprehendit, non amat verum Deum.

,, 20. Asserere, quod in oratione opus est sibi per discursum

,, au-

„ auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus animam
„ non alloquitur, ignorantia est. Deus nunquam loquitur; ejus
„ locutio est operatio, & semper in anima operatur, quando
„ hæc suis discursibus, cogitationibus, & operationibus eum
„ non impedit.

„ 21. In oratione opus est manere in fide obscura, & univer-
„ sali, cum quiete, & oblivione cujuscunque cogitationis par-
„ ticularis, ac distinctionis attributorum Dei, ac Trinitatis, &
„ sic in Dei præsentia manere ad illum adorandum, & aman-
„ dum, eique inserviendum, sed absque productione actuum,
„ quia Deus in his sibi non complacet.

„ 22. Cognitio hæc per fidem non est actus a creatura pro-
„ ductus, sed est cognitio a Deo creaturæ tradita, quam creatura
„ se habere non cognoscit, nec postea cognoscit illam se habuisse;
„ & idem dicitur de amore.

„ 23. Mystici, cum S. Bernardo in Scala Claustralium, di-
„ stinguunt quatuor gradus; lectionem, meditationem, oratio-
„ nem, & contemplationem infusam. Qui semper in primo sistit,
„ nunquam ad secundum pertransit; qui semper in secundo per-
„ sistit, nunquam ad tertium pervenit, qui est nostra contem-
„ platio acquisita, in qua per totam vitam persistendum est,
„ dummodo Deus animam non trahat (absque eo quod ipsa id
„ exspectet) ad contemplationem infusam; & hac cessante, ani-
„ ma regredi debet ad tertium gradum, & in ipso permanere,
„ absque eo, quod amplius redeat ad secundum, aut primum.

„ 24. Qualescunque cogitationes in oratione occurrant, et-
„ iam impuræ, etiam contra Deum, Sanctos, fidem, & Sacra-
„ menta, si voluntarie non nutriantur, sed cum indifferentia,
„ & resignatione tolerentur, non impediunt orationem fidei;
„ imo eam perfectiorem efficiunt, quia anima tunc magis divinæ
„ voluntati resignata remanet.

„ 25. Etiamsi superveniat somnus, & dormiatur, nihilomi-
„ nus fit oratio & contemplatio actualis; quia oratio & resi-
„ gnatio, resignatio & oratio idem sunt; & dum resignatio per-
„ durat, perdurat & oratio.

„ 26. Tres illæ viæ, purgativa, illuminativa, & unitiva, sunt
„ absurdum maximum, quod dictum fuerit in Mystica, cum
„ non sit nisi unica via, scilicet via interna.

„ 27. Qui desiderat, & amplectitur devotionem sensibilem,
„ non desiderat, nec quærit Deum, sed seipsum; & male agit,
„ cum eam desiderat, & eam habere conatur, qui per viam in-
„ ternam incedit, tam in locis sacris, quam in diebus solemnibus.

„ 28. Tædium bonorum spiritualium bonum est, siquidem
„ purgatur amor proprius.

„ 29. Dum anima interna fastidit discursus de Deo & virtu-
„ te, & frigida remanet, nullum in seipsa sentiens fervorem,
„ bonum signum est.

„ 30. Totum sensibile, quod experimur in vita spirituali, est
„ abominabile, spurcum, & immundum.

„ 31. Nullus Meditativus veras virtutes exercet internas, quæ
„ non debent a sensibus cognosci. Opus est amittere virtutes.

,, 32. Nec ante, nec post Communionem alia requiritur pr
,, paratio, aut gratiarum actio pro illis animabus internis, qua
,, permanentia in solita resignatione passiva; quia modo perfecti
,, re supplet omnes actus virtutum, qui fieri possunt, & fiunt i
,, via ordinaria; & si hac occasione insurgunt motus humiliati
,, nis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi sunt, qu
,, ties non dignoscatur, eos esse ex impulsu speciali Dei; alias su
,, impulsus naturæ nondum mortuæ.

,, 33 Male agit anima, quæ procedit per hanc viam internam
,, & in diebus solemnibus vult aliquo conatu particulari excitar
,, in se devotum aliquem sensum; quoniam animæ internæ omne
,, dies sunt æquales, omnes festivi; & idem dicitur de locis s
,, cris, quia hujusmodi animabus omnia loca æqualia sunt

,, 34. Verbis & lingua Deo gratias agere, non est pro anima
,, bus internis, quæ in silentio manere debent; nullum Deo im
,, pedimentum opponendo, quod operetur in illis; & quo mag
,, Deo se resignant, experiuntur, se non posse orationem Domini
,, cam, seu *Pater noster* recitare.

,, 35. Non convenit animabus hujus vitæ internæ, quod facian
,, operationes etiam virtuosas ex propria electione, & activitate
,, alias non essent mortuæ; nec debent elicere actus amoris erg
,, beatam Virginem, Sanctos, aut humanitatem Christi; qui
,, cum ista sensibilia sint objecta, talis est amor erga illa.

,, 36. Nulla creatura, nec beata Virgo, nec Sancti sedere de
,, bent in nostro corde; quia solus Deus vult illud occupare, &
,, possidere.

,, 37. In occasione tentationum, etiam furiosarum, non debe
,, anima elicere actus explicitos virtutum oppositarum; sed debe
,, in supradicto amore, & resignatione remanere.

,, 38. Crux voluntaria mortificationum pondus grave est, &

„ ministerio, nunc vero eos efficit sanctos ministerio dæmonum, „ qui caussando in eis prædictas violentias, facit, ut illi seipsos „ magis despiciant, annihilent, & se Deo resignent.

„ 44. Job blasphemavit, & tamen non peccavit labiis suis, „ quia fuit ex dæmonis violentia.

„ 45. Sanctus Paulus hujusmodi dæmonis violentias in suo „ corpore passus est; unde scripsit: Non quod volo bonum hoc „ ago; sed quod nolo malum, hoc facio.

„ 46. Hujusmodi violentiæ sunt medium magis proportionatum „ ad annihilandum animam, & ad veram transformationem, & „ unionem perducendam; nec alia superest via, & hæc est via „ facilior, & tutior.

„ 47. Cum hujusmodi violentiæ occurrunt, sinere oportet, ut „ satanas operetur, nullam adhibendo industriam, nullumque „ proprium conatum; sed permanere debet homo in suo nihilo; „ & etiamsi sequantur pollutiones, & actus obscœni propriis mani- „ bus, & etiam pejora, non est opus seipsum inquietare, sed foras „ emittendi sunt scrupuli, dubia, & timores; quia anima fit ma- „ gis illuminata, magis roborata, magisque candida, & acquiri- „ tur sancta libertas; & præ omnibus non opus est hæc confiteri, „ & sanctissime fit non confitendo, quia hoc pacto superatur dæ- „ mon, & acquiritur thesaurus pacis.

„ 48. Satanas, qui hujusmodi violentias infert, suadet deinde „ gravia esse delicta, ut anima se inquietet, ne via interna ulterius „ progrediatur; unde ad ejus vires enervandas, melius est ea non „ confiteri, quia non sunt peccata, nec etiam venialia.

„ 49. Job ex violentia dæmonis se propriis manibus pollue- „ bat eodem tempore, quo mundas habebat ad Deum preces; „ sic interpretando locum ex Cap. Job. 16.

„ 50. David, Jeremias, & multi ex sanctis Prophetis hujus- „ modi violentias patiebantur harum impurarum operationum „ externarum.

„ 51. In sacra Scriptura multa sunt exempla violentiarum ad „ actus externos paccaminosos, ut illud de Samsone, qui per „ violentiam seipsum occidit cum Philistæis, conjugium iniit cum „ alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus est, quæ alias „ erant prohibita, & quæ alias peccata fuissent; de Juditha, quæ „ Holopherni mentita fuit, de Eliseo, qui pueris maledixit; de „ Elia, qui combussit duces cum turmis Regis Achab; an vero „ fuerit violentia immediate a Deo peracta, vel ministerio dæmo- „ num, ut aliis animabus contingit, in dubio relinquitur.

„ 52. Cum hujusmodi violentiæ, etiam impuræ, absque men- „ tis offuscatione accidunt, tunc anima Deo potest uniri, & de „ facto semper unitur.

„ 53. Ad cognoscendum in praxi, an aliqua operatio in aliis „ personis fuerit violentia, regula, quam de hoc habeo, nedum „ sunt protestationes animarum aliarum, quæ protestantur se di- „ ctis violentiis non consensisse, aut jurare non posse, quod non „ his consenserint, & videre, quod sunt animæ, quæ proficiunt „ in via interna; sed regulam sumere a lumine quodam actuali, „ cognitione humana, & Theologica superiore, quod certo co-

„ gnoſcere facit cum interna certitudine, quod talis operatio eſt „ violentia; & certus ſum, quod hoc lumen a Deo procedit, quia „ ad me pervenit conjunctum cum certitudine, quod a Deo pro- „ veniat, & mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium; eo „ modo, quod interdum contingit, quod Deus aliquid revelando, „ eodem tempore animam certam reddit, quod ipſe ſit, qui re- „ velet, & anima in contrarium non poteſt dubitare.

„ 54. Spirituales, viæ ordinariæ, in hora mortis ſe deluſos in- „ veniunt, & confuſos, cum omnibus paſſionibus in alio mundo „ purgandis.

„ 55. Per hanc viam internam pervenitur, etſi multa cum ſuf- „ ferentia, ad purgandas, & extinguendas omnes paſſiones, ita „ quod nihil amplius ſentitur, nihil, nihil; nec ultra ſentitur in- „ quietudo, ſicut corpus mortuum, nec anima ſe amplius commo- „ veri ſinit.

„ 56 Duæ leges, & duæ cupiditates, animæ una, & amoris „ proprii altera, tamdiu perdurant, quamdiu perdurat amor pro- „ prius; unde quando purgatus eſt, & mortuus, ut fit per viam „ internam, non adſunt amplius duæ illæ leges, & duæ cupidita- „ tes, nec ulterius lapſus aliquis incurritur, nec aliquid ſentitur „ amplius, ne quidem veniale peccatum.

„ 57. Per contemplationem acquiſitam pervenitur ad ſtatum „ non faciendi amplius peccata, nec mortalia, nec venialia.

„ 58. Ad hujuſmodi ſtatum pervenitur non reflectendo amplius „ ad proprias operationes, quia defectus ex reflexione oriuntur.

„ 59. Via interna ſejuncta eſt a Confeſſione, a Confeſſariis, „ a caſibus conſcientiæ, a Theologia, & a Philoſophia.

„ 60. Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt, „ & eo etiam perveniunt, ut ſint mortuæ, Deus Confeſſionem „ aliquando efficit impoſſibilem, & ſupplet ipſe tanta gratia præ-

„ in interiore vero res aliter se habet, quo solus Deus, & di-
„ rector intrant.

„ 66. Risu digna est nova quædam doctrina in Ecclesia Dei, „ quod anima quoad internum gubernari debeat ab Episcopo; „ quod si Episcopus non sit capax, anima ipsum cum suo di- „ rectore adeat. Novam dico doctrinam, quia nec sacra Scri- „ ptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, „ nec auctores eam unquam tradiderunt, nec tradere possunt; „ quia Ecclesia non judicat de occultis, & anima jus habet eli- „ gendi quemcunque sibi bene visum.

„ 67. Dicere, quod internum manifestandum est exteriori tri- „ bunal ipræpositorum, & quod peccatum sit, id non facere, est „ manifesta deceptio; quia Ecclesia non judicat de occultis, & „ propriis animabus præjudicant his deceptionibus & simula- „ tionibus.

„ 68. In mundo non est facultas, nec jurisdictio ad præcipien- „ dum, ut manifestentur Epistolæ Directoris, quoad internum „ animæ; & ideo bonum est animadvertere, quod hoc est in- „ sultus satanæ.

Quas quidem propositiones tanquam hæreticas, suspectas, erroneas, scandalosas, blasphemas, piarum aurium offensivas, temerarias, christianæ disciplinæ relaxativas, & eversivas, & seditiosas, respective, ac quæcunque super iis verbo, scripto, vel typis emissa, pariter cum voto eorumdem Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Inquisitorum generalium, damnavimus, circumscripsimus, & abolevimus, deque eisdem, & similibus omnibus, & singulis posthac quoquo modo loquendi, scribendi, disputandi, easque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi facultatem quibuscunque interdicimus, & contrafacientes omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis, & officiis ipso facto privavimus, & inhabiles ad quæcunque decrevimus, vinculoque anathematis eo ipso innodavimus, a quo nisi a nobis, & a romanis Pontificibus successoribus nostris non valeant absolvi.

Præterea eodem nostro Decreto prohibuimus, & damnavimus omnes libros, omniaque opera, quocunque loco, & idiomate impressa, necnon omnia manuscripta ejusdem Michaelis de Molinos, vetuimusque, ne quis cujuscunque gradus, conditionis, vel status, etiam speciali nota dignus, audeat sub quo-

vis prætextu, quolibet pariter idiomate, ſive ſub eiſdem verbis, ſive ſub æqualibus, aut æquipollentibus, ſive abſque nomine, ſeu ficto, aut alieno nomine ea imprimere, vel imprimi facere, neque impreſſa, ſeu manuſcripta legere, vel apud ſe retinere; ſed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ſtatim tradere, & conſignare teneantur ſub eiſdem pœnis ſuperius indictis; qui Ordinarii, & Inquiſitores ſtatim ea igni comburant, vel comburi faciant. Tandem, ut prædictus Michaël de Molinos ob hæreſes, errores, & turpia facta prædicta debitis pœnis in aliorum exemplum, & ipſius emendationem plecteretur, lecto in eadem noſtra Congregatione toto proceſſu, & auditis dilectis filiis Conſultoribus noſtris ſanctæ Inquiſitionis Officii, in ſacra Theologia, & in jure pontificio magiſtris, cum eorumdem venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium unanimi voto, dictum Michaëlem de Molinos, tanquam reum convictum, & confeſſum reſpective, & tanquam hæreticum formalem, licet pœnitentem, in pœnam arcti, & perpetui carceris, & ad peragendas alias pœnitentias ſalutares, prævia tamen abjuratione de formali per ipſum emittenda, ſervato juris

Et licet ſupra narratum Decretum de mandato noſtro latum, ad majorem fidelium cautelam typis editum, publicis locis affixum, & divulgatum fuerit, nihilominus, ne hujus apoſtolicæ damnationis memoria futuris temporibus deleri poſſit, utque populus chriſtianus catholica veritate inſtructior per viam ſalutis incedere valeat, prædeceſſorum noſtrorum ſummorum Pontificum veſtigiis inhærentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſupradictum Decretum denuo approbamus, confirmamus, & debitæ executioni tradi mandamus; iterum ſupradictas Propoſitiones definitive damnantes, & reprobantes, libroſque, & manuſcripta ejuſdem Michaëlis de Molinos prohibentes, & interdicentes ſub eiſdem pœnis, & cenſuris contra transgreſſores latis, & inflictis.

Decernimus inſuper præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ſicque per quoſcunque Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, & functuros ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, ut præſentibus tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, damnationis, reprobationis, punitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo, duodecimo Kalen-

das Decembris, Pontificatus noſtri anno duodecimo, *F. Datarius.*

J. F. Albanus. Regiſtrata in Secretaria Brevium. *Vaſa de Curia S. de Pilaſtris. D. Ciampinus.*

Loco ✠ plumbi.

Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1688. Indictione undecima, die vero 19. Februarii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini noſtri D. Innocentii divina Providentia Papæ XI. anno duodecimo, præſentes Literæ apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Eccleſiæ ſancti Joannis Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis urbis per me Franciſcum Perrinum SS. D. N. Papæ, & ſanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

XVII.

DECRETUM

Alexandri VIII. ſummi Pontificis,

Quo errores duo capitales damnantur,

Primus contra mandatum de Deo diligendo.
Alter de peccati Philoſophici commento.

men pluribus in sacra Theologia magistris, & deinde eminentissimis, & reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus sedulo commisit; qui pluries, & mature discussis infrascriptis Thesibus, seu propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia sanctitati suæ singillatim exposuerunt.

I. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti „ cum natura rationali; formalis vero in conformi- „ tate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit; ut „ actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. „ *Nunc homo non tenetur amare neque in principio, ne- „ que in decursu vitæ suæ moralis.*

„ II. *Peccatum philosophicum*, seu morale, est actus „ humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ „ rationi. Theologicum vero, & mortale est trans- „ gressio libera divinæ legis; *Philosophicum quantum- „ vis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de „ Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non „ est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens „ amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.*

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plene, & mature consideratis, primam Thesim, seu propositionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicut damnat, & prohibet sub censuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expressis; secundam Thesim, seu propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet; ita ut quicunque illam defenderit, ediderit, aut de ea etiam disputaverit, publice, seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente romano Pontifice absolvi. Insuper districte in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini judicii prohibet omnibus Christi Fidelibus cu-

jus-

juſcunque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictam Theſim, ſeu propoſitionem ad praxim deducant.

Loco ✠ Sigilli.

Alexander Speronus Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Die 24. Auguſti 1690. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ apoſtolicæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis urbis per me *Franciſcum Perrinum* D. N. Papæ, & ſanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

XVIII.

CONSTITUTIO

Innocentii XII. Beatæ memoriæ Pontificis maximi,

Damnans librum inſcriptum; *Explication des Maximes des Saints ſur la Vie interieure*, & 23. Propoſitiones ex eo excerptas, damnatis ab Eccleſia catholica Quietiſtarum erroribus affines.

Innocentius Papa XII. Ad perpetuam rei memoriam,

Cum alias ad Apoſtolatus noſtri notitiam perve-

bro excerptas diuturno, accuratoque examine discusserunt, quid super earum singulis sibi videretur, tam voce, quam scripto nobis exposuerunt. Auditis igitur in pluribus itidem eorum coram nobis desuper actis Congregationibus memoratorum Cardinalium, & in sacra Theologia magistrorum sententiis, dominici gregis nobis ab æterno pastore crediti periculis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, librum prædictum ubicunque, & quocunque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione huc usque impressum, aut in posterum imprimendum, quippe ex cujus lectione, & usu fideles sensim in errores ab Ecclesia catholica jam damnatos induci possent, ac insuper tanquam continentem propositiones, sive in obvio earum verborum sensu, sive attenta sententiarum connexione, temerarias, scandalosas, male sonantes, piarum aurium offensivas, in praxi perniciosas, ac etiam erroneas respective, tenore præsentium damnamus, & reprobamus; ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christi fidelibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto, absque alia declaratione, incurrenda, interdicimus, & prohibemus. Volentes, & apostolica auctoritate mandantes, ut quicunque supradictum librum penes se habuerint, illum statim atque præsentes literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, ac consignare omnino teneantur: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Cæterum propositiones in dicto libro contentæ, quas apostolici censura judicii (sicut præmittitur) configendas duximus, ex gallico idiomate in latinum versæ sunt tenoris, qui sequitur, videlicet:

I. De-

ſentes literæ omnibus facilius innoteſcant, nec quiſquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ apoſtolicæ, necnon Curiæ generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de urbe per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur; ita ut ſic publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac ſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem; ſub annulo Piſcatoris die 12. Martii MDCXCIX. Pontificatus noſtri anno octavo.

J. F. Card. Albanus

Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1699. Indictione

les sacra jussione christianissimi Regis congregati, summa veneratione, ac devotione receperunt, & in singulis Dioecesum suarum Ecclesiis promulgari, & executioni mandari decreverunt, prout Rex magnus edixerat declaratione data Versaliis die 4. Augusti 1699. & in Tabulas supremi Senatus relata ex solemni Senatusconsulto die 14. Augusti ejusdem anni. Ipseque reverendissimus, ac religiosissimus D. Archiepiscopus Dux Cameracensis, Comprovincialibus suis Episcopis adunatis, pontificiam Constitutionem submisso animo recepit, promulgavit, librum suum prohibuit, & propositiones ex eo excerptas, secundum tenorem ejusdem constitutionis damnavit, Mandato archiepiscopali ea de re in Dioecesi sua publicato.

XIX.

MANDATUM

Illustrissimi, ac reverendissimi *Francisci de Salignac Fenelon* Archiepiscopi Ducis Cameracensis.

Franciscus Dei misericordia, & sanctae Sedis apostolicae gratia Archiepiscopus Dux Cameracensis, sancti Imperii Princeps, &c. Clero seculari, & regulari nostrae Dioecesis, salutem, & benedictionem in Domino. Latine redditur ex Gallico summa fide.

Nos ipsos vobis totos debemus, *Fratres charissimi* siquidem non sumus amplius nostri, sed gregis, qui nobis creditus est: *Nos autem servos vestros per Jesum.* Eo urgemur affectu, ut cor nostrum vobis pandamus, communicantes vobiscum, quae nos spectant in causa libri, cui titulus est, *Explications des Maximes des Saints.* Tandem sanctissimus D. N. Papa hunc librum damnavit, cum Propositionibus viginti tribus ex eo excerptis, brevi Apostolico dato die XII. Martii 1699. quod jam ubique vulgatum, vobisque notum est.

Huic brevi, *charissimi Fratres*, tum quod libri textum attinet, tum quod Propositiones XXIII. spectat, simpliciter, absolute, & absque umbra restrictionis adhaeremus. Quamobrem tam librum ipsum, quam XXIII. Propositiones, praecise, sub eadem forma, &

cum iisdem qualificationibus, simpliciter, absolute, & sine ulla restrictione damnamus. Sub iisdem etiam poenis fidelibus hujus Dioecesis inhibemus, ne hunc librum legant, aut retineant.

Humiliationem nostram consolabimur, *dilectissimi Fratres*, modo ministerium verbi, quod ad vestram sanctificationem a Domino accepimus, inde non infirmetur, nec obstet humiliatio Pastoris, quin grex in gratia Dei crescat.

Vos igitur toto animo ad sinceram obedientiam, absolutamque docilitatem adhortamur, ne sensim contabescat simplicitas obedientiæ sanctæ Sedi debitæ, cujus exemplum, per Dei gratiam, ad extremum usque spiritum vobis præbere volumus.

Absit, ut in ore hominum simus ad eorum offensionem, faxit Deus, ut memineris Pastori fuisse persuasum se magis docilem esse debere, quam postremam gregis oviculam, nullumque submissioni suæ, & obedientiæ modum, ac finem posuisse. Opto, ac precor, *Fratres charissimi*, ut gratia Domini nostri Jesu Christi, charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus maneat cum omnibus vobis. Amen.

✝ *Franciscus* Archiepiscopus

nerabilibus Fratribus nostris Decano, Canonicis, & Capitulo cathedralis Ecclesiæ nostræ: Decanis, Canonicis, & Capitulis Ecclesiarum collegiatarum, Rectoribus Parochialium, aliisque ecclesiasticis viris Dioecesis nostræ, salutem, & benedictionem. mus ex Gallico summa fide.

Præcipuas inter pastoralis officii nostri partes, gravissima semper visa nobis est obligatio, morum doctrinam omni modo puram servare, uniformemque in Dioecesi nostra stabilire disciplinam. Hoc animo assiduitatem in Collationibus ecclesiasticis vobis commendavimus, ut Regulis disciplinæ, ac de Moralis christianæ principiis communiter instituti, idem sentiretis, unamque commissas vobis animas dirigendi rationem teneritis; atque ita sana doctrina auctoritatem obtineret, magisque indocilia ingenia illi se subjicere compellerentur. Verum justæ nobis fuere timendi rationes, ne viri quamplures ecclesiastici, recentiorum auctorum, qui de Moralibus rebus scripserunt, lectioni sine delectu se dantes, aberrarent, malos duces secuti, aliique principia cum aliorum principiis e regione pugnantia amplecterentur. Hæc ut avertamus pericula, conveniens judicavimus in argumentis Collationum anno proxime elapso propositis, libros vobis præscribere, quos ad vestras decisiones responsaque formanda consulere debetis. Librorum Theologiæ moralis ab Episcopis doctrina pariter, ac pietate celebratissimis editorum lectionem vobis commendavimus, operaque Doctorum, quorum spectata eruditio, quæ solida firmaque principia, & Decisiones, seu Responsa in libris sacris, & Traditione sanctorum Patrum fundata continent, puris fontibus, ex quibus veras Regulas morum haurire debetis.

Delectus ille auctorum adeo necessarius: *Ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia... Et in eadem permaneatis regula*, occasionem dedit Anonymo libello, in nostra Dioecesi disseminato, cui titulus est: *Difficultés Proposées à Monseigneur l'Archevêque sur divers endroits des Livres, dont il recomande la lecture* 1. Cor. 10. Philip. 3. 16.

a ses Curés. Id est, *Difficultates propositæ Domino Archiepiscopo, circa varios locos librorum, quorum lectionem Curatis suis commendat.*

Hujus Auctor libelli, damnanda adversus episcopalem auctoritatem contumacia, doctrinam Archiepiscopi sui, & illorum, quorum utitur ministerio, Diœcesanis ejus suspectam efficere conatur. Nihil quippe in locis omnibus Auctorum a nobis indicatis inveniens, quod reprehendere posset; omnium quæ de aliis quæstionibus scripserunt, de quibus locuti non fuimus, nos vadimonium vult exhibere; & circa has ipsas quæstiones, quæ nos minime spectant, certiores Moralis christianæ veritates, & firmiores Status ecclesiastici Regulas impugnat.

P. 10. Indicii pag. 6. Diffic.

Quascunque latebras obscuritatis affectet, ne damnatos gallicanorum Episcoporum censuris, & summorum Pontificum decretis errores aperte renovare videatur; perspectum satis est ex iis, quas proponit, objectionibus hunc ejus esse scopum, illos ut renovet; eoque tendit temeritas, qua in ordine Propositionum veri fines, justæque severitatis modum excedentium describit certissima, receptissimaque dogmata, damnatis illis erroribus contraria. Sic doctrina probabilitatis tot Cen-

Episcopis, ne ulla ratione quempiam vaga illa accusatione, & invidioso nomine Jansenismi traduci, & infamari sinat, nisi prius convictus fuerit aliquam ex quinque Propositionibus damnatis tenuisse, ille pacis æque, ac veritatis inimicus, hac insuper habita contemptaque regula, quam præscribit æquitas, & quam in Diœcesi nostra accuratissime observari volumus, Jansenianos vocare audet, qui errores ejus non sequuntur de attentione ad malitiam, & pravitatem actionis, quam ille quidem ad peccandum necessariam esse propugnat; aut qui circa alia Moralis christianæ capita doctrinam prorsus Catholicam docent. die 6. Febr. 1694.

Offensio publica, quam in nostra Diœcesi libellus iste excitavit, ad inquirendum in auctores, aut disseminatores Scripti tam seditiosi nos impulit; compertumque habuimus P. Buffierum Societatis Jesu professorem, unum ex iis esse, qui illud studiose in vulgus disseminabant. Tam nefandæ temeritatis licentiam impunitam, inultamque ferri non debere judicavimus; quamobrem illum sacro mulctavimus interdicto, ejusque Superiores vocavimus, ut propositiones contrarias libelli supra dicti erroribus ab illo subscribi, eosque errores ab illo ejurari, seu improbari de mandato nostro curarent, qua satisfactione injuria episcopali auctoritati illata expiaretur.

Et Superiorum quidem humilem erga Episcopatum reverentiam probavimus, & laudavimus. Omnem enim auctoritatem suam adhibuere, ut P. Buffierum ad plenam satisfactiónem adducerent. Verum eorum jussioni, ac Archiepiscopi sui mandatis parere vir ille rebellis recusavit; & contumaciam ejus, qua par erat, severitate puniverunt.

Opportunum porro nobis visum est pro veritatis, & sacri nostri Caracteris juribus, ac honore servandis; quin etiam, ut Jesuitarum honori consulamus, hic inserere literas, quas Pater Ayraut Vice-Provincialis ad nos dedit, necnon Propositiones, quarum subscriptionem P. Buffiero imperavitut nobis comprobaret, Societatis præpositos & pravam libelli doctri-

nam, & seditiosam P. Buffieri agendi rationem damnare.

EPISTOLA PATRIS AYRAUT.

Vice-Provincialis Societatis Jesu in Provincia Franciæ, Ad illustrissimum, ac reverendissimum D. D. Archiepiscopum Rothomagensem de libello a Patre Buffiero disseminato,

Illustrissime Archipræsul,

De obedientia Patris Buffieri speraveram, iteratis mandatis me ab ipso impetraturum, ut quam optaverat amplitudo tua satisfactionem ille exhiberet, improbando, & ejurando libellum, & propositionibus infrascriptis prout jussit amplitudo tua, subscribendo. Id mihi spoponderat, ac de ipsius bona fide non dubitans, meam tibi obstrinxeram Verum cum ille Pater exinde obedire pertinaciter recusaverit, nihil aliud facere possum, illustrissime Domine, quam severe in ipsum animadvertere ob culpas graves in tota istius negotii serie ab ipso commissas, quibus indignationem in se tuam arcessivit. Propterea ipsum relego Corisopitum, ubi in Collegio nostro reclusus maneat, illique omnibus Societatis functionibus, omnique extra commercio sit interdictum, donec amplitudini tuæ placuerit pœnam ejus finire, qua certe majorem illi infligere, meæ non est potestatis.

Spero fore, ut amplitudinis tuæ benignitas liberet me ab anxietate, quam patior, & molestum istud negotium tandem finiat, certiorem me faciendo, quod meam hac in re probatam habeat agendi rationem, qui sum maxima cum reverentia

ut illustrissimo D. D. Archiepiscopo Rotbomagensi faciam satis ratione libelli, cui titulus est ; Difficultates propositæ, &c. *utque subscribam propositionibus ejus nomine mihi designandis ; cum submissa erga tantum Archipræsulem reverentia, & obedientia, & grati animi erga potentissimum Societatis nostra protectorem publica nimis testimonia edere non possim ; agnosco, & declaro auctorem libelli, qualiscunque sit, a reverentia eidem Archipræsuli debita cum scandalo defecisse, opus edendo, quo pax Diœcesis perturbari potest, avertendo Clerum ab observantia mandatorum ejusdem D. Archiepiscopi, & quod sententiis quampluribus refertum est, rectitudini, ac puritati Moralis christianæ contrariis. Ut autem omnibus innotescat quantum improbem hujus opiniones auctoris, quæ nec meæ sunt, nec Societatis nostra, sequentibus propositionibus subscripsi.*

I. Circa doctrinam probabilitatis, damnare me profiteor quidquid Innocentii XI. Pontificis maximi Decreto die 2. Martii 1679. damnatum est.

II. Quod spectat peccatum philosophicum, damno, quod ab Alexandro octavo summo Pontifice damnatum est Decreto edito die 24. Augusti 1690. privatimque agnosco, & profiteor, quod & Societatis nostra Patres in suis circa peccatum philosophicum declarationibus agnoverunt, & professi sunt, falsum esse, quod necessaria sit actualis attentio ad malitiam actionis, ut peccatum imputetur.

III. Peccatores excæcati, & obdurati, qui homicidia, adulteria, & alia crimina sine conscientiæ stimulo committunt, non animadvertentes, quod illa perpetrando Deum offendant, & quod illa contraria sint legi naturali, pœnarum inferni nihilominus rei sunt ; cum excusari propterea non possint a peccato mortali, quod actu ad actionis malitiam non attendant.

IV. Obligatio amandi Deum, primum, & præcipuum est hominis officium, & nulla vitæ pars eo amore, saltem habituali, vacare debet.

V. Omne opus, ut vere Christianum, ac meritorium sit, ex amore Dei, saltem habituali, seu ex principio oriri, ad eumque seu ad finem ultimum referri debet.

VI. Quicunque asserit, amorem Dei inchoatum necessarium esse ad excludendum affectum peccati, a doctrina Lutheri alienissimus est.

VII. Agnosco, & profiteor, nullam esse veram conversionem sine aliquo Dei amore, nec peccatorem sufficienter dispositum esse posse ad justificationem in Sacramento pœnitentiæ consequendum, nisi Deum, ut omnis justitiæ fontem diligere incipiat.

VIII. Ambitionis reus est, generatim loquendo, quicunque pro seipso Episcopatum, Curam parochialem, aut quodvis aliud beneficium Curam animarum annexam habens postulat; indignumque reddit vel ipsa postulatio.

IX. Apostoli verbis abutitur, quicunque dixerit; nisi liceret Episcopatum postulare, nos seduxisset Apostolus, scribendo : Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

X. Qui majorum, & nobiliorum Ecclesiarum suggesta, seu pulpita ambiunt, & postulant, ut nominis claritatem consequantur, sicque viam sibi parent ad Episcopatum, prædicatione abutuntur, & ministerium Evangelii profanant.

Quamvis porro sapientia, & zelo Superiorum Societatis Jesu sublatum scandalum hac in occasione in-

Jesuitas Diœcesis nostræ id non commissuros spopondit nobis Pater Ayraut, ipsisque expresse mandavit, ut principia mox a nobis proponenda ad amussim sequerentur.

Cum abusus probabilitatis non privatus modo sit error, sed radix, & origo laxitatum omnium, quas recentiores Casuistæ in Morum disciplinam invexerunt, necessarium duximus paulo fusius vobis explicare principia, quibus adhærere debetis, circa istud, quod maximi certe momenti est, Moralis christianæ caput.

Quisquis ad certiora doctrinæ morum principia, vel minimum attenderit, facile convincetur, nos semper teneri, sub pœna peccati, præponere opinionem, quæ nobis probabilior simul, & tutior videtur ei, quæ & minus tuta, & minus probabilis est.

Hæc regula adeo consentanea est rationi, ut ab ea nunquam discedant homines, cum de temporalibus illorum commodis agitur; unde non sine dolore videmus novos probabilitatis Doctores ita temerarios esse, ut contrariam prorsus regulam in conscientiæ rebus proponant; & Christianos de salute sua tam parum esse solicitos, ut eam sequantur.

Cum inter plurimas rationes, auctoritatesque fluctuamus, quarum aliæ nobis persuadent aliquid contrarium esse legi Dei, aliæ non esse dissentaneum, mens certe nostra dubia manet, nec pronuntiare potest, qua ex parte stet veritas. Tunc tenemur sequi regulam in jure canonico toties repetitam, & quam ipsi Ethnici ceu legem indispensabilem spectarunt: *In dubio viam eligendam esse tutiorem.* Ab hac regula, qui aberrat, hoc ipso peccat, S. Augustino judice, quod in negotio salutis suæ certis incerta præponit.

At vero cum rationes, & auctoritates, quæ actionem aliquam divina lege vetitam esse ostendunt, probabiliores, & validiores nobis videntur iis, quæ proferuntur, ut probetur esse licitam; multo evidentius est teneri nos absolute sequi opinionem tutiorem, ac probabiliorem.

Deserere, quod nobis verum videtur, ut sequamur,

Probabilitas, cap. Illud Dominus Ext De Clerico excomm. In dubiis via est eligenda tutior. Cap. Juvenis Ext. De sponsal. In his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus. Cicer. de off. lib. 1. Bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites æquum sit an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitationem significat injuriæ. S. August. lib. 1. de Baptism. cont. Donat. cap. 4. Si dubium haberet, graviter peccaret in rebus ad ju-

lutem pertinentibus eo ſolo quod certis incerta præponere. Et cap. 5. Accipere in parte Donati ſi incertum eſt eſſe peccatum quis dubitet certum eſſe peccatum non ibi potius accipere, ubi certum eſt non eſſe peccatum.

quod falſum eſſe probabilius judicavimus, amor veritatis non permittit. Fidelitas quam legi debemus, nos determinat ad amplectendum, quod illi magis conſentaneum agnoſcimus, & conſcientia majori lumine mentis formata, tam clare dictat nobis tenendum eſſe, quod tutius, & probabilius eſt, ut partem oppoſitam amplecti, niſi ipſa repugnante, & reclamante, non poſſimus. Quod quidem, omnium Theologorum ſententia, excuſari a peccato nullatenus poteſt, etiamſi conſcientia erronea ſit, ut docet S. Paulus de illis agens, qui certorum ciborum uſum prohibitum eſſe credebant. His enim veſci abſque peccato non poterant, Apoſtolo judice, quamvis contrariæ ſententiæ probabilitas certo conſtaret.

Sola ergo cupiditas efficere poteſt, ut minus probabilem minuſque tutam opinionem probabiliori ſimul, ac tutiori præponamus; & quod illam aſtruit principium, certiſſimas duas noſtrarum actionum regulas, legem Dei ſcilicet, ac conſcientiam evertit.

Duas iſtas Regulas perfecte explicat celeber S. Th. locus, qui Scripturæ ſacræ, & Patrum principia circa id caput paucis complectitur, & ad falſam probabi-

ctoritate nixam substituerunt; quarum conditionum alterutra, secundum illos, semper sufficiens est, ut opinio in praxi tuta censeatur. Addunt quidem interdum, ad probabilitatem opinionis requiri, ut nec Scripturæ sacræ, nec Traditioni contraria sit, gravibusque rationibus muniatur, adversus quas nullum argumentum convincens proferatur, sed speciosa duntaxat verba sunt, ad abscondendum doctrinæ venenum adinventa. Gravium enim rationum nomine vere solidas, firmasque rationes non intelligunt; cum tales inveniri non possint ad probationem ac munimen falsarum opinionum, quales sunt maxima ex parte, quæ ab ipsis ut probabiles propugnantur; sed id volunt unum, ut qui opinionem aliquam amplectitur, bonis eam rationibus fultam censeat; quod certe omnis generis erroribus, & sophismatis convenire potest.

Quod autem ajunt, probabiles opiniones Scripturæ, vel Traditioni contrarias esse non debere; non ita intelligunt, ut tam sacris regulis re ipsa non repugnent; Rom. 14.
id volunt unum, ut istarum opinionum Sectatores il- 22. 23.
las Scripturæ, & Traditioni evidenter contrarias non S. Thom.
judiceat. Tandem secundum illorum principia, nulla Quodl. 8.
convictio est adversus opinionem, quam graves tuen- art. 13.
tur auctores; quia præsumendum est, illos solutiones nobis incognitas excogitasse, & invenisse.

Verum omnis ille modificationum fucus, quem probabilismi auctores adhibent, ut eorum opinio minus invidiosa videatur, non impedit, quin duos in errores impingant; quibus fundamentalia Moralis christianæ principia evertuntur.

Primus est, ex quo opinio, quæ blanditur cupiditati, certo probabilis est, tuto nos illam amplecti, & in praxi sequi posse, relicta opinione contraria, quæ & probabilior videtur, & tutior.

Alter: Probabilitatem extrinsecam, Doctorum quorumdam auctoritate fultam, semper sufficere, ut opinio tuta in praxi censeatur; eamque conscientiæ luminibus, & sententiæ, quæ proprio judicio verior videtur, licite præponi.

Inde

Præfat. To. Conc. Hispaniæ. Inde Christianis in instituenda vitæ ratione, verum, an falsum sequantur, perinde est, ut recte observat eminentissimus Cardinalis de Aguirra, ob eruditionem æque, ac pietatem reverendus, fateturque, studium olim suum, dum Probabilismum, quem nunc totis viribus impugnat, sectaretur, situm fuisse in examinando potius, an aliquid esset probabile, quam in investigando an esset verum. Contradictoriæ opiniones velut probabiles proponuntur, eo nomine, quod a diversis auctoribus propugnatæ sint; easque ceu æque tutas in praxi amplecti possunt illi ipsi, quibus speculativo judicio falsæ videntur, ut recentioribus Casuistis placet. Secundum nova hæc principia, cognitam deserere veritatem quisque sine prævaricatione potest. Vanis illis distinctiunculis certitudinis practicæ, & certitudinis speculativæ, se justiores conscientiæ stimulos retundere, ac sedare posse novi Doctores gloriantur. Doctrina denique probabilitatis, humana ratio quantumvis peccato depravata, actionum christiani hominis regula evadit; Prov. 16. 25. *Via, quæ videtur homini recta*, nunquam *ducit ad mortem.* Doctores etiam cum errant, Duces fiunt, quos sequi tutum est, nec ullum est periculum *cadendi in foveam*, sequendo *duces cæcos*, si gra-

eorum cæcitas, ut opiniones omnibus naturæ luminibus contrarias propugnaverint, quas ipsi Ethnicissimi Sapientes non sine horrore audivissent, & perniciosas adeo sententias quasi tutas & secundum probabilitatis principia, proposuerunt.

Prosper Fagnani, canonici juris scientia in romana Curia spectatissimus, in commentario ad caput, *Ne* Anno 522.
innitaris ubi falsam probabilitatis doctrinam egregie re- usque ad 540.
fellit, errorum monstra recenset, quæ probabilium opinionum effrænata licentia peperit.

Ecclesiæ gallicanæ Episcopi harum sententiarum enormitate perculsi, totque Propositiones scandalosas in suis apologiæ Casuistarum Censuris damnantes, eversæ pene morum disciplinæ causam indigitarunt, licentiam sequendi opinionem minus probabilem, & minus tutam, & attributum extrinsecæ probabilitati securitatis privilegium.

Hanc doctrinam adeo perniciosam judicavit pius, & eruditus P. Thirsus Gonzalez Societatis Jesu præpositus generalis, ut injuriam Societati factam proclamet, quod illi fuerit imputata, & in egregio opere, quod edidit in lucem *De recto probabilium opinionum usu*, prolixa Præfatione ostendit Jesuitas non esse primos hujus opinionis auctores, imo plures ejus impugnatores ex Societate prodiisse, inter alios Comitolum, cujus responsiones Morales a novorum Casuistarum dissolutis opinionibus longe alienæ sunt, quia doctrinam, ex qua prodierunt, luculenter impugnavit.

De tanti momenti argumento dicendi finem facimus, duas Propositiones in directione animarum detestandas vobis indicantes, quas probabilitatis defensores docuere.

Prima est: *Conscientiæ Moderator, cujus sententia de casibus conscientiæ rogatur, respondere potest secundum opinionem probabilem, quam falsam judicat.*

Ne tam erroneo principio, & agendi ratione tam perversa animas perdatis, attendite vos a fidelibus consuli, & interrogari, ut magistros veraces, & sinceros, qui viam Dei in veritate docere debetis: Vos illis re- Num. 22.

spon-

spondere debere, quod Dominus annuntiare præcipit. Deum rationem a vobis exacturum pro animabus, quas falsis opinionibus seduxeritis, violare vos sanctitatem, & fidem Ministerii vestri, si palpetis carnalium hominum cupiditatem, qui veniunt ad vos cum eo af-

Isaiæ 30. fectu, quem Judæis exprobrabat Deus: *Dicunt videntibus, Nolite videre, & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt; loquimini nobis placentia, videte nobis errores.*

Altera Propositio est: *Cum pœnitens opinionem sequitur ab aliquibus Doctoribus assertam, Confessarius debet illum absolvere, quamvis opinionem illam falsam judicet.*

S. Cypr. Irrita, & falsa pax, &c. Ne adeo falsam pacem detis, quæ nihil prodesset recipientibus, vobis etiam dantibus perniciosa esset. Memineritis vos in sacro Tribunali personam Christi gerere, ut eos solos in terra solvatis, quos merito creditis ab illo solvi in cœlo; ipsosque Probabilitas (quamvis olim aliter senserint) hodie damnare judicem, qui in causa rei temporalis sententiam ferret secundum opinionem minus verisimilem; & Medicum, qui remedia infirmi curationi minus convenientia, minusque salutaria adhiberet.

Falsis illis Regulis præclarum, & inconcussum Felicis Papæ III. principium opponite, quod præ oculis semper vos habere volumus in directione animarum:

Epist. 5. *Quod se decipit ipse, qui fallit, nihilque per nostram facilitatem, tribunali excelsi judicis derogari, cui illa sunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ justa sunt.*

Amor Dei. Novis illis Theologis satis non fuit doctrina probabilitatis ad regulas Morum evertendas abuti; animam insuper, ac principium reliquarum virtutum Christianarum destruxerunt, editis circa divinum amorem erroribus.

Solum naturæ lumen docet hominem, amorem cultum esse perpetuum, gratique animi officium, Deo debitum, propter quem conditus est, & a quo accepit omnia. Beatitudinis desiderio, quod omnium motuum ejus principium est, semper incitatur ad amandum solum bonum, quo repleri possit ejus animus;

lex-

lexque immutabilis, a qua deficere sine injustitia non potest, jubet, ut omnibus actionibus suis ad Deum, ut ad finem suum ultimum tendat. Tota denique series Scripturarum non præcipit nisi Dei amorem. Hoc Mandatum legem complectitur, & Prophetas; vehementissima ad illud implendum incitamenta; media, sive auxilia efficacissima, in Christo Jesu invenimus.

Vix credi potuisset officium adeo justum, adeo amabile, apud Christianos in dubium revocari potuisse. Novi nihilominus Doctores inventi sunt, quibus Deum semper amandi necessitas grave jugum visa est, a quo totam pene hominis vitam immunem, ac liberam esse voluerunt. Probabilem velut opinionem proposuere, singulis tantummodo quinquenniis præceptum amoris Dei obligare, ejusque observationem ad horam mortis, & ad occasiones aliquas admodum raras restringentes, asserere non erubuerunt, reliquo vitæ tempore Deum, redundantia quadam bonitatis, non tam nobis præcipere, ut ipsum diligamus, quam ne odio habeamus.

Vide Proposit. damnatas ab Innoc. XI. art. 5. 6. 7. Proposit. 4.

1. Cor. 10. 15.

Ut porro damnetur quidquid in Libello Anonymo tendit ad renovandum tam enormes errores, inter Propositiones, quibus P. Buffierum subscribere Superiores jusserunt, hanc designavimus: *Nullam vitæ partem ab amore Dei immunem esse debere.* Hæc ratio nos ad omnes actus nostros movere debet; nullus siquidem est, cujus Deus regula, finisque esse non debeat, secundum expressa sancti Pauli verba: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite;* quæ verba sanctus Thomas, & doctiores Scripturæ sacræ Interpretes, præceptum continere senserunt, quod sine aliquo genere peccati non possit omitti.

1. Cor. 16. 4. Omnia vestra in charitate fiant.

Coloss. 3. 17. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine D. N. J. C. gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

Quam late pateat hoc officium, vobis melius explicare non possumus, quam sancti Augustini verbis lib. 1. De doctrina christiana: *Hæc regula dilectionis constituta est* (inquit) *Diliges proximum tuum sicut te ipsum; Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum, in eum conferas, a quo habes ea*

S. August. lib. 1. De Doctr. chr. cap. 22.

ipsa

ipsa quæ confers. Cum autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui; sed quid aliud diligendum venerit in animum, illud rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit.

Verum, ut æquivocationes omnes tollantur, quibus tanti momenti materiam novissimis hisce temporibus intricarunt, & obscurarunt, continua illa nostrorum operum ad Deum relatio, qua præcepum amoris impletur, minime sita est inconceptione, aut recitatione certarum formularum quæ in manualibus precum libris, *Actus amoris Dei* inscribuntur. Cogitare possumus nos Deum amare, idque illi debere; quamvis illum reipsa non amemus. Contra vero sæpe in imo corde latet amor Dei, nec distinctis reflexionibus percipitur, aut verbis exprimitur. Qui nobis præceptus est amor, propensio est voluntatis nostræ, motusque cordis a Spiritu sancto productus, quo ad Deum ut ad finem suum ultimum, tendit amor, nec removetur altera, ut agat, quam desiderio illi placendi; humano amori in eo similis, quo ad gratificandum, & serviendum amico ferimur, & ad ejus affectus, ac studia observanda, ut illi placeamus, illumque magis

vimus. Amoris saltem habitualis nomine, quo nullam vitæ nostræ partem vacare debere diximus, significatum est nos semper teneri ad agendum propter Deum, utque illi placeamus, quamvis continua, & actualis mentis attentio neque possibilis sit, neque necessaria.

Verumtamen amor ille habitualis cum charitate sanctificante minime confundendus est. Absit enim, ut eos, qui justificati non sunt, in omnibus operibus suis peccare sentiamus, vel dicamus. Imo certissima veritas est, eos, in quibus cupiditas adhuc dominatur, amoris actualis, & transeuntis impulsu interdum agere, quo hæc illorum actio fit bona, illosque ad justificationem disponit. Neque etiam charitas habitualis ad sanctificandum universas justorum actiones sufficit; quorum aliquæ ex cupiditate velut ex principio oriuntur. Nulla itaque in ipsis etiam justis opera vere christiana sunt, præter ea, quæ fiunt ex impulsu, vel motivo divini amoris, quem Deus intimo in corde videt, quamvis ipsi semper hunc animi sui affectum non percipiant. Verus hic sensus est 4. & 5. Articulorum superius præscriptorum.

Iidem illi Theologi, qui justi hominis vitam ad externam officiorum perfunctionem, æque laboriosam, ac sterilem, secluso ab ejus operibus divini amoris motivo, restrinxerunt, peccatores etiam absolverunt ab obligatione diligendi Deum, ut cum ipso reconcilientur, & in gratiam redeant docendo solum metum pœnarum inferni ad ipsorum justificationem cum pœnitentiæ Sacramento sufficere.

Facilitas illa ad Deum redeundi sine ejus amore, quam non habuere, qui sub veteris legis jugo vivebant, novis illis Theologis gratia singularis visa est novo Testamento, concessa, fructusque utilissimus Sanguinis Christi pro nobis effusi, & in Sacramento nobis applicati.

Absona illa doctrina in Ecclesia incognita ante postremum seculum, quo primum, ut probabilis opinio proponi cœpit, quam Suarez ipse (quo maxime auctore propagata est) hoc seculo ineunte fassus est,

Suarez de pœn. disp. 15. sect. 4. Dubium de contritione habenda. S. August. Epist. 145. Ed. ult. in ipsa voluntate reus est, qui vult facere, quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse justitiam peccata prohibentem, atque punientem. Et utique si mallet non esse justitiam, quis dubitaverit, quod eam, si posset, auferret? Inimicus ergo justitiæ est, qui pœnæ timore non peccat; amicus autem erit si ejus amore

non peccet; tunc enim vere timebit peccare. Concil. Trid. sess. 6. cap. 6. artic. 6.

Quicunque asserit amorem Dei inchoatum necessarium esse ad excludendum affectum peccati a doctrina Lutheri alienissimus est. Art. 7.

Agnosco, & profiteor, nullam esse veram conversionem sine aliquo Dei amore, nec peccatorem suffi-

nec certam esse, *nec communem*, *nec valde antiquam*, neminemque hanc in hora mortis tuto sequi posse non dubitanter asserit: Hæc, inquam, doctrina, per summam, & quæ vix capi possit, cæcitatem, ab auctore libelli proponitur, ut sola, quam vir catholicus tenere valeat, sententia. Si enim auctor ille Anonymus audiatur: *Quicunque exigit amorem Dei saltem inchoatum, ut affectus peccati ex hominis animo excludatur, puram putam Lutheri doctrinam docet; & si metus pœnarum affectum peccati non tolleret, eo fieret homo magis peccator, & hypocrita, contra doctrinam expressam Tridentini Concilii.*

Sic veluti fidei articulus obtudit errorem contrarium veritati ex Scriptura, & Traditione certissimæ, & per seipsam evidentissimæ; qua asseritur, hominem peccati mortalis reum Sacramento pœnitentiæ justificari non posse, nisi ejus animus, ad eum, a quo defecit, ultimi finis ordinem, amore Dei revocetur.

Timor quidem pœnarum inferni utilissimus est, ut peccatorem ad seipsum revocet; malam continet voluntatem ne foris prodeat; & salutari amaritudine conspergens noxias voluptates, viam parat ad justitiam. Donum Dei est, & impulsus Spiritus sancti,

incapax virtutem, ac fructum Sanguinis Jesu Christi in pœnitentiæ Sacramento recipiendi. Id perspicue satis docet S. Synodus Tridentina, exigens ceu dispositionem necessariam ad gratiam justificationis, etiam in Baptismo, consequendam, ut peccator Deum *tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiat*: Falsus, alienusque sensus, quem Tridentino Concilio affingere conati sunt attritionis servilis defensores, toties tamque luculente confutatus est, ut etiamnum sine ignorantia vel malitia renovari non possit.

Pravam illam doctrinam ab omnibus melioris notæ Theologis reprobatam summa cum lætitia videmus. Superiores Jesuitarum conqueruntur, quod spectetur ut doctrina Societatis. Coram nobis affirmarunt se illam absolute damnare, seque illam omni ex parte sententiam amplecti de Dei amore, quam exprimunt superius descriptæ propositiones, quibus continetur doctrina, quam in Diœcesi nostra teneri volumus, & jubemus.

Nihil amplius circa hoc caput nobis dicendum superest. Vos tantum adhortamur, ut sancta hæc, & saluberrima veritas de amoris Dei necessitate ad gratiam justificationis in Sacramento pœnitentiæ consequendam, vobis in ejus administratione regula sit, quibus plene persuasum est quod omnis *Qui non diligit, manet in morte*; nec Deum remittere peccata nisi illis, quorum animus mutatus est, ac sincere conversus. Sinceram illam conversionem ex mutatione vitæ, dignisque pœnitentiæ fructibus exploratam & probatam habeatis; nec *Pro salutaribus dilationum remediis exitiosa præcipitatæ Communionis venena* illis detis, in quibus hæc veræ conversionis signa non videritis, quæ sola sunt ab omnium temporum Sanctis agnita, & recepta.

Pravum dogma, quod libelli auctor insinuat de attentione ad malitiam actionis, quam vult esse necessariam, ut peccatum imputetur, nos impellit, ut perniciosas omnes falsi hujus principii consecutiones vobis aperiamus.

Error est a quibusdam novissimorum temporum Theologis propugnatus, ut actio satis libera censeatur ad constituendum reum hominem, non sufficere, ut cognoscat, quod sibi proponit agendum, sed necessarium esse insuper, ut cognoscat se male agere, idque cogitet agendo, & animadvertat. Exempli gratia, qui ultionis libidine impulsus interficit inimicum, cædem se committere satis novit; sed ut illi cædes in peccatum imputetur, necesse est secundum novos illos Theologos, ut cognoscat ultionem esse divina lege prohibitam, ad idque attendat cædem illam perpetrando.

Perniciosa illa doctrina a P. Bauny propugnata a pluribus Galliæ Ecclesiis damnata est, ut error manifestus, secundum quem nulla essent amplius ignorantiæ, & concupiscentiæ peccata, contra definitionem Conciliorum, & expressa Scripturæ sacræ, ac Patrum testimonia. Hanc etiam doctrinam theologicæ Facultates * Parisiensis & Lovaniensis *, ceu opinionem communibus Theologiæ christianæ principiis contrariam, & innumera, gravissimaque peccata excusantem, Censuris suis confixerunt.

* Ann. 1641.
* Ann. 1657.

Joan. c. 6. Et certe Judæi, qui persecuti sunt Apostolos, *arbi-*

piffima quæque ; & deteftabilia perpetrare, quæ innocua ; imo laudabilia exiftimabant.

Secundum hæc principia non jam timendæ effent, ignorantia, & cæcitas, utpote media tutiffima, quibus homines ab omni peccato immunes effe poffent. Verum fi novi illi Theologi audiantur, præter mali cognitionem, neceffaria etiam eft actualis attentio ad malitiam actionis, ut vitio detur legis tranfgreffori. Cum itaque peccator firmo, & intrepido greffu currit ad mortem, ut S. Bernardi verbis utar, habitus inveteratus criminis, qui ad officium, ad legem, ad malitiam operis ipfum actu attendere non finit, ipfum a peccato immunem præftabit, & eorum difpofitio, qui *Tenebris obfcuratum habentes intellectum ; alienati a vita Dei, per ignorantiam, quæ eft in illis, propter cæcitatem cordis ipforum ; defperantes tradiderunt femetipfos impudicitiæ, ad operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.* Difpofitio (inquam) tam horrenda, quam fanctus Paulus velut confummatæ iniquitatis fructum indigitat, omnem iniquitatem abolebit.

Peftiferum, quod mox vobis expofuimus principium, peccati Philofophici doctrinam peperit, cujus fola expofitio horrore percellit animos. Iidem fcilicet Theologi, qui peccata rectæ rationi contraria non imputari cenfent ; fi qui illa committit, malitiam illorum ignoret, aut ad illam non attendat, confequenter ad fua principia ratiocinati ; pariter docuerunt, ut peccator Deum offendiffe cenfeatur legem ejus fponte violando, neceffe effe, ut noverit actionem fuam lege divina effe veritatem ; atque ad hanc prohibitionem attendens nihilominus illam commiferit.

Hinc horrendum illud paradoxum, quod nemo homo, quantumvis depravatus, fine indignatione audivit : *Peccatum Philofophicum, feu morale (id eft actus humanus difconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi) quantumvis grave, in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eft grave peccatum, fed non eft offenfa Dei, neque peccatum diffolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.*

Apoc. 21. 7. 8 Psal. 9.

Secundum execrandam illam doctrinam, cum impius suæ rationis prorsus oblitus eo devenit amentiæ, ut dicat in corde suo, *Non est Deus*; quantumvis abominandus sit, *homicida*, *fornicator*, *veneficus*; *pars* illius non *erit in stagno ardenti igne*, & *sulphure*, *quod est mors secunda*. Utque de Atheismo impræsentiarum sileamus, illi, de quibus Scriptura dicit, non esse Deum in conspectu eorum, ejusque judicia ab eorum facie auferri, non solum ignem æternum pro omnibus illis criminibus in omnimoda Dei oblivione commissis non merentur; sed nec eorum cum Deo fœdus frangitur, amici ejus adhuc permanent, & contra verbum Spiritus sancti, lux, & tenebræ, Christus, & Belial convenire, & conjungi possunt.

Contra doctrinam tam insanam, ac perniciosam Ecclesia insurrexit universa, & cum gaudio excepit justam ejus damnationem ab Alexandro VIII. Pontifice maximo pronuntiatam, velut doctrinæ *scandalosæ*, *temerariæ*, *piarum aurium offensivæ*, & *erroneæ*.

Decr. die 24 Aug. 1690.

Ut errores tam enormes caveantur, huic adhærendum est principio: *Necessariam non esse attentionem ad malitiam actionis petitæ, ut nobis peccatum imputetur.* Tam certum, constansque principium Libelli Anonymi auctor inter Moralis plus justo (ut illi quidem vi-

tiam illum a peccato excufare; fed ab errore longe alieni funt, ut fentiant eum, qui fciens volens hominem occideret, vel homicidium licitum effe exiftimaret, aut qui ad cædis malitiam non attenderet, peccati non effe reum. *Quia voluit, fecit* (ait S. Auguftinus) *etiamfi non quia voluit peccavit, nefciens peccatum effe quod fecit; ita nec tale peccatum fine voluntate effe potuit, fed voluntate facti, non voluntate peccati; quod tamen factum peccatum fuit. Hoc enim factum eft, quod fieri non debuit.* 1. Retr. cap. 15.

Theologi pariter omnes confentiunt, leges pofitivas invincibiliter ignorari poffe, earumque violationem hac in hypothefi reum non facere tranfgrefforem. Verum nemo illorum, qui fecundum Scripturam facram, & Traditionem fentiunt, non propugnat, ut veritatem inconcuffam, principia communia juris naturalis invincibiliter ignorari non poffe; nec illum, qui homicidium, adulterium, aut quodvis aliud iftius generis crimen commiferit, excufari unquam poffe, eo nomine, quod hæc flagitia legi naturali contraria effe ignoraverit, vel ad id non attenderit. Sola cordis depravatione, & corruptione factum eft, ut nefciverit, vel non attenderit ad veritates, quas naturæ lumen omnes, & fingulos homines edocet, quales funt quæ Decalogo continentur. Quod vobis exempli gratia proferimus, ut a quæftionibus graves inter Theologos controverfis abftineamus. Quod fi damnanda prævaricatio eft agnitæ veritati refiftere, hujus cognitione privari mores tantum inquinatiffimi, vitaque comprimi flagitiofa merentur.

Omnes (inquit S. Thomas) *tenentur fcire univerfalia juris præcepta, finguli autem ea, quæ ad eorum ftatum, vel officium pertinent... Si fit eorum, quæ fcire tenetur, & poteft.., talis ignorantia non totaliter excufat a peccato.* Prima Secund. qu. 78 art. 2. & 3. L. 5 cap. 1. De criminofa ignorantia.

Sancti illius Doctoris principium, quod vobis proponimus, ceu unum ex fundamentis doctrinæ morum, a Patribus traditum, & ab antiquis fcholafticis pofitum eft, quorum teftimonia, & rationes in re-

sponsis Moralibus Comitoli Societatis Jesu Theologi collectas invenietis. Et hoc unum principium sufficit ad evertendum errores omnes, quos vobis jam exposuimus, & quidquid ad eorum renovationem in Libello Anonymo tendit.

Ambit. diffic. p. 12. 13. 14. Quamvis autem perniciosis principiis scateat hic Libellus, nihil tamen Morali Jesu Christi, rectisque Regulis capitalius adversatur eo, quod de ambitione scribit. Auctor ille ignorat, vel contemnit quidquid nos docet Ecclesia de necessitate vocationis ad beneficia, quibus animarum cura adnexa est, & omnia Sanctorum pronuntiata, eorum exemplis confirmata, de fuga dignitatum ecclesiasticarum. Stupor illorum, qui tam formidandorum onerum periculis non terrentur, & aliorum præsumptio, qui se sacris illis functionibus pares semper existimant, non videntur illi dispositiones, quæ indignum reddant postulantem.

Diffic. p. 11. S. Pauli verbis cum scandalo abutitur, ut ambitiosas parochialis Curæ, vel Episcopatus postulationes, & aucupia licita esse persuadeat.

pag. 13. In pulpitis insignioribus ad famam concionari, ut ad Episcopatum perveniatur, una ipsi videtur legitima ad summam illam dignitatem via. Sic Ecclesiæ munera eminentiorem postulantia Sanctimoniam, ambitiosis, & evangelicum Ministerium profanantibus, ut ad ea ascendant, debita sunt, si temerarius Libelli Scriptor audiatur.

Sed & Episcopis injuriam facit, cum supponit illos sacrarum Ecclesiæ regularum adeo esse immemores, ut beneficia curam animarum adnexam habentia domesticis Clericis vulgo conferant, qui in eorum familia, & ministerio non manent, nisi ut illa obtineant. Et ex ejus quidem verbis consequens est, illum collationes hujusmodi simoniacas approbare.

Denique quidquid hoc de argumento edisserit, proprie lectio publica est, qua docentur avaritia, & ambitio qua omnes regulæ humilitatis, & contemptus rerum temporalium, quas in schola Christi Jesu didicistis, penitus evertuntur; & spernitur quidquid sacris

Cano-

Canonibus præscriptum est de aditu beneficiorum, quibus animarum cura adnexa est.

Vera principia falsis Libelli Propositionibus de petitione hujusmodi beneficiorum opposita articulis 8. 9. & 10. supra positis tenete, & istius auctoris opiniones hac in materia rejicite, ceu errores scandalosos, quibus & omnes Ecclesiæ regulæ, & Sanctorum documenta destruuntur.

CONCLUSIO.

Ex his, quæ de prava Libelli doctrina retulimus, procul dubio judicabitis, nos silere hac in occasione minime potuisse, nisi præcipuæ pastoralis Officii nostri parti deesse vellemus. Nobis quippe pretiosum doctrinæ depositum concreditum est, nec tolerare possumus errores, quibus Moralis christianæ Sanctitas, aut Dogmatum puritas corrumpitur, nisi depositi fidem violemus.

Quo magis errores illi doctrinæ evangelicæ integritatem oppugnant, eo magis ipsis obsistendum est dissolutis hisce temporibus, quibus Apostoli ad Thimotheum suum scribentis verba conveniunt: *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros prurientes auribus.* ad Tim. 4.

Vos vero doctrinæ, quam vobis tradidimus, firmiter adhærere, ut possitis *exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.* ad Tim. 4. Cum dubia vobis occurrent, quæ jure naturali, vel jure divino positivo, solvi possunt, sacras Scripturas, & S. Patres earum Interpretes consulite; ad Tit. 2. 9. nec de illis quæstionibus novos Casuistas audiatis, nisi quatenus eorum opiniones Scriptura sacra, & Traditione nituntur; illorum auctoritatem, ac testimonia nihil facientes, cum sua duntaxat commenta, visionesque cordis sui proferent.

Plus illis tribuere potestis, cum iis de quæstionibus agitur, quæ positivis legibus dirimuntur, quales sunt Censuræ, & similis generis argumenta. Quæ in postremis legibus canonicis obscura sunt, in eorum operibus exposita invenietis; ab illisque discetis præ-

sentem Ecclesiæ usum circa casus, quos leges prævidere non potuere.

Hebr. 13. Verum ne *Doctrinis peregrinis* abducamini, summam reverentiam erga sanctam antiquitatem semper conservate; illi pro viribus studete, ut ex sacris ejus monumentis status vestri officia discatis. Cum sacrosancta Synodus Tridentina Canones antiquos de vita Clericorum renovaverit; id certe incitamento vobis esse debet, ut Canones illos *Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos* memoriæ commendetis, ut eorum semper Spiritum sequamini, etiam cum illos ad literam observare non valetis. (S. Leo Epist. ad Anast.)

Ad vitandas denique perniciosas laxitates, novissimis hisce temporibus adinventas, & a novellis Theologis propugnatas, alte animis vestris insideat Regula illa Vincentii Lirinensis, quæ morum, non minus quam Mysteriorum fidei doctrinam spectat: *Annuntiare aliquid Christianis catholicis præter id, quod acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet, nunquam licebit, & anathematizare eos, qui annuntiant aliquid præter id, quod semel acceptum est, nunquam non oportuit, nunquam non oportet, nunquam non oportebit.* (Commonit c. 14.)

Dat. Rothomagi in Palatio nostro Archiepiscopi, die 28. Martii 1697.

Jacobus Nicolaus Colbert, Archiepiscopus Rothomagensis.

De Mandato illustrissimi Domini Archiepiscopi,
Grebauval.

Tamdem aliquando rediens ad officium P. Buffier, Libellum damnatum saniore consilio reprobavit, ejuravit, præscriptisque ab illustrissimo, & religiosissimo Archiepiscopo Propositionibus, secundum formulam ab ejus amplitudine traditam, cum reverentia subscripsit, Præpositorum suorum mandatis obsecutus.

XXI.

CENSURA, ET DECLARATIO CONVENTUS Generalis Cleri gallicani Congregati.

In Palatio Regio *San-Germano* Anno MDCC.

In Materia Fidei, & Morum.

Religionem christianam Fide, & Moribus constare; dogmatum autem tum fidei, tum morum

eum-

eumdem esse fontem ; ac bene vivendi regulam ad ipsum fidei caput pertinere, Ecclesia catholica semper intellexit. Nec minus certum est, illud omnino esse depositum, quod a Christo, & Apostolis Episcopi horum successores ad finem usque seculi custodiendum receperunt. Cum igitur hisce temporibus fides dogmatum, & regula morum, vitæque christianæ variis erroribus impetatur, ac refecta licet mala subinde repullulent: Nos Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi, permissione Regia, in Palatio San-Germano congregati, assistentibus aliis ecclesiasticis viris nobiscum deputatis, loci nostri memores, atque Antecessorum nostrorum, in Comitiis quoque generalibus, monitis, & exemplis permoti, his Ecclesiæ laborantis incommodis occurrere, quantum Dominus ex alto concesserit, omni ope decrevimus ; atque unanimitatem nostram tot, tantisque dissidiis opponendam duximus, in spiritu charitatis, nulli personæ graves, nullis, quoad ratio temporis sinet, erroribus parcituri.

Sane recentissime, quippe hoc ipso anno MDCC. prodit huic Cœtui dedicatus, & a Censore legitimo approbatus liber, quo, Tractatui, cui titulus: *Nodus Prædestinationis dissolutus*, graves notæ inuruntur, Semipelagianismo quoque sæpius imputato. Sed cum interim in Præfatione libri (nobis dedicati) quædam occurrerent, quæ Constitutionum apostolicarum de quinque famosis Propositionibus infirmarent auctoritatem, hæc, & alia ejusmodi variis libellis sparsa, & ad nos delata, coercenda decrevimus ; nec probatis reliquis quæ in iisdem occurrunt ; neque patimur ut spes ulla cuiquam superesse possit, nostri Cœtus pertrahendi in ullas veritati contrarias partes.

Augustiniana Eccles. romana doctrina &c. Coloniæ 1700.

Neque propterea tolerari volumus importunos, ac malevolos homines, qui viris bonis, doctisque, & ecclesiasticæ rei studiosis, vagam, & invidiosam Jansenismi accusationem inferunt, eo quoque nomine, quod morum corruptelas acriter insectentur ; cum nos pro candore, & æquitate episcopalis ordinis, neminem pro suspecto habituri simus, nisi eum, qui aut Constitutionibus

Arrets du Conseil d'etat des 13. Avril. 1663. & 28. Oct. 668. Breve 6. Februar.

1694. Breve 24. Nov. 1696. nibus apoſtolicis detrahat, aut aliquam ex damnatis Propoſitionibus tueatur; quod etiam ab Anteceſſoribus noſtris ſæpe ſancitum, & Regia auctoritate firmatum, & ab optimo, maximoque Pontifice Innocentio XII. applaudente tota Eccleſia, conſtitutum eſt.

De Cardinali vero Cœleſtino Sfondrato *Nodi diſſoluti* auctore, quid eſt quod ſoliciti ſimus? cum ad Sedem apoſtolicam, atque ad optimum, vereque ſanctiſſimum Pontificem ejus cauſa delata ſit, quam & Pontifex pro Apoſtolicæ poteſtatis officio judicandam ſuſceperit, & id ipſe perſcripſerit ad quinque e noſtris,
1697. dato Brevi die 6. Maji ſui Pontificatus anno ſexto; quo nihil erat optatus; quare & a libro examinando nos abſtinere par eſt; nec interim oblivisci doctrinæ adverſus Semipelagianos a S. Auguſtino traditæ, quam & Eccleſia romana ſuam fecit, & Eccleſiæ gallicanæ jam inde ab initio commendavit.

Nunc, ut ad aliud fidei caput veniamus, ad Moralem ſcilicet Theologiam, his poſtremis temporibus prava ingeniorum licentia, ac ſubtilitate corruptam,
Dec. Alex. VII. 24. Septemb. 1665. in præmittenda putamus verba felicis memoriæ Alexandri VII. quibus *magno animi ſui dolore* teſtatur, *complures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, atque*

exitiabilis doctrinæ rivulos insectatus, complures Propositiones, *ut minimum tanquam scandalosas* (non probatis aliis, quæ occurrere possent) *sub interminatione divini judicii, atque excommunicationis pœna, a qua nemo posset, præterquam in articulo mortis, nisi a romano Pontifice absolvi, damnavit, & prohibuit.* Quod salubre opus Innocentius XI. pro sua pietate prosequutus, plures alias parique doctrinæ, ac diligentiæ laude selectas (nec probatis cæteris) sub iisdem pœnis damnavit, & prohibuit; dumque eas omnes, *ut minimum tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas damnandas statuit, & decrevit*, non tantum a libris, ac prædicatione, sed ab omni etiam vita christiana procul amandandas judicavit.

Martii 1666. in fine.

Dec. Inn. XI. 2. Martii 1679.

Atque utinam sanctissimi Pontifices Decretorum formulis antiquo, ac nostro usu receptis, quæque ad universas Ecclesias pertinent, infandam doctrinam proscripsissent! Sed dum expectamus, fore, ut tantum opus more majorum, & canonico ordine perficiant: Nos interim Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi in unum congregati, ne dirum virus serperet, has propositiones a prædictis Pontificibus, ut memoravimus, applaudente tôto orbe christiano condemnatas, earum præcipuis expresse adnotatis, primum ut magis in promptu essent, ad certa capita redigendas; tum censorie notandas, & ad ampliorem Cleri, & christianæ plebis informationem, suis quasque censuris confligendas esse duximus.

Sed enim incredibile dictu est, ex pessimis principiis tota licet Ecclesia reluctante, quanta malorum incrementa provenerint; subtilioribus ingeniis in id unum intentis, ut eo quisque se, vel maxime Theologum videri velit, quo plura ejusmodi inventa in probabilitatis auctoritatem adduxerit. Verum hæc constabilire, aut per eam speciem mentes infirmorum in falsam, & noxiam securitatem inducere, nihil est aliud quam animas perdere, ac *doctrinas, & mandata hominum*, vanasque traditiones, exemplo Pharisæorum divini mandati loco obtrudere. Quare Matth. 15. 9.

tot

tot errorum experientia victi, necesse habuimus ipsam malorum radicem exscindere, eam scilicet opinandi rationem, quæ ignota SS. Patribus, tanta de rebus maximis diffidia peperit, ut iisdem in parochiis, iisdem in templis passim cerneremus ab aliis teneri, & ligari, quæ ab aliis solverentur, ac plebem christianam in varia, atque incerta discerpi, nec scire quibus credat; magno dedecore ecclesiasticæ auctoritatis, magnaque aperta janua ad salutis incuriam, & indifferentiam, quam vincere non Episcopi singulares, sed sola episcopalis unanimitas, & auctoritas possit, dicente Apostolo: *Obsecro vos, fratres... ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.* Sequuntur autem damnatæ propositiones, nec probatis aliis propositionibus, aut erroribus, quos pro angustia temporis prætermisimus,

1. Cor. 1. 10.

CENSURA PROPOSITIONUM.

I.

De observandis *Innocentii X.* & *Alexandri VII.* Con-

xandri VII. *in sensu a Jansenio intento*... Episcopi denique gallicani libertates Ecclesiæ gallicanæ sub earum asserendarum specie labefactarunt, super recipienda Constitutione Innocentii X. contra Jansenium.

3. Aliquam huic malo medicinam attulisse videbatur Innocentius XII. in Brevi suo 6. Febr. 1694... Verum mitigationem illam præsumptam non parum extenuavit Brevi 24. Novemb. 1696. ubi Pontifex diserte negat, Constitutionem, aut Formularium Alexandri VII. Brevi suo alterata, aut reformata... in aliqua minima ejus parte... Nec placet eorum opinio, quæ ex ipso primo Brevi 6. Feb. 1694. edito, aliquid mitigationis circa factum tentavit exsculpere... Sed & nihilo majorem in quæstione juris progressum factum esse, jam quoque convenit ostendere.

4. Circa condemnationem *Augustini* Jansenii, opus esset collatione regulari habita, vel coram judicibus a romano Pontifice, vel a Rege datis... Nondum omnes interierunt, qui sciunt deliberationes (de Janseniano negotio) quas nunc Episcopi ut regulas suarum hodiernarum deliberationum (circa novum Quietismum) sumunt, Cleri gallicani æternum fore propudia.

CENSURA.

Hæ quatuor Propositiones, quibus inquieti homines Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutiones, Innocentii quoque XII. Brevia æquissima, & ab omnibus approbata aperte contemnunt, Episcopos gallicanos rebus judicatis adhærentes incessunt maledictis, & causam hanc de integro retractari postulant, tanquam tot Constitutionibus apostolicis, etiam accedente Ecclesiarum consensione, causa nondum finita fuerit; falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, contumeliosæ in Clerum gallicanum, summos Pontifices, & in universam Ecclesiam, schismaticæ, & erroribus condemnatis faventes.

II.
DE GRATIA.

5. Axioma illud Theologicum: *Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam*, non solum verissimum est, atque doctrinæ Scripturæ, Conciliorum, & Patrum maxime consentaneum; verum etiam per illud significatur obligatio, quam Deus habet dandi gratiam facienti, quod in se est, nec solum facienti, quod est ex se viribus gratiæ; sed etiam illi, qui cum non habeat gratiam, *facit, quod est in se, viribus naturæ.*

6. Quia tamen opera viribus solius naturæ elicita omnino sterilia sunt, atque incapacia merendi dona intrinsece, & Theologice supernaturalia; ideo dicimus, obligationem, quam Deus habet conferendi gratiam facienti, quod est in se viribus naturæ, seu viribus gratiæ pure naturalis, sive non Theologice supernaturalis, non oriri ex bonitate talium operum, aut ex ullo merito sive condigno, sive congruo, quod insit in illis operibus in ordine ad gratiam; sed *ex pacto* inter Christum fidejussorem nostrum, & Patrem initio, ad gratiam hominibus conferendam propter Christi merita;

præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium. 17. Innoc. XI.
8. Satis est actum fidei semel in vita elicere.

CENSURA.

Hæ duæ Propositiones sunt scandalosæ, in praxi perniciosæ, erroneæ, Fidei, & Evangelii oblivionem inducunt.

9. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem 21. Innoc.
stat cum notitia solum probabili revelationis, imo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

CENSURA.

Hæc propositio scandalosa est, perniciosa, & apostolicam fidei definitionem evertit.

DE FIDEI PROFESSIONE.

10. Si a potestate publica quis interrogetur, fidem 18. Innoc.
ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, tacere, ut peccaminosum per se, non damno.

CENSURA.

Hæc Propositio scandalosa est, Præceptis Evangelicis, & Apostolicis aperte contraria, & hæretica.

DE MOTIVIS CREDIBILITATIS.

11. Religio christiana est evidenter credibilis; nam evidens est prudentem esse, quisquis eam amplexatur; non evidenter vera; nam aut obscure docet, aut quæ docet obscura sunt. Imo, qui ajunt religionem christianam esse evidenter veram, fateantur necesse est, falsam evidenter esse. Infer hinc evidens non esse: 1. Quod existat nunc in terris aliqua vera religio; unde enim habes, non *omnem carnem corrupisse viam suam?* 2. Quod omnium, quæ in terris existunt verosimillima sit christiana; an enim terras omnes aut peragrasti, aut peragratas ab aliis esse nosti? 3. Quod & Apostolis, & dæmonibus manifesta fuerit divinitas Christi; id enim si doces, docere te oportet Christum manifeste Deum esse. 4. Quod afflante Deo fusa sint Prophetarum oracula; quid enim mihi opponas, si vel negem illa fuisse vera vaticinia, vel affirmem fuisse conjecturas? 5. Quod vera fuerint, quæ a Christo edita fuisse commemoran-

tur miracula, quamquam negare hæc nemo prudenter potest.

CENSURA.

Doctrina hac Propositione contenta impia est, blasphema, erronea, & inimicis christianæ religionis favet.

12. Evidens non est evidentia morali, proprie dicta, & physica, religionem catholicam esse veram.

CENSURA.

Hæc Propositio, doctrinam superiori Propositioni consentaneam continens, temeraria est, & in errorem inducens.

DE REBUS EXPLICITA FIDE CREDENDIS.

22. Innoc. 13. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Innoc. 14. Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo, ad justificationem sufficit.

64. Innoc. Censura. Lov. 1653. Prop. 17. 15. Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

CENSURA.

quenniis, per ſe obligare præceptum charitatis erga Deum.

19. Tunc ſolum obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſimus. 7. Innoc.

20. Præceptum amoris Dei per ſe tantum obligat in articulo mortis.

21. Præceptum affirmativum amoris Dei, & proximi non eſt ſpeciale, ſed generale, cui per aliorum præceptorum adimpletionem ſatisfit. Cenſ. Guim Edit. Par. 1665. pag. 6. ibid.

CENSURA.

Hæ Propoſitiones ſunt ſcandaloſæ, pernicioſæ, piarum aurium offenſivæ, erroneæ, impiæ, primum, & ſummum Mandatum irritum faciunt, atque Evangelicæ legis ſpiritum extinguunt.

V.

DE PROXIMI DILECTIONE.

22. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali... Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos. Innoc. 10. & 11.

23. Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali, de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare, non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum. 13. Innoc.

24. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem patris, non quidem, ut malum patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura eſt pinguis hereditas. 14. Innoc.

25. Injuriarum condonatio commendatur nobis, ut quid perfectius, ſicut commendatur virginitas præ conjugio.

CENSURA.

Harum Propoſitionum doctrina ſcandaloſa, & pernicioſa eſt, piarum aurium offenſiva, & ſecundo charitatis præcepto contraria, reſpective hæretica, & omnem vel in ipſis parentibus, & libris humanitatis ſenſum extinguens.

VI.

DE FESTIS.

52. Innoc. Cens. Lov. 1653. Propos. 4.

26. Præceptum servandi Festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

CENSURA.

Hæc Propositio est scandalosa, ad violandas leges, tum Civiles, tum Ecclesiasticas, vel etiam Apostolicas viam aperit, ac proinde Superiorum auctoritate prohibenda.

VII.

DE HOMICIDIO.

25. Innoc.

27. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.

CENSURA.

Hæc Propositio est falsa, scandalosa, execranda, pietati erga parentes contraria, viam crudelitati, & avaritiæ aperiens.

17. Alex. Cens. Lov. 1653. Pro-

28. Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua religione spar-

CENSURA.

Hæc Propositio est erronea, crudelitatem, privatamque vindictam approbat.

31. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat. 30; Innoc. Cens. Lov. 1657. Propos. 4.

CENSURA.

Hæc Propositio est scandalosa, erronea, mundano honori servit, ultionem, & homicidia excusat.

32. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur. 34. Innoc. Cens. Lov. 1653. Propos. 9.

33. Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiu in utero est carere anima rationali, & tunc primum incipere eamdem habere cum paritur, ac consequenter dicendum, in nullo abortu homicidium committi. 35. Innoc. Cens. Lov. 1657. Propos. 6. Tertull. Apolog. cap. 9.

CENSURA.

Hæ Propositiones sunt scandalosæ, erroneæ, infandis homicidiis, & parricidiis procurandis aptæ : Homicidii *enim* festinatio est prohibere nasci; nec refert natam quis eripiat animam, aut nascentem disturbet.

34. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei. 31. Innoc.

35. Licitum est tam heredi, quam legatario, contra injuste impedientem ne vel hereditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere (defensione occisiva) sicut & jus habenti in Cathedram, vel præbendam, contra eorum possessionem injuste impedientem. 33. Innoc. Cens. Lov. 1653. Propos. 13.

36. Non solum vitam, sed etiam bona temporalia, quorum jactura esset damnum gravissimum, licitum est defensione occisiva defendere... fatemur rarius licitum esse ecclesiasticis... si tamen aliquando futurum contingat tale malum (id est gravissimum damnum) etiam ipsis licitum erit, bona ista cum occisione furis defendere.

CENSURA.

Hæ Propositiones legi Dei, & ordini charitatis divinitus instituto contrariæ sunt, perniciosæ, & erroneæ.

Exod. 22. 23. 37. Quando quis decrevit te occidere, & hoc alicui manifestavit, sed nondum cœpit id exequi, potes eum prævenire (occidendo) si aliter non potes effugere; ut si maritus pugionem habeat sub cervicali ad occidendam noctu conjugem; si quis venenum tibi propinandum paraverit; si Rex unus adversus alium classem adornarit

38. Si arma quidem necdum paravit, sed habet tantum decretum firmum, & efficax te occidendi, quod tibi vel revelatione divina, vel manifestatione confidenter amicis facta innotescat, potes prævenire; quia per illud decretum, etsi pure internum, sufficienter censetur esse aggressor.

CENSURA.

Doctrina his duabus Propositionibus contenta, juri naturali, divino, positivo, & gentium contraria est, nefandis cædibus, & fanatismo viam sternens, societatis humanæ perturbativa, Regibus quoque præsentissimum periculum creat.

[redacted]

... Potest etiam duellum offerre, si non aliter ...ori consulere possit. pos. 15. Cens. Guim. p. 5

C E N S U R A.

Doctrina his Propositionibus contenta, falsa est, scandalosa, contraria juri divino, & humano, tam ecclesiastico, quam Civili, imo & naturali.

IX.

CIRCA CASTITATEM.

42. Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdicta; ut contrarium omnino rationi dissonum videatur. 48. Innoc.

43. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in Confessione dicere, se esse fornicatum. 50. Innoc. Cens. Lov. 1653. prop. 3.

C E N S U R A.

Doctrina his Propositionibus contenta, scandalosa est, perniciosa, castarum, & piarum aurium offensiva, & erronea.

44. In hac vi, & metu infamiæ, mortisque, poterat Susanna dicere: Non consentio actui, sed patiar, & tacebo, ne me infametis, & adigatis ad mortem... Forte Susanna id vel non sciebat, vel non cogitabat; sic enim honestæ, castæque virgines putant se esse reas, seque consensisse lenonibus, si non clamore, manibus, totisque viribus resistant... Potuisset Susanna in tanto periculo infamiæ, & mortis, negative se habere, ac permittere in se eorum libidinem, modo interno actu in eam non consensisset, sed eam detestata, & execrata fuisset; quia majus bonum est vita, & fama, quam pudicitia; unde hanc pro illa exponere licet.

C E N S U R A.

Hæc propositio temeraria est, scandalosa, castarum aurium offensiva, erronea, & legi Dei contraria. Deut. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

X.

DE FURTO, TURPI LUCRO, ET JUDICUM CORRUPTELIS.

36. Innoc. Cens. Lov. 1657. Propos. 8. Cens. Cui, p. 19.

45. Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

CENSURA.

Hæc Propositio quatenus furtum permittit in gravi necessitate, falsa est, temeraria, & reipublicæ perniciosa.

37. Innoc. Cens. Lov. 1657. Propos. 9.

46. Famuli, & famulæ domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

CENSURA.

Vic. Gen. Par. Cens. Apol. p. 18.

Hæc Propositio falsa est, furtis viam aperit, & famulorum fidem labefactat.

47. Potest uxor viro surripere pecuniam, etiam ad ludendum, si mulier talis sit conditionis, ut ludus honestus pari loco cum alimentis, ac victu habeatur.

CENSURA.

Hæc Propositio temeraria est, scandalosa, & familiarum pacem perturbat. Quod autem de ludo alimentis æquiparando additur, furti iniquitati pessimas fallendi

CENSURA.

Hæ Propositiones falsæ sunt, temerariæ, fraudibus, & dolis patrocinantur, & justitiæ regulis repugnant.

51. Incantatores, aliique ejusmodi deceptores (Magi, Astrologiæ judiciariæ professores, Arioli, Conjectores) ex pessimis quibusque artibus captantes lucrum, licite servare possunt bona his mediis acquisita.

CENSURA.

Hæc Propositio intellecta de prædictis falsis, ac deceptoriis artibus, falsa est, temeraria, fovendis fallaciis etiam diabolicis idonea.

52. Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

53. Possunt judices accipere munera a litigantibus; nec tenentur restituere, quæ acceperint ad pronuntiandam sententiam injustam.

26. Alex. Cens. Lov. 1657. Propos. 11. Vic. Par. Cens p. 13. Senon. p. 14. n. 10. & 11.

CENSURA.

Hæ Propositiones falsæ sunt, perniciosæ, verbo Dei contrariæ, & judicum corruptelas inducunt.

XI.

DE USURA.

54. Contractus Mohatra (*id est ille contractus, quo a mercatore res majore pretio ad certum tempus solvendo distrabuntur, ac statim ab eodem, stante eo contractu, minore pretio, præsente pecunia redimuntur.*) licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis præviæ inito, cum intentione lucri.

40. Innoc. Cens. Lov. 1657. Propos. 14. Cens. Vic. Gen. Par. p 13 14. & seq Cens. Apol. Fac. Par. 1658. p. 15. Cens. Guim. p. 8. 41. Innocent. Cens. Præd.

55. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda; & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

56. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum; sed solum si exigatur tanquam ex justitia debitum.

42. Innoc. præd. Cens. Lov. 1657. Prop. 13. 42. Alex.

[redacted]

XIII.

DE CALUMNIA.

44. Innoc. præd. Apol. Lov. 1657 Propos. 5.

67. Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat; & si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

CENSURA.

Hujus Propositionis doctrina falsa est, temeraria, scandalosa, erronea, spatiosam calumniatoribus, & impostoribus portam aperit; & clare detegit, quam nefaria placita probabilitatis nomine inducantur.

XIV.

DE ADJUVANTIBUS AD FLAGITIA.

54 Innoc. Censf. Vic. Gen. Par. adv. Apol. p. 15.

68. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

CENSURA.

[redacted]

duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale; vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contrario.

71. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale, imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quam res spiritualis. 46. Innoc. prædicta Censura.

CENSURA.

Hæ Propositiones temerariæ sunt, scandalosæ, perniciosæ, erroneæ; hæresim simoniacam, sacra Scriptura, Canonibus, & pontificiis Constitutionibus reprobatam, mutato tantum nomine, per fallacem mentis, sive intentionis directionem, inducunt.

72. Cum dixit Concil. Trid. Eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui non, quos *digniores*, & Ecclesiæ *magis utiles* ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent: Concilium, vel primo videtur per hoc, *digniores*, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundo, locutione minus propria, ponit *digniores*, ut excludat indignos, non vero dignos; vel tantum loquitur tertio, quando fit concursus:

CENSURA.

Hæc Propositio Concilio Tridentino contraria est, Ecclesiæ utilitati, ac saluti animarum, quæ a Pastorum delectu præcipue pendet, adversatur.

XVI.

DE MISSÆ SACRIFICIO, ET SACRA COMMUNIONE.

73. Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor, simul a diversis celebrantibus audit. 53. Innoc. Censura. Lov. 1657. Prop. 17. p. 19.

CENSURA.

Hæc Propositio absurda est, scandalosa, illusoria, communique Christianorum sensui repugnat.

74. Eidem præcepto satisfit per reverentiam exteriorem tantum, animo licet voluntarie in aliena, imo & prava cogitatione defixo. Conf. Vis. Gen. Par. p. 18. & 19.

75. 55. Innoc.

75. Præcepto Communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Corporis Domini manducationem.

C E N S U R A.

Doctrina his duabus Propoſitionibus contenta, temeraria eſt, ſcandaloſa, erronea, impietati, & ſacrilegio favet, & præceptis Eccleſiæ illudit.

56. Innoc. 76. Frequens Confeſſio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.

C E N S U R A.

Prop. 4. inter ſex damnatas in Comitiis generalibus Cleri gallicani anno 1650. pag. 412. du Proces verbal. *Hæc Propoſitio temeraria eſt, ſcandaloſa, erronea, impia, & ſacris literis contraria.*

XVII.

DE MISSA PAROCHIALI.

77. Nullus in foro conſcientiæ Parochiæ ſuæ intereſſe tenetur, nec ad annuam Confeſſionem, nec ad Miſſas parochiales, nec ad audiendum verbum Dei, divinam legem, fidei rudimenta, morumque doctrinam, quæ ibi in Catecheſibus annuntiantur, & docentur.

Pr. 5. ex ſex præd. p. 412. du meme Proces verbal.

78. Talem legem in hac materia, nec Epiſcopi, nec

XVIII.

CIRCA CONFESSIONEM SACRAMENTALEM.

80. Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere. 11. Alex.

CENSURA.

Hæc Propositio est temeraria, erronea, & Confessionis integritati derogat.

81. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ. 14. Alex.

CENSURA.

Hæc Propositio temeraria est, erronea, sacrilegio favet, & præceptis Ecclesiæ illudit.

82. Mandatum Concilii Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum... Illa particula, *quamprimum*, intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur. Alex. 38. 39. Sess. 13. c. 17.

CENSURA.

Hæc Propositio est falsa, perniciosa, apertum Concilii Tridentini Decretum intervertit. 58. Innoc.

83. Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem. 59. Innoc. Cens. Lov. 16. 3. Propos. 4.

84. Licet Sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatis, aut Indulgentiæ.

CENSURA.

Doctrina his duabus Propositionibus contenta, falsa est, temeraria, in errorem inducit, sacrilegiis favet, christianæ simplicitati, Ministrorum Christi judiciariæ potestati, Confessionis integritati, atque ipsius Sacramenti institutioni, ac fini derogat.

XIX.

XIX.

CIRCA DISPOSITIONES, ET ABSOLUTIONEM POENITENTIS.

Circa occaſiones proximas.

85. Probabile eſt, ſufficere attritionem naturalem, modo honeſtam.

CENSURA.

Hæc Propoſitio eſt hæretica.

57. Innoc.

86. Attritio ex metu gehennæ ſufficit, ſine ulla dilectione Dei, ſive ſine ullo ad Deum offenſum reſpectu; quia talis honeſta, & ſupernaturalis eſt.

CENSURA.

Hæc Propoſitio, qua a diſpoſitionibus neceſſariis ad Abſolutionem excluditur quilibet ad Deum offenſum reſpectus, temeraria eſt, ſcandaloſa, pernicioſa, & in hæreſim inducit.

Octava inter 11. Propoſit. 246. Doctoribus Sacræ Facul. Pa-

87. Concilium Tridentinum adeo expreſſe definivit, Attritionem, quæ non vivificet animam, quæque ſupponatur ſine amore Dei eſſe, ſufficere ad abſolutionem, ut anathema pronuntiet adverſus negantes.

CENSURA.

90. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit; unde non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, dum deficiente illa nimis ægre vitam ageret, & aliæ epulæ concubinarium tædio magno afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur. Præd. Censf. 41. Alex. Censf. Lov. 1657. Propos. 7. 63. Innoc. prædicta Censf. & Lovan. 1657. Propos. 1.

91. Licitum est quærere directe occasionem proximam peccandi, pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

CENSURA.

*Hæ Propositiones scandalosæ sunt, perniciosæ, hæreticæ, aperte repugnantes præcepto Christi jubentis: * Manum, pedem, oculum quoque dextrum scandalizantem abscindere, & projicere.* * Matth. 18. v. 8. 9.

XX.

DE JEJUNIO.

92. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto. 23. Alex.

93. In die jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium. 29. Alex. Censura Guim. p 11.

94. Omnes Officiales, qui in republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio. 30 Alex. Censf Lov. 1657 Propos. 23.

95. Excusantur absolute a præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant. 31. Alex.

CENSURA.

Doctrina his quatuor Propositionibus contenta, falsa est, temeraria, scandalosa, perniciosa; ecclesiasticorum mandatorum incuriam inducit, jejunii leges pravis artibus eludit.

XXI.

DE INTEMPERANTIA.

8. Innoc. Gen. Vic. Gen. Par. pag. 17. 96. Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem, ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modo non obſit valetudini; quia licite poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

CENSURA.

Hæc Propoſitio temeraria eſt, ſcandaloſa, pernicioſa, erronea, & ad Epicuri ſcholam ablegunda.

XXII.

DE HORIS CANONICIS.

20. Alex. 97. Reſtitutio a S. Pio V. impoſita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam judicis, eo quod ſit pœna.

54. Innoc. 98. Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas Horas, ad nihil tenetur; quia major pars trahit ad ſe minorem.

CENSURA.

Hæ Propoſitiones falſæ ſunt, temerariæ, cavillatoriæ ac præceptis eccleſiaſticis illudunt.

XXIII.

DE JURISDICTIONE, ET REGULARIBUS.

100. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. 16. Alex.

CENSURA.

Hæc Propositio est falsa, temeraria, Concilio Tridentino contraria. Sess. 23. de Reform. cap. 15.

101. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate. 12. Alex. & in causa Andeg. Prop. 3.

102. Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato. 13. Alex.

103. Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expresse revocata per Concilium Tridentinum. 36. Alex.

104. Non possunt Episcopi restringere, vel limitare approbationes, quas Regularibus concedunt ad Confessiones audiendas, neque illas ex causa revocare; quin imo Ordinum Mendicantium Religiosi ad eas approbationes obtinendas non tenentur; & si ab Episcopis Religiosi non approbentur, rejectio illa tantum valet, ac si approbatio concessa fuisset. Alex. VII. Decret. 30. Inn 1659. Prop. 2. in causa An: deg. apud Papz de Prob. pag. 28. Edit. Bruxel. 1667.

CENSURA.

Doctrina, his Propositionibus contenta, falsa est, temeraria, scandalosa, erronea, in hæresim & schisma inducens, Concilio Tridentino contraria, ecclesiasticæ Hierarchiæ destructiva; invalidis Confessionibus viam aperit, jam olim a summis Pontificibus, & a Clero gallicano damnata. Cler. gal. in Com. gen. ann. 1656. pag. 412. du Proces verbal. Facul. Paris. ann. 1641. tit. 11.

105. In ministro pœnitentiæ requiritur etiam approbatio Ordinarii, quæ potest limitari, sed non revocari sine causa.

106. Minister pœnitentiæ approbatus in una Diœcesi, etiamsi habeat suam Jurisdictionem immediate a Papa, non potest tamen in altera, sine diœcesani Epi-

scopi approbatione, audire pœnitentes, saltem in loco, ubi adest diœcesanus Episcopus.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, quatenus negat, approbationem revocari posse sine causa, eamque esse necessariam in loco, unde abest diœcesanus Episcopus, falsa est, temeraria, & Episcoporum jura labefactat.

107. Vi Concilii Tridentini, approbatio unius Episcopi sufficit pro universa Ecclesia, id est, approbatus ab uno Episcopo potest ubique absolvere, modo Jurisdictionem habeat; & ad eam accipiendam sufficit, vi Concilii Tridentini, unius Episcopi approbatio.

108. Religiosæ exemptæ possunt absolvi a Sacerdote non approbato ab Episcopo, sive Sacerdos ille sit secularis, sive regularis.

CENSURA.

Hæ Propositiones falsæ sunt, temerariæ, a Concilii Tridentini mente alienæ, jurisdictioni Episcoporum, & ecclesiasticæ disciplinæ contrariæ.

XXIV.

CENSURA.

Hæc Propositio est temeraria, scandalosa, perniciosa, erronea; Evangelicum de eleemosyna præceptum pessundat.

XXVI.

DE OBDURATIS.

112. Si peccatores consummatæ malitiæ, cum blasphemant, & flagitiis se immergunt, non habent conscientiæ stimulos, nec mali, quod agunt, notitiam, cum omnibus Theologis propugno, eos hisce actionibus non peccare. Cens. Senon. p. 11.

CENSURA.

Hæc Propositio falsa est, temeraria, perniciosa; bonos mores corrumpit; blasphemias, aliaque peccata excusat, & ut talis a Clero gallicano jam damnata est. Cler. gal. in Com. gen. anno 1641. 12. Apr.

XXVII.

DE PECCATO PHILOSOPHICO.

113. Peccatum philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi; theologicum vero, & mortale est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave, in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum. Alex. VIII. Decr. 24. Aug. 1690.

CENSURA.

Hæc Propositio scandalosa est, temeraria, piarum aurium offensiva, & erronea.

XXVIII.

DE PECCATO MORTALI.

114. Pleraqueopeccata, de quibus ait Apostolus, quod qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, & quæ expresse adversantur præceptis Decalogi, mortalia dici possunt..., quoniam..., horum

facinorum rei, aut amisére omnem charitatis sensum, aut exiguum retinent, ita ut ipsis omnino dominetur cupiditas.

115. Id tamen intelligi posset, adhibito eo temperamento, ut qui plane repugnantes, ac velut inviti ista perpetrassent, aut gravis mali impendentis metu, aut æstu libidinis abrepti, ita ut ab istis angustiis liberati acri dolore tangerentur ob commissum peccatum; tam certo affirmari non potest, excidisse illos gratia, aut incurrisse pœnam damnationis; quamquam enim hoc momento dominata sit cupiditas brevis, & transitoria, potuit esse ejusmodi dominatio, qua voluntatis intima dispositio non mutatur.., Hoc temperamentum naturaliter consequitur ex doctrina S. Augustini.

CENSURA.

Hæ Propositiones, quæ divinæ charitatis habitum docent, aut significant posse consistere cum peccatis adversus Decalogum, ac de quibus ait Apostolus: quod qui talia agunt regnum Dei non possidebunt, falsæ sunt, perniciosæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ; Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate.. aut, quæ conventio Christi ad Belial? *Ad excusanda, & imminuenda cujusvis generis peccata viam aperiunt, & imponunt S. Augustino.*

2. Cor. 14. & 15.

XXIX.

DE COGITATIONIBUS, SIVE DELECTATIONIBUS MOROSIS.

116. Hinc inferre debemus, eum consensum, qui præbetur suggestionibus pravis, cum tendit ad delectationem cogitandi tantum de re illicita, puta de ulciscenda injuria; secundum S. Augustinum non esse aliud quam veniale peccatum, licet ipse ultionis actus, cujus cogitatione animus delectatur, sit pessimus, & certissimum mortale peccatum.

CEN-

CENSURA.

Hæc Propofitio, quaslibet cogitationes, & delectationes, quas morofas vocant, regulariter imputans pro peccato veniali tantum, falfa eft, temeraria, fcandalofa, in praxi perniciofa, concupifcentiam fovet, in tentationem, & in gravius peccatum inducit, contraria, & injuriofa S. Auguftino. Lib 12. de Trin. c. 12. num. 18.

XXX.

DE REGULA MORUM, ET PROBABILITATE.

117. Puto omnia effe hodie melius examinata, & hanc ob rem in omni materia, & præcipue in morali libentius juniores, quam antiquiores lego, & fequor. . . Doctrina fidei a veteribus, doctrina morum magis a junioribus petenda. Cenf. Guim. pag 6.

CENSURA.

Hæc Propofitio temeraria eft, fcandalofa, perniciofa, erronea, SS. Patribus, & antiquis Doctoribus contumeliofa, fpreta in moribus Chriftianorum componendis neceffaria Scripturarum, ac Traditionis auctoritate, & interpretatione, moralem Theologiam arbitrariam facit, viamque parat ad humanas traditiones, & doctrinas, Chrifto prohibente, ftabiliendas.

118. Ex auctoritate unius tantum poteft quis opinionem in praxi amplecti, licet a principiis intrinfecis falfam, & improbabilem exiftimet. Cenf. Guim. pag. 5. & 6.

119. Hæc Propofitio, fexdecim ad probabilitatem requiruntur, non eft probabilis. Si fufficiunt fexdecim, fufficiunt quatuor; fi fufficiunt quatuor; fufficit unus. . . Ad probabilitatem fufficiunt quatuor; fed quatuor, imo viginti, & fupra teftantur unum fufficere; ergo fufficit unus.

CENSURA.

Hæ Propofitiones falfæ funt, fcandalofæ, perniciofæ, fpreta veritate quæftiones morum ad numerum auctorum exigunt, & innumeris corruptelis viam aperiunt.

120. Si liber fit alicujus junioris, ac moderni, de 27. Alex.

bet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse a Sede apostolica tanquam improbabilem.

Præf. Cens. Guim. pag. 3. 121. Non sunt scandalosæ, aut erroneæ opiniones, quas Ecclesia non corrigit.

CENSURA.

Hæ Propositiones, quatenus silentium, & tolerantiam pro Ecclesiæ, vel Sedis apostolicæ approbatione statuunt, falsæ sunt, scandalosæ, saluti animarum noxiæ, patrocinantur pessimis opinationibus, quæ identidem temere obtruduntur, atque ad Evangelicam veritatem iniquis præjudiciis opprimendam viam parant.

3. Innoc. 122. Generatim dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

CENSURA.

Hac Propositio falsa est, temeraria, scandalosa, perniciosa, novam morum regulam, novumque prudentiæ genus nullo Scripturarum, aut Traditionis fundamento, cum magno animarum periculo statuit.

Cens. Guim, pag. 6. 123. Si quis vult sibi consuli secundum eam opinionem, quæ sit faventissima, peccat, qui non secundum eam consulit.

127. In morte mortaliter non peccas, si cum attritione tantum Sacramentum suscipias, quamvis actum contritionis tunc omittas libere; licet enim unicuique sequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, est respective falsa, absurda, perniciosa, erronea, probabilitatis pessimus fructus.

DECLARATIO

DE DILECTIONE DEI

In Pœnitentiæ Sacramento requisita.

Post absolutas Propositionum Censuras, supersunt quædam pro rei gravitate enucleatius exponenda, & ab ipsis principiis in apertam lucem deducenda.

Et quidem de dilectione Dei, sicut ad Sacramentum Baptismi in adultis, ita ad Sacramentum Pœnitentiæ, quæ est laboriosus Baptismus, requisita, ne necessarium doctrinam omittamus, hæc duo imprimis ex sacrosancta Synodo Tridentina monenda, & docenda esse duximus. Primum; ne quis putet, in utroque Sacramento requiri, ut prævjam Contritionem eam, quæ sit charitate perfecta, & quæ cum voto Sacramenti, *antequam actu suscipiatur, hominem Deo reconciliet*. Alterum; ne quis putet, in utroque Sacramento securum se esse, si præter Fidei, & Spei actus, non *incipiat diligere Deum tanquam omnis justitiæ fontem*. Sess. 14. cap. 4. Sess. 6. c. 6.

Neque vero satis adimpleri potest utrique Sacramento necessarium vitæ novæ inchoandæ, ac servandi mandata divina propositum, si pœnitens primi, ac maximi mandati, quo Deus toto corde diligitur, nullam curam gerat; nec sit saltem animo ita præparato, ut ad illud exequendum divina opitulante gratia, sese excitet, ac provocet. Sess. 14. cap. 4.

Placet etiam, caveri a Sacramenti Pœnitentiæ administris, ne in hoc Pœnitentiæ Sacramento, aliisque *Sacramentis conferendis, sequantur opinionem probabilem de* 7. Prop. Innoc. XI. S. August. lib. 1. con

 valo.

tra Donatist. cap. 3. & 4. *valore Sacramenti, relicta tutiore*; neve pœnitentes ipsorum fidei animam suam committentes admonere cessent, ut in pœnitendo inchoatæ saltem dilectionis Dei ineant viam, quæ sola secura sit, graviter peccaturi in hoc salutis discrimine, *vel eo solo, quod certis incerta præponant*.

DE OPINIONUM PROBABILIUM USU.

Absit vero, ut probemus eorum errorem, qui negant *licere sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam*; sed ad rectum usum probabilium opinionum, has regulas a Jure præscriptas agnoscimus. Primum; ut in dubiis de salutis negotio, ubi æqualia utrinque animo sese offerunt rationum momenta, sequamur id, quod tutius, sive quod est eo in casu unice tutum; neque id consilii, sed præcepti loco habeamus, dicente
Eccl. 3. 27. Scriptura: *Qui amat periculum, in illo peribit*; hæc prima regula. Altera, ut circa probabiles de christiana doctrina sententias sequamur id, quod Viennense œcumenicum Concilium circa infusas tam parvulis, quam
Clem. unic. de sum. Tri. & Fid. cathol. adultis in Baptismo virtutes decrevit his verbis: *Nos hanc opinionem ... tanquam probabiliorem, & dictis Sanctorum, ac Doctorum modernorum Theologiæ magis*

notis auctoribus poſtremo demum ſeculo proditum, & ab iiſdem pro regula morum poſitum, repugnat huic effato a Patribus celebrato: *Quod ubique, quod* Vincent. *ſemper, quod ab omnibus;* nec habere poteſt chriſtianæ Lirin. Regulæ ſecuritatem. Common. 1. cap. 3.

Hoc initium malorum eſſe, atque omnium antedictarum corruptelarum caput, & doctrinæ conſecutio, & ſeries temporum oſtendit. Hoc ab * Anteceſſoribus noſtris viris fortibus, ac religioſis cenſorie notatum, hoc ſæpe reprehenſum, hodieque reprehendi nullo incuſante, imo bonis probantibus, diffiteri nemo poteſt. (* In Cenſuris Apolog. Ca. ſuiſt.)

Nos quoque iis de cauſis, has novas ſententias, in ſalutis negotio periculoſas, re diligenter inſpecta, ſumma ope caveri, ac prohiberi oportere cenſuimus, ac cenſemus. Placeat autem illa prudentia, ut ante omnia cuſtodiamus, & in tuto collocemus id, quod *Unum eſt neceſſarium*, fiatque illud dominicum, *Eſtote* Luc. 10. 14. *prudentes ſicut ſerpentes*, qui profecto, quod præcipuum Matth. 10. eſt, capite ſibi conſulunt; neque quiſquam in dubio ſa 16. lutis ad actum proſiliat, niſi ipſo dubio non ad nutum voluntatis, aut ex cupiditatis inſtinctu, ſed ex recta ratione depoſito, dicente Scriptura; *Rationabile obſequium* Rom. 12. 1. *veſtrum*: & iterum; *Sapiens timet, & declinat a malo;* Prov. 14. 16. *ſtultus tranſilit, & confidit.* Poſtremo audiatur Apoſto 1. Theſſ. 5. licum illud: *Omnia probate; quod bonum eſt, tenete.* Et 21. iterum; *Omne, quod non eſt ex fide*, iſt eſt ex conſcien- Rom. 14. tia, ſive ex perſuaſione, *peccatum eſt*. Denique *Teſti-* 23. Ibid. *monium reddente illis conſcientia ipſorum*, non aliorum 11. 15. utique, ſed ipſorum, & ſua.

ADMONITIO, ET CONCLUSIO.

Admonemus autem Compresbyteros noſtros, ſive ſeculares, ſive regulares, quicunque Epiſcoporum auctoritate vel verbum Dei prædicant, vel Sacramenta adminiſtrant; *Ne ullo unquam tempore viam ſa-* Alex. VII. *lutis, quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in ater-* in Præfat. *num permanent, arctam eſſe definivit, in animarum per-* Decret. 24. Sept. *niciem dilatari, ſeu verius perverti ſinant; plebemque* 1665.

chri-

nes pii, atque ipsa præsertim Ecclesia gallicana, ut moralis Theologiæ dignitatem vindicarent. Huic igitur operi, ut jam, vel maxime salutares admoveatis manus, & nostra judicia vestra consensione firmetis, communis officii ratio, & charitatis vinculum, & Collegii nostri unitas, & auctoritas, suo quodam jure postulant.

Et quidem doctissimæ, ac celeberrimæ Theologicæ facultates, maxime vero Parisiensis cum Lovaniensi conjuncta, etiam interrogantibus Episcopis pro officio suo gliscentem novandi libidinem represserunt. Compresbyteri quoque nostri parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterique Doctores in amplissimis civitatibus constituti, ad nostra usque tempora non cessarunt exaltare vocem suam in plateis Sion, atque Episcopos in altiore specula collocatos assiduis efflagitationibus incitarunt; qui quidem eorum vocibus, & ipsa rei necessitate commoti, pro loci sui auctoritate,
Eph. 6, 17. valentiore manu *gladium spiritus* assumpserunt, *quod est verbum Dei*, ad dirumpenda *cervicalia*, *& pulvillos*
Ezech. 13. 18. inani arte consutos *sub omni cubito manus*; ne infelices animæ in morte obdormiscerent, ac per falsæ pacis somnium ad æterna supplicia raperentur. Neque tan-

demicas quaestiones, ac dubias, fluctuantesque sententias verterent. Haec illi. Qua sententia, versatilem illam, ac noxiam opinionum flexibilitatem, hoc est, ipsum mali caput conterebant. Illud vero judicium, sancti Caroli Borromaei Commonitionibus ad ministros poenitentiae datis praefixum, ad Collegas suos sanctos Ecclesiarum gallicanarum Episcopos transmiserunt, ac deplorata seculi caecitate, id quoque indoluerunt, quod in ipso Comitiorum exitu, oppressi negotiis, congrua medicina grassantes morbos propellere non potuerint. Quibus sane verbis ea remedia non omisisse prorsus, sed in opportuniora tempora distulisse, eamque provinciam secuturis Conventibus demandasse visi sunt.

lus Instructiones de S. Charles aux Confesseurs.

Hanc paternam velut hereditatem Cleri gallicani Coetus anno 1682. Parisiis congregatus exceperat; sed Conventu interrupto, ne salutaris consilii memoria intercideret, sapientissimi Patres pravarum Propositionum Indiculum antequam discederent, edi, ac per Ecclesias mitti voluerunt, ut futuris Conventibus velut digito indicarent, quid tum gallicana pararet Ecclesia, aut quid a posteris expectari par esset.

Ex his profecto liquet, Episcopis gallicanis ad Dei gloriam semper intentis non animum unquam, sed opportunitatem defuisse; quam nacti occulta quadam divini Numinis providentia, opus in manus resumpsimus, hoc vel maxime tempore, quo fratres nostros a Fide catholica devios, maximo Rege praeeunte, revocare nitimur ad Ecclesiam, cum nihil sit quo magis optimi, ac religiosissimi Principis studia adjuvare possimus, quam si demus operam, ut christianae de Moribus regulae, castitas, & honestas, magis magisque in dies, nec tantum decretis, atque sententiis, verum etiam factis, & executione enitescat; quippe qua vel maxime ad Christum omnia trahi, atque etiam infideles ab extremo orbe ad fidem converti solere diximus.

Nec defuturam speramus Ecclesiae laboranti eam, quae semper adfuit, Regiam auctoritatem. Extant no-

stris,

* An. 1646 ſtris temporibus, * Rege ipſo præſente regii Conſilii ſuprema judicia de coercendis erroribus, qui ad Eccleſiæ, ac reipublicæ exitium publice docerentur, caſtigatis quoque, ac repreſſis eorum auctoribus; neque quidquam eſt boni, utiliſque conſilii, quod Ludovici magni temporibus non expectari poſſit; aut eſt quidquam hujus regni gloriæ, ac ſplendori congruentius, quam ut religionis, ac diſciplinæ puritas, ſanctitaſque floreat.

Hujus ergo rei gratia, nos in Spiritu ſancto, & in Chriſti nomine adunati, ejuſque ope freti; non tam novum opus aggredimur, quam ſancta Decreta quoad fieri potuit colligimus, ordinamus, adhibitis notis, certiſque principiis indicatis, quibus inſtructi cooperatores noſtri Sacramentorum adminiſtri, errores ſubinde in Eccleſia renaſcentes non modo perſpicere, verum etiam facile confutare poſſint. Hoc opus non tam noſtrum, quam veſtrum, veſtris quippe auſpiciis, veſtro ſpiritu geſtum, ſanctiſſimi, ac religioſiſſimi Conſacerdotes, veſtræ pietati, veſtræ fidei commendamus, hoc in tutela, præſidioque veſtro ponimus; hoc fidele depoſitum cum cæteris egregiis monumentis veſtrorum Cœtuum componendum, &

XXIII.

MANDATUM.

Eminentissimi D. D. Cardinalis de Noailles Archiepiscopi Parisiensis Ducis, & Paris Franciæ, regiorum Ordinum Commendatoris.

De Censura subscripta Cleri gallicani, Parisiis, & in tota Diœcesi promulganda.

Ludovicus Antonius miseratione divina sanctæ romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Noailles, Archiepiscopus Parisiensis, Dux sancti Clodoaldi, Par Franciæ, regii Ordinis sancti Spiritus Commendator, universo Clero Diœceseos nostræ tum seculari, tum regulari salutem, & benedictionem in eo, qui est omnium vera salus.

Dolendum maxime nobis est cum Osea Propheta, quia *Maledictum, & mendacium, & furtum, & adulterium inundaverunt ... verumtamen non arguatur vir.* Osee 4. 2. & 4. Ii vero magis arguantur, qui de rebus moralibus effræni quadam libidine scribentes : *Verbum Dei adulterarunt*, & Regulas morum funditus everterunt. Quare flentes cum S. Cypriano dicimus: *Scelus non tantum geritur, sed & docetur.* Epist. ad Donatum, Huic malo occurrere Episcoporum est : *Quos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei.* Act. 20 28. Comm in. 16. Isai.

Cum enim Ecclesia sit civitas illa fortis apud Isaiam descripta: *In qua*, ut exponit S. Hieronymus, *ponitur murus bonorum operum, & antemurale recta fidei, ut duplici septa sit munimento; non enim sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur;* utrique a nobis consulendum est, ut & sacra Dogmata divinitus sancita, quibus constat catholica fides, semper propugnemus; & leges evangelicas Christi auctoritate constitutas, ad quas mores christiani componantur, firmius in dies stabiliamus.

Satis non est, ut *Amplectamur eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, & exhortemur in doctrina sana;* Tit. 1. 9. sed insuper potentes esse debemus *eos, qui contra-*

dicunt arguere, & animose, ac fortiter resistere *inobedientibus*, *vaniloquis*, *& seductoribus*, donec *acquiescant sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi*, *& ei*, *quæ secundum pietatem est, doctrinæ. Illorum* quippe *sermo*
Tit. 1. 10. *ut cancer serpit*, *& subvertit fidem*, ac mores. *Ruina*
2. Tim. 2. 17. *autem hæc sub manu nostra*, nobisque imputanda, *si vo-*
If. 3. 6. *cem nostram non exaltemus in plateis Jerusalem.* Et certe, *si in Christi judicio* (ut ait S. Leo) *rei de silentio inveniantur*, *etiamsi non contaminentur assensu*, *quicunque tales non prodendos putant*: *Quia sicut incauta locutio* (inquit alter Pontifex) *in errorem pertrahit*, *ita indiscretum silentium eos*, *qui erudiri poterant*, *in errore derelinquit*; qui possemus vitare id periculi, de quo præmonebat Cœlestinus Episcopos Galliæ adversus
Serm. 15. Massilienses S. Augustino obstrepentes? *Timeo*, *ne con-*
S. Greg. Past. Cura *nivere sit hoc tacere*; *timeo*, *ne magis ipsi loquantur*,
p. 2. cap. 4. *qui permittunt*, *illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas*, *quia occurreret veritas*, *si falsitas displiceret*; *merito namque causa nos respicit*, *si cum silentio faveamus errori. Ergo corripiantur hujusmodi*, *non sit his liberum pro voluntate habere sermonem.*

His Monitis obsecuti, qua sunt in summos Pontifices religione Ecclesiæ gallicanæ Præsules, & officit

cium tulimus, & illorum auctoritati Dioecesani auctoritatem addidimus.

Quocirca mandamus, ac præcipimus omnibus, & singulis Ecclesiarum, Collegiorum, Communitatum, Monasteriorum, Ordinum Superioribus, ut hanc Censuram, Declarationem, & appendices curent observari, & identidem legi in ecclesiasticis, & religiosis Cœtibus. Districtius etiam inhibemus omnibus seu secularibus, seu regularibus Confessariis, Concionatoribus, Theologiæ, aliarumque Scientiarum Professoribus, ne quis eorum, aut ullus alius in nostra Dioecesi, etiamsi immunem, & exemptum sese contenderit, quidquam ullo modo dicat, scribat, doceat, aut consulat, quod in illa sit Censura damnatum.

Datum Lutetiæ Parisiorum in Palatio nostro Archiepiscopali, III. Nonas Octobris anno salutis MDCC.

† L. A. Card. de Noailles Arch. Parisiensis.

De Mandato Eminentiss., ac Reverendissimi Domini mei Cardinalis Arch. Paris. Chevalier.



VARIÆ CONSTITUTIONES BENEDICTI PAPÆ XIV.

Ad ſanam morum doctrinam promovendam attinentes.

CONSTITUTIO I.

Contra Clericos ſecularibus negotiis ſe immiſcentes.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Apoſtolicæ ſervitutis commiſſum nobis divinitus officium aſſidue vigilare nos admonet, ut ex prava hominum cupiditate ſuborientia mala, quantum in nobis eſt, provida ſolicitudine coercentes, dominici ovilis gregem, ſuperna opitulante gratia, ad æternam patriam dirigamus. Sed præcipua cura conſtringit de iis, qui eccleſiaſtico ordini aſcripti, & ad ſanctioris vitæ genus electi aliis in via ſalutis actuum ſuorum claritate prælucere debent. Vehementer enim timidi, ac ſoliciti ſumus, ne cæteros Chriſti fideles, quos pro gradus ſui ſanctitate verbis, & exemplo ædificare debent, morum ſuorum pravitate a cœleſtium rerum amore ad terrena deſideria avertant.

Cum itaque, ut non ſine gravi animi noſtri mœrore accepimus, veſana humanarum rerum cupiditas ita nonnullorum Clericorum invaſerit animos, ut illicitam eccleſiaſticis negotiationem ad evitandas pœnas adverſus illam exercentes a ſacris Canonibus, & Apoſtolicis romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſancitas ſub alieni nominis velamine, Dei timore, eccleſiaſtici nominis decore, & æterno ſuarum animarum periculo poſthabitis, temere, nulliterque exercere non dubitent; & quod palam temporalium pœnarum metu aggredi non audent, quæſitis deinde coloribus, & vanis inanium rationum prætextibus clam efficere non timeant, quaſi

vel

vel Dei oculos, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, latere, vel supremi judicis, qui non fallitur, examen effugere possint: Nos attendentes, quod Clericus, qui tantopere mundanis divitiis parandis inhiat, cœlestia despicere, & pro nihilo putare convincitur, & quod Clericus negotiator ex inope dives, & ex ignobili gloriosus tanquam pestis, ut B. Hieronymus docet, fugiendus est, ad exitiosam hujusmodi labem ab ecclesiastico cœtu eliminandam, & ut sancto Ecclesiæ Dei famulatui addicti ab omni turpis lucri cupiditate abhorrentes studeant bene agere, & divites fieri in bonis operibus, thesaurizantes sibi fundamentum bonum in futurum, omnes, & singulas romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum prædictorum constitutiones, illarumque quamlibet contra quoscunque Clericos illicitos negotiatores desuper, quomodolibet respective cum omnibus, & singulis pœnis contra eosdem Clericos illicite negotiantes editas, quas constitutiones hujusmodi ac erarum quamlibet præsentibus de verbo ad verbum nihilo penitus omisso pro insertis haberi volumus, motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione, ac de apostolicæ Potestatis plenitudine nostris innovamus, confirmamus, & approbamus, eisque, & earum cuilibet novum apostolicæ firmitatis, & inviolabilis observantiæ robur adiicimus, illasque sic innovatas, confirmatas, & approbatas cum omnibus, & singulis pœnis in eis, & earum qualibet adversus Clericos illicitos negatiatores hujusmodi contentis ad Clericos illicite sub alieno laici nomine quomodolibet negotiantes, perinde ac si per seipsos, ac proprio eorum nomine negotia ipsa illicita exercerent, omnesque, & singulæ Constitutiones, earumque quælibet adversus eos desuper editæ fuissent, & in eis, & earum qualibet expressi, & denominati reperirentur, motu, & potestatis plenitudine præfatis perpetuo extendimus, & ampliamus; illorumque omnia, & singula bona sic ab eis alieno nomine illicite acquisita sub inevitabili spolii pœna ad formam constitutionis fel. recordat.

Pii Papæ IV. similiter Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Decens esse*, subjicimus, & subjecta esse volumus, & declaramus.

Insuper, ut in sortem Domini vocati depositis quocunque mundanarum curarum onere, & humanarum cupiditatum impedimentis, Christum Dominum, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia non divites essemus, per calcatas mundi opes liberius, & expeditius sequantur, memores salutaris illius B. Apostoli moniti qui clamat, & dicit; Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus; ut ei placeat, cui se probavit; per easdem nostras præsentes perpetuo valituras motu, & potestatis plenitudine præfatis decernimus, ac pariter declaramus, quod si aliquod negotium ecclesiasticis illicitum personis, licet ab eis minime institutum, sed a laica persona inchoatum, & ad eosdem Clericos sive hereditario jure, aut quocunque alio titulo, sive singulariter, sive communiter, sive separatim, sive conjunctim cum aliis bonis, & aliis coheredibus, aut socios prosecuti sint, illud statim dimittere teneantur; si vero negotium hujusmodi sine ipsius Clerici temporali detrimento statim dimitti nequeat, tunc si intra Italiam, insulasque adjacentes existat Clericus a venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Decretorum Concilii Tridentini interpretum congregatione, si vero extra Italiam ab eadem Congregatione, vel ab Ordinario loci licentiam illud ad aliquod tempus retinendi, proviso interim, quod negotium hujusmodi a laico administretur, impetrare teneatur; dictaque Congregatio, aut Ordinarius loci, perpensis singulorum casuum circumstantiis, licentiam impertiatur, tempusque in eo ad idem negotium dimittendum præscribat: & si Clericus negotium præfatum, licet a laico, ut præfertur, institutum, absque licentia hujusmodi, gratis semper sibi impertienda, aut illud ultra tempus sibi permissum retinuerit, vel etiam intra tempus prædictum negotium per seipsum administraverit, pro negotiatore illicito haberi, illumque omnibus, & singulis etiam spolii

poe-

pœnis præfatis fubjectum effe motu, & poteftatis plenitudine dictis perpetuo volumus, & definimus.

Ac demum eo, quod fel. rec. Prædeceffor nofter Pius Papa IV. per fuas literas, quarum initium eft: *Romanus Pontifex*, declaravit, præfata Conftitutione fuper fpoliis Clericorum ob illicitam negotiationem a fe edita Prælatos, officiales, ac alios feculares, & cujufvis ordinis regulares Clericos, aliofque cujufcunque ftatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ in urbe, & Curia, ejufque diftrictu decedentes, teftandi tamen, codicillandi, & alias de bonis fuis quibufcunque quomodolibet difponendi, vel ad ipforum proximiores, decedentibus illis ab inteftato tranfmittendi facultatem ex fpeciali Sedis apoftolicæ indulto, vel fuorum officiorum privilegio, vel alio quovis titulo obtinentes nullatenus comprehendi, & quod Paulus Papa V. pariter Prædeceffor nofter per fuas literas, quæ incipiunt: *In eminenti*, Clericos, cives, & Curiales five incolas hujus noftræ almæ urbis, tunc fuæ, exemit a fpolio, quoad bona in eadem urbe, ejufque diftrictu intra decem milliaria confiftentia, etiam ex redditibus ecclefiafticis per eos acquifita, unde dubitari contigit, an fuffragetur quoque ad evitandum fpolium Cameræ noftræ apoftolicæ competens pro bonis ex illicita negotiatione provenientibus; nos Conftitutiones Pii, & Pauli Prædecefforum noftrorum præfatas, quoad bona ex illicita negatiatione hujufmodi a civibus, & Curialibus, five incolis Clericis cujufcunque ordinis, ac dignitatis quibufcunque indultis, ac privilegiis munitis comparata, & in urbe, ejufque diftrictu præfatis, & ubicunque exiftentia minime ad præmifforum effectum fuffragari, fed illa fic provenientia Cameræ noftræ apoftolicæ vero jure fpolii deberi, perinde ac fi Conftitutiones Pii, & Pauli Prædecefforum hujufmodi ad præmifforum omnium, & fingulorum effectum impediendum minime emanatæ fuiffent, motu fimili pariter declaramus, & ftatuimus, dictafque Pii & Pauli Prædecefforum Conftitutiones quoad

præmissorum effectum sortiendum plenarie abrogamus, & abolemus.

Decernentes sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque judices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabili fratri nostro Annibali S. R. E. Cardinali Episcopo Sabinen. Albani nuncupato Camerario nostro, & ejus in Camerariatus officio successoribus, per apostolica Scripta mandamus, quatenus spolia ipsa ex bonis ex illicita negotiatione provenientibus, uti vere spolia prout alia ipsius cameræ jura exigi, & recuperari, ac præsentes nostras literas inviolabiliter observari faciat, nec permittat cameram ipsam, vel pro ea agentes desuper modo aliquo molestari, perturbari, ac inquietari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus prædictis Pii, & Pauli Prædecessorum, aliisque Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis facultatibus testandi, aliisque privilegiis, indultis, & literis Apostolicis quibusvis concessis, approbatis & innovatis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa mentio facienda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis in reliquis in suo robore permanentibus. Cæterisque contrariis quibuscunque, etiam si aliquibus communiter, vel divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto hujusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes nostras literas ad singula quæque loca deferri, volumus, & declaramus, quod earum transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & alicujus Prælati sigillo munitis eadem prorsus

sus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis, statuti, ordinationis, concessionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo, primo Kalendas Martii Pontificatus nostri anno primo.

D. Card. Passioneus.

X. Sub Datarius

Visa de Curia

N. Antonellus

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

CONSTITUTIO II.

De Celebratione Missæ in Oratoriis privatis.

Die septima Januarii MDCCXLI.

Cum duo nobiles conjuges Diœcesis Marsicen. obtinuissent a Sede apostolica Indultum pro Celebratione Missæ in privato suæ domus oratorio sic conceptum: Dilecti fili, & dilecta in Christo filia salutem, & Apostolicam benedictionem. Spirituali consolationi vestræ, quantum cum Domino possumus, benigne cosulere, vosque spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendarum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro no-

mine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, qui (ut aſſeritis) locorum Gallichii, & Meſſanelli Marſicen. ſeu alterius Diœceſis juriſdictionem temporalem in illis, ſeu eorum altero exercentes, Baro, & Baroniſſa reſpective exiſtitis, ut in privatis domorum veſtræ habitationis in Civitate, & Diœceſi Marſicen. exiſtentibus oratoriis ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, ſeu extruendis, & ornandis ab omnibus domeſticis uſibus liberis per Ordinarium loci prius viſitandis, & approbandis, ac de ipſius Ordinarii licentia, ejus arbitrio duratura, unam Miſſam pro unoquoque die, dummodo in iiſdem domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri conceſſa non fuerit, per quemcunque Sacerdotem ab eodem approbatum ſecularem, ſeu de Superiorum ſuorum licentia regularem, ſine tamen quorumcunque jurium parochialium præjudicio, ac Paſchatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, aliiſque ſolemnioribus anni Feſtis diebus exceptis, in veſtra, ac natorum, conſanguineorum, & affinium in eadem domo vobiſcum in ſimul habitantium, familiæque, & quoad oratoria ruri exiſtentia, etiam in hoſpitum nobilium, veſtrorumque præſentia celebrari facere libere, & licite poſ-

)octorum pro affirmativa, & negativa respective sen-
:ntia inter se certantium, sacra Congregatio Conci-
i, ad quam hujus quæstionis resolutio dalata fuit
ie 3. Decembris 1740. censuit: Non licere. De-
ıde vero sanctissimus Dominus noster, reprobata con-
raria Doctorum sententia, prædictam sacræ Con-
;regationis resolutionem nedum approbavit, verum
tiam præsenti Decreto publice evulgando voluit, om-
ıibus notum fieri, non posse vigore similis Indulti ce-
:brari Missam in privatis oratoriis, quando eidem Mis-
æ actu non intersit aliquis ex iis, quibus principaliter
ndultum concessum est: Indultum vero principaliter
:oncessum intelligi iis tantum, quibus Breve dirigitur,
ıimirum personis illis, quæ a tergo ejusdem Brevis pro-
ırio nomine nuncupantur, adeo ut sine præsentia ali-
:ujus ex dictis personis minime liceat Missæ Sacrifi-
:ium peragi, etiamsi præsens sit aliquis sive ex filiis,
ive ex consanguineis, sive ex affinibus, sive ex fami-
iaribus, sive demum ex hospitibus nobilibus in eodem
3revi memoratis, quippe quibus nil aliud per hujus-
modi Brevia conceditur, quam quod unusquisque eo-
:um; (dummodo, quod attinet ad familiares juxta
clausulam, in iisdem Brevibus insertam, non sit ex il-
lis actu non necessariis) assistens Missæ, quæ celebratur
in oratorio privato in præsentia alicujus ex personis a
tergo Brevis proprio nomine nuncupatis, satisfaciat
obligationi audiendi Missam diebus Festis de præcepto.
Sublata igitur, & proscripta quacunque minus ger-
mana interpretatione ejusmodi Brevium, & Indulto-
rum in contrarium hactenus facta Sanctitas sua ita de-
claravit, & servare omnino mandavit, districte præ-
cipiens, ut omnes Episcopi, aliique locorum Ordina-
rii, etiam tanquam a Sede apostolica delegati execu-
tioni, & observantiæ hujus Decreti diligenter incum-
bant per canonicas pœnas contra inobedientes eorum
arbitrio constituendas.

A. Card. Gentili Præfectus

C. A. Archiepiscopus Philippen. Secret.

CON-

CONSTITUTIO III.

[illegible]

[illegible] Fratres [illegible], & Apostolicam [illegible].

N[illegible] Venerabiles Fratres, quin uni- [illegible] notum sit, a [illegible] Ecclesiæ inter præcipua [illegible] perpetuo annumeratum [illegible] quadragesimæ [illegible] in lege [illegible] Domini [illegible] consecratum, ab [illegible] Canonibus ubique præ- [illegible] Ecclesia [illegible] pri- [illegible], & observatum est. Hoc nimirum, ut veteres tradidere Patres, [illegible] quotidie peccanti- [illegible] pœnitentiæ [illegible] remedio, per [illegible] Christi, nos etiam aliquid in eo, quod [illegible] propter nos præstitit, agimus; simulque ad recolenda [illegible] redemptionis nostræ myste- ria, quæ per Dominicæ Passionis, ac Resurrectionis memoriam quadragesima, potissimum tempore so- lemnius celebrantur, purificatis ieiunio corporibus

[redacted]

niorum institutione, & servata semper, ubique, & ab omnibus disciplina quam longissime distet, vos venerabiles Fratres, qui populorum curæ vestræ commissorum mores, & usus pro te nostris, pro singulari sapientia vestra præ cæteris clarius intelligitis. Nos sane, quibus, in hac sublimi Apostolicæ procurationis specula constitutis, undique gentium nuntii afferuntur, lacrymis deplorare non possumus, augustissimam quadragesimalis jejunii observantiam ob nimiam nullis legitimis urgentibus causis ubique indiscriminatim dispensandi facilitatem plane sublatam esse, ita ut orthodoxæ quidem religionis cultores merito querantur, hæresum vero sectatores illudant, & exultent. Perniciosæ huic corruptelæ plurimorum insuper licentiam adjunctam esse dolemus; quæ usque adeo invaluit, ut nulla Apostolici instituti, sacratissimique præcepti habita ratione, jejuniorum tempore palam, & impune ab iisdem agitentur convivia, & epulæ interdictæ promiscue inferantur. Ea propter quemadmodum quibus curis, sollicitudinibus, & angoribus urgeamur, cum Fraternitatibus vestris communicamus; ita facere non possumus, quin pro injuncto nobis supremo sacrosancti Apostolatus officio, & ardentissimum Fraternitatum vestrarum zelum ad opportunum hisce malis adhibendum remedium excitemus, & ad congruentes hujusmodi abusibus penitus extirpandis leges præscribendas meditemur. Interea, venerabiles Fratres gaudium, & corona nostra, nobiscum considerantes nihil Deo acceptius, nihil pastorali ministerio nostro dignius, nihil gregibus curæ nostræ commissis utilius, quam ut verbo, & exemplo præeuntes, Christi fideles ad tam salutarem christianæ poenitentiæ, & pietatis exercitionem alacrius suscipiendam, constantissime retinendam, & ea, qua instituta fuit disciplina peragendam vehementius inflammemus; omni opera, atque industria studeamus, ut fideles populi in conspectu Dei per austeriorem jejuniorum observantiam tales permaneant, quales in ipso paschali

Fe-

[illegible] igitur [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] & [illegible], & [illegible] vero, [illegible] [illegible] necessitate, & in [illegible] Sedis reverentia a [illegible] [illegible], quo [illegible] concedendam, nec [illegible] nec superbe, & arroganter ab [illegible] in more positum esse acce-p[illegible] [illegible]dam. Gravissimam vero, urgen-tem[illegible] esse non est, cur vobis expli-cemus, [illegible] tamen vos ignorare cum hujus-modi nec [illegible] & servandam esse potissimum uni-cam consuetudinem, sic ut alias hic Romae, ac nos ipsi hoc anno urgentibus causis dispensantes ex-presse praecipimus, & licitas, atque interdictas epulas promiscue minime apponendas esse. Porro quemadmodum de ejusmodi Indulgentia tam caute [illegible] pertenda, si secus fieret, nos persuasum habe-mus, districtam supremo divino Iudici redditum iri

pollicentes, Apostolicam benedictionem cum uberi coelestium charismatum copia conjunctam in eosdem populos vestros redundaturam, vobis, venerabiles Fratres, peramenter impertimur. Volumus autem, ut præsentium transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 30. mensis Maji 1741. Pontificatus Nostri anno primo.

D. Cardinalis Passioneus.

CONSTITUTIO IV.

Qua Superior constitutio declaratur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

In suprema universalis Ecclesiæ procuratione, meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, ut orthodoxæ fidei assertores, sic etiam ecclesiasticæ disciplinæ custodes, ac vindices constituti, quadragesimale præsertim jejunium, quod inter præcipua orthodoxæ disciplinæ capita semper, & ubique ab ipso Ecclesiæ exordio numeratum esse nemo ex Catholicis inficiatur, ab hodierna jejunantium coruptela vindicare, & in pristinam, quantum benedicente Domino fieri posset, observantiam revocare cupientes per alias nostras in simili forma Brevis literas ad Fraternitates vestras die 30. proxime elapsi mensis Maji currentis anni datas, eximium Fraternitatum vestratum zelum excitandum curavimus, ut adlaborare studeretis, ne hac in parte, & optatum Apostolicæ nostræ solicitudinis angoribus levamen, & salutare abolendæ sacratissimi jejunii corruptelæ

ruptelæ remedium deesset. Quoniam autem paternæ Pontificiæ charitatis, quæ novit imbecillitates infirmorum sustinere, atque etiam cum infirmantibus infirmari, non immemores, quemadmodum a jejunio aliquando ex legitima causa, aut gravissima, urgentique necessitate exigente dispensandum esse ex Apostolica benignitate censuimus; ita inter cætera præscripsimus, unicam comestionem servandam, & licitas, atque interdictas epulas minime esse apponendas. Hinc factum esse accepimus, quod non defuerint, qui per humanas, & hominibus a christiana pœnitentia abhorrentibus duntaxat dignas illationes sibi aliisque persuadeant, unicam potissimum comestionem servari, atque epulas licitas, & interdictas minime apponi debere, cum multitudini quidem indiscriminatim ob urgentem, gravissimamque necessitatem, non vero singulis ob legitimam causam, & de utriusque Medici consilio dispensatur. Quam sane persuasionem a sententia nostra alienam, ut ex omnium animis penitus evellamus, nos quibuscunque quacunque occasione sive multitudini indiscriminatim ob urgentem, gravissimamque necessitatem, sive singulis ob legitimam causam, & de utriusque

secramus, ut populos vestræ curæ commissos ad tam opportunum sanandis vulneribus, quibus per humanam infirmitatem quisque sauciatur, sanctissimi jejunii remedium alaciter adhibendum cohortantes, sedulo ac paterne moneatis, rem agi non quidem exiguam, sed longe gravissimam de observando, sustinendoque jejunio purificandis animis, corporibusque salutari. In spem igitur illos erigite cœlestium præmiorum, quibus assequendis non sunt condignæ passiones hujus temporis, imo leve, ac momentaneum non tribulationis, sed modicæ abstinentiæ nostræ incommodum magnum gloriæ pondus operatur in cœlis. Ab omnibus se abstinent, qui in agone contendunt, ut corruptibilem coronam accipiant; pudeat tam imbelles ac delicatos christianæ militiæ milites refugientes a consortio crucis Christi, qui coronam legitime certantibus propositam sperare præcipit incorruptam, ad cujus auspicium, & pignus Fraternitatibus vestris Apostolicam benedictionem iisdem etiam populis nostro nomine impertiendam peramanter elargimur. Volumus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscripris, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die 22. mensis Augusti 1741. Pontificatus nostri Anno secundo.

D. Cardinalis Passioneus.

CONSTITUTIO V.

Qua duæ superiores Constitutiones declarantur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Libentissime quidem amplectimur, quæ nobis offeruntur, occasiones ad vestros animos excitandos,

de Quadragesimæ in
liorum omnes super
ctoritates. Difficile id
sed potius alienum, &
bis, quos doctrinæ la
storiæ cognitione præ
scribendas has literas a
verbis Tridentinæ Synod
format. præcipit Episcop
re, ut Fideles ipsorum
perficiant ea, quæ a sac
ut illis omnibus, & iis
quæ ad mortificandam c
rum delectus, & jejunia
Ubi primum Bononien
dam suscepimus (ad qua
fel. record. a sede Anco
Mandatum evulgavimus (
tionum nostrarum pro
quinto loco continetur.)
indicavimus, ob quas mini
bus putamus illos, qui
auctori

& præstantissimis quoque viris demandavimus, ipsam diligenter, accurateque perpendere, ac suas denique opiniones nobis exponere. His peractis hujusmodi controversiæ finem tribuere constituimus, illudque decrevimus, ne ulla in posterum sive peculiaris, sive generalis pro aliqua civitate, vel oppido concedatur facultas adhibendi carnes ad mensam tempore jejunii, vel Quadragesimæ, nisi conditio servandi jejunii, sive unius comestionis interponatur; & illud quoque monitum addatur, nequaquam licere mensam eamdem carne, ac piscibus instruere. Equidem declinatis hac ratione nimium implicatis quæstionibus existimavimus, unicam singulis diebus comestionem indicere illis etiam, qui carnibus uti, cum jejunium indicitur, rite obtinuerunt; & pravam illam consuetudinem, quæ apud multos nimis invaluerat, penitus evellere, afferendi nempe carnes in mensam cum piscibus, postquam ipsi quadragesimalis abstinentiæ præcepto soluti fuerunt, ob eam potissimum causam, quod grave detrimentum saluti ab esu piscium accipiant.

Hæc apertissime constant ex nostris Apostolicis literis, quas in forma Brevis dedimus ad omnes Episcopos orbis catholici anno 1741. Quarum primæ incipiunt: *Non ambigimus*; Alteræ vero: *In suprema*. Nos profecto nulli unquam elargiti sumus vesci carnibus, cum tempus Quadragesimæ, sive aliud jejunium præcipitur, nisi indicta, scriptaque conditione, quam superius commemoravimus. Maximam pariter lætitiam percepimus, cum redditæ nobis fuerunt plures epistolæ, ac mandata vestra literis nostris Apostolicis omnino consentanea, quibus pro virili parte contendistis adducere populos vobis subjectos, ut propositam in illis disciplinam pie servarent.

Interim promulgatis iisdem Apostolicis literis, quas paulo ante nominavimus, plures cavillationes excogitatæ sunt a nonnullis, uti nos antea facili conjectura suspicati fuimus. Plures etiam quæstiones propositæ nobis fuerunt exigui quidem ponderis, ac mo-

menti, quemadmodum nos opinamur; cum illæ vel ipsius legis verbis, vel sensu penitus corruant, ac dissolvantur. Attamen sacro Tribunali nostro pœnitentiariæ rerum hujusmodi conscio, ac peritissimo easdem quæstiones expendendas comisimus, quibus omnibus plene, cumulateque, quoties opus fuit, satisfecit.

Archiepiscopus Compostella in Hispaniarum regnis primus Inquisitor nuperrime vita functus longam ad nos dedit Epistolam, qua plures recensebat difficultates, quæ literis nostris Apostolicis adversabantur, quominus executioni mandarentur, eo quod nonnulli Theologi in diversas opiniones, ac sententias abirent in solvendis quibusdam quæstionibus, quibus literæ nostræ Apostolicæ causam, & occasionem præbeant; ac proinde de illis judicium nostrum exquirebat. Equidem Archiepiscopi literæ nos gravissimis, ac difficilimis temporibus occupatos deprehenderunt. Attamen, dum quæstiones in ipsis expositas percurrimus, visum nobis est, non quidem expeti, ut iis quæstionibus responsum fieret, ipsisque solutis nullum impedimentum sive obstaculum nostris literis Apostolicis superesset; sed potius, ut objectis [redacted]

illorum, qui dubitandi causas objiciunt, ut quæ constituta sunt, perturbent, ac evertant.

Vix redditis literis Archiepiscopus paulo post vitæ cursum absolvit; itaque non immerito suspiciamur, responsa nostra, quæ literis continebantur, haud cognita fuisse; & perspecta illis, qui quæstiones excitaverant. Post hæc alii pariter ex hispanis Episcopis nonnullas ex iisdem quæstionibus nobis proposuerunt; quare iisdem responsis usi sumus, quæ tradita prius Archiepiscopo Compostellæ a nobis fuerant.

Non defuerunt etiam præstantes inter Italos Theologi, qui literas nostras Apostolicas datas anno 1741. egregiis Commentariis illustrarunt. Idem contigit responso, quod fecimus Archiepiscopo Compostellæ die 8. Julii anno 1744. quod sane integrum suis libris præfigendum curaverunt. At quoniam libri ejusmodi ad vos fortasse nondum pervenerunt, vel curis aliis distenti illos percurrere minime potuistis, his literis Encyclicis adjungimus illas pariter, quas (uti dictum sæpius est) ad Archiepiscopum Compostellæ jampridem scripsimus, ut, quæ disciplina vestris in Diœcesibus tenenda sit, plane cognoscatis, ac ne vos deterreant difficultates, si quæ a captiosis hominibus concitentur.

VENERABILI FRATRI

Archiepiscopo Compostellæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ven. Frater salutem &c. Si fraternitas tua secum reputabit quot gravissimis & maximis curis propemodum obruamur, quantumque, hoc præsertim difficillimo tempore, prorsus nos teneat imposita tenuitati nostræ solicitudo omnium Ecclesiarum, non sane mirabitur, tamdiu sibi procrastinatum fuisse responsum ad eas literas, quibus Apostolica auctoritate dissolvendas rogasti obortas in Hispania disputationes aliquas e duabus nostris Epistolis ad omnes Episcopos superioris anni 1741. 30. Maji, & 22. Augusti, quibus intra legitimos fines coercuimus invalescen-

[redacted] . qui
duci possit ex proposi
tamen eximia Paterna
observantissimos nomen
facimus obsecrationes
vestræ libenter adjecerim
stiones abs te proposita
Sic autem se habent.

I. Utrum quæ in ante
Brevis de unica comesti
miscendis præscribuntur
prohibeantur?

Respondemus : Conc
carnibus tempore vetito
facultates non aliter dare,
ctis conditionibus, videlic
stionis, & non permiscen
ro, qui hujusmodi faculta
ad binas ipsas conditiones

II. An ii, quibus conc
possint in vespertina refecti
tibus refici ... quæ jejunan

IV. Quænam sint epulæ licitæ? Quæ vetantur cum interdictis conjungi?

Respondemus: Epulas licitas pro iis, quibus permissum est, carnes comedere, esse carnes ipsas; epulas interdictas esse pisces, adeoque utrumque simul adhiberi non posse. Piscibus tamen edendis non interdicuntur ii, quibus datur tantum facultas adhibendi ova, & lacticinia.

V. An præceptum de utroque epularum genere non miscendo, dies quoque Dominicos quadragesimales complectatur? Affirmatur, complecti.

VI. Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui ex Bulla cruciatæ edere possunt ova, & lacticinia?

Rescribimus: Nihil in prænunciatis nostris Apostolicis literis statutum esse, quod respiciat gratiosum cruciate Diploma. Quare, qui eo gaudent, illius tenorem stricte, & considerate perpendant, ex ejusque sententia se gerant. Caveant autem, ne inani quapiam excusatione sese solutos esse arbitrentur præscriptis ibi legibus.

VII. Utrum memorata duo præcepta urgeant extra Quadragesimam?

Respondetur: Urgere extra Quadragesimam utrumque præceptum; illud scilicet unicæ comestionis cum reliquis legibus in secundo, & tertio ad hæc postulata responso expressis; & alterum non permiscendi epulas licitas cum interdictis, ut in quarto postulato definitum est.

Habes, venerabilis Frater, penitus explicatum, quidquid apud vos ex nostris sæpius nuncupatis Apostolicis literis dubitationem attulisse scribis. Quaquidem in re laudavimus consilium tuum interrogandæ supremæ romanæ Sedis, ut libero, & non vacillanti gressu ad oves sana doctrina imbuendas incedere pastores queant; in istoque tuo suscepto consilio agnovimus hispanam religionem nihil sibi tutum, nisi e divi Petri Cathedra acceptum, reputantem; qua splendidissima gloria tantum nomen, & incorruptæ fidei fructum Hispania sibi peperit. Cavendum autem vo-

Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati tremendo Dei judicio posthabito, & Ecclesiæ auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud ecclesiasticos judices falso solicitationis insimulant; ut igitur tam nefaria audacia, & tam detestabile facinus metu magnitudinis pœnæ coerceatur, quæcunque persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per seipsam innocentes Confessarios impie calumniando, vel sceleste procurando, ut id ab aliis fiat; a quocunque Sacerdote quovis privilegio, auctoritate, & dignitate munito præterquam a nobis, nostrisque successoribus, nisi in fine vitæ, & excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendæ, quam nobis, & successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat.

Demum magnopere cupientes a sacerdotalis judicii & sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, & Sacramentorum contemptum, & Ecclesiæ injuriam longe summovere, & tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, & quantum in

CONSTITUTIO VI.

Confirmatur, & amplificatur Constitutio Gregorii Papæ XV. contra Sacerdotes, suos Pœnitentes in Confessionibus sacramentalibus ad turpia solicitantes.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sacramentum pœnitentiæ, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti Patres apte nuncuparunt, nos licet immerentes ad universi Dominici gregis curam superna dispositione vocati, omne studium, & pastoralem solicitudinem adhibere tenemur, ne quod post amissam Baptismi innocentiam datum est divina benignitate perfugium, per dæmonum fraudem, & hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam naufragis, ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium; & quod in salutem, & curationem animarum a Deo, qui dives est in misericordia, institutum est, execrabili scelestorum quorumdam Sacerdotum improbitate in earum perniciem, atque interitum vertatur.

Dudum quidem a fel. rec. Gregorio Papa XV. Prædecessore nostro per suas literas in forma Brevium sub datum Romæ apud sanctam Mariam majorem die 30. Augusti 1622. Pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscunque Sacerdotes audiendis confessionibus deputatos ad turpia, & inhonesta solicitantes; & deinceps successivis temporibus ad earum literarum interpretationem, ac declarationem plura subinde a Congregatione venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Inquisitorum sub die 11. mensis Februarii anno Domini 1661. prodierunt Decreta, & a rec. memor. Alexandro Papa VII. pariter Prædecessore nostro in Congregatione generali sanctæ Romanæ universalis Inquisitionis die 24. Septemb. 1665. coram eo habita, inter alias

teris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, aut alias, quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentium pro expreſſis habentes hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus demum, ac præcipimus, ut omnes locorum Ordinarii tam præſentes, quam futuri pro tempore exiſtentes in approbatione Confeſſariorum tam prædictam Conſtitut. Gregorii Prædeceſſoris noſtri, quam præſentem hanc noſtram ab omnibus Sacerdotibus approbandis attente legi, & accurate obſervari curent, moneantque eos in Domino, atque hortentur, ut ſacrum miniſterium ipſorum fidei commiſſum ſumma animi innocentia, morum puritate, judicii integritate peragant, exhibeantque ſemetipſos, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei; memores præterea ſint, ſe locum tenere, ac vices obire ſummi atque æterni Sacerdotis, qui ſanctus, innocens, impollutus per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conſcientiam noſtram ab operibus mor-

sicque publicatas, & affixas omnes; & singulos, quos ille concernunt, perinde arctare, & afficere; ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; utque ipsarum præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicæ 1741. Kalend. Junii Pontificatus nostri anno primo.

Visa de Curia

N. Antonellus.

X. Sub Datarius

Pro D. Card. Passioneo

Cajetanus Amatus

Loco ✠ Plumbi J. B. Eugenius

Registratura in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1741. Indictione 4. die vero 17. Junii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Benedicti, divina Providentia Papæ XIV. anno primo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ generalis in monte Citatorio, in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis urbis, per me Petrum Righum apostolicum Cursorem.

Sebastianus Amadori Mag. Curs.

CONSTITUTIO VII.

Declaratur superior Constitutio.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futurum rei memoriam.

Apostolici muneris partes in procuranda præcipue rerum sacrarum pura illibataque penitus administratione versari debere probe intelligentes, non modo & assiduis hortationibus; & justa, ubi res postulat, legum severitate, ut ab ecclesiasticis quibusque ministris sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumus providere studemus; verum etiam leges ipsas, ne forte sinistris interpretationibus in alterutram extremam partem, aut immoderati rigoris, aut detestabilis laxitatis perperam detorqueantur, opportune communire, ac roborare pro earumdem tuendo, vigore cum occasio popofcerit, non prætermittimus. Sane cum nos alias per quandam nostram Constitutionem cujus initium est, Sacramentum pœnitentiæ, anno Incarnationis Dominicæ 1741. 1. Kalendis Junii Pontificatus nostri anno primo editam omnibus, & singulis Sacerdotibus tam secularibus, quam regularibus interdiximus, & prohibuimus, ne aliquis eorum extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & deficiente tunc quocunque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, confessionem sacramentalem personæ complicis in peccato turpi, atque inhonesto contra sextum Decalogi præceptum commisso excipere auderet; ita ut absolutio, si quam impertivisset, nulla, atque irrita omnino esset, tanquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, & facultate ad valide absolvendum necessaria ipsi per nos vigore ejusdem Constitutionis adempta privatus existeret, & alias prout in memorata Constitutione, cujus tenorem præsentibus pro plene, & sufficienteer expresso, & inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum nos subinde super ea dictæ Consti-

tutio-

tutionis parte, quæ mortis articulum reſpicit, dubitationes quaſdam exortas fuiſſe accepimus, quarum reſolutionem privato cujuſcunque judicio relinquendam minime exiſtimamus, ne lex incertis conjecturis & opinionibus jactata in ſenſus a mente noſtra alienos forſitan diſtrahatur, ejuſque vigor paulatim langueat, atque enervetur. Hinc eſt, quod nos omnem dubitandi rationem quantum cum Domino poſſumus, de medio auferre cupientes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine memoratam Conſtitutionem noſtram cum omnibus, & ſingulis in ea contentis, tenore præſentium, quatenus opus ſit, confirmamus, illamque integre, penitus, & omnino, atque ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari præcipimus & mandamus. Præterea habita ſuper his cum venerabili Fratre noſtro Vincentio Epiſcopo Prænestino ſanctæ romanæ Eccleſiæ Cardinali Petra nuncupato Pœnitentiario noſtro majori, ac dilectis filiis officii pœnitentiariæ Apoſtolicæ miniſtris, qui rem juſſu noſtro mature perpenderent, deliberatione, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus edicimus, ac declaramus, eadem Conſtitutione ſingulis, ut ſupra, Sacerdotibus, quemadmodum interdictum non eſt in mortis articulo perſonam in prædicto turpi peccato complicem confitentem audire, atque ab hujuſmodi quoque culpa rite contritam abſolvere, deficiente tunc quocunque alio Sacerdote, qui Confeſſarii munus obire poſſit; ita interdici re ipſa, & prohiberi prædicto modo tunc audire, & abſolvere, ut ſi alius aliquis Sacerdos non defuerit, etiamſi forte iſte alius ſimplex tantummodo Sacerdos fuerit, ſive alias ad confeſſiones audiendas non approbatus, poſſit nihilominus ipſe Sacerdos ſimplex confeſſionem excipere, ac abſolutionem impertire. Porro ſi caſus urgentis qualitas, & concurrentes circumſtantiæ, quæ vitari non poſſint, ejuſmodi fuerint, ut alius Sacer-

dos ad audiendam constitutæ in dicto articulo personæ confessionem vocari, aut accedere sine gravi aliqua exoritura infamia, vel scandalo nequeat, tunc alium Sacerdotem perinde haberi censerique posse, ac si revera abesset, atque deficeret, ac proinde in eo rerum statu non prohiberi socio criminis Sacerdoti absolutionem pœnitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi Sacerdos & serio animadvertat, fore se re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus prædictam nostram Constitutionem inobedientiæ, latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiæ, aut scandali pericula sibi ultro ipse confingat, ubi non sunt; imo intelligat, teneri se graviter hujusmodi pericula, quantum in se erit, antevertere, vel removere opportunis adhibitis mediis, unde fiat, ut alteri cuivis Sacerdoti locus pateat illius confessionis absque illius infamia vel scandalo audiendæ. Ita enim ipsum teneri vigore memoratæ nostræ Constitutionis declaramus; & nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus, & præcipimus. Quod si idem Sacerdos, aut quovis modo se se nulla gravi necessitate compulsus ingesserit, aut ubi infamiæ, vel scandali periculum timetur, & alte-

jorem excommunicationem, eodemque plane modo quo ibidem, decernitur, nobis, & huic ſanctæ Sedi reſervatam incurret, prout illum eo ipſo incurrere declaramus, volumus, atque ſtatuimus. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in præfata noſtra Conſtitutione voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Februarii 1745. Pontificatus noſtri anno quinto.

D. Cardinalis Paſſioneus.

CONSTITUTIO VIII.

De doctrina chriſtiana præſertim pueris tradenda.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Etſi minime nobis dubitandum ſit, omnes, quibus animarum cura credita eſt, voſque præſertim venerabiles Fratres ad Apoſtolatus officium evectos, atque in Prælationis faſtigio a Deo conſtitutos, in id potiſſimum ſolicitudinem intendere, ut chriſtianus populus cœleſtis doctrinæ pabulo enutritus, & rudimentis fidei ſaluberrime inſtructus in ſemitam mandatorum Domini, facem vobis præferentibus, feliciter dirigatur; temperare tamen non poſſumus, quin vos ipſos noſtræ auctoritatis, ac Paternæ dilectionis ſtimulis excitemus ad tam pium, tamque ſalutare opus doctrinæ chriſtianæ impenſiore cura provehendum, ſublatis iis impedimentis, quæ animarum ſaluti adverſantur.

Quia vero scientibus legem loquimur, & vigiles Ecclesiarum hortamur Antistites, quibus nec pietatis, nec alia sacrarum literarum desunt praesidia, supervacaneum ducimus, plurimis urgere argumentis, non satis esse ad coelestem beatitudinem assequendam in confusum, & involute a Deo revelata, & ab Ecclesia catholica proposita mysteria credere; sed hanc coelestem doctrinam divinitus traditam, & quae ex auditu concipitur, doctoris legitimi, ac fidelis ministerio ita esse accipiendam, ut singillatim illius capita explicentur, & eorum aliqua necessitate medii, aliqua vero necessitate praecepti fidelibus ad credendum proponantur. Praeterea licet per fidem justificari dicamur, cum ea sit humanae salutis initium, & fundamentum; ad futuram tamen, quam inquirimus, civitatem, ut pervenire aliquando mereamur, satis compertum est, solam fidem non sufficere; sed viam nosse, constanterque tenere oportere, nempe praecepta Dei, & Ecclesiae, tum virtutes, quas prosequi, tum vitia, quae studiose declinare debemus. Quae quidem omnia cum primis catholicae fidei rudimentis, sive doctrina, ut ajunt, christiana contineantur, Episcopalis muneris exigit ratio, ut illa in singulis Dioecesibus, & ubique locorum recte atque ex ordine explicentur, nec posse Episcopos sine tacito conscientiae convitio illam negligere, sed in hoc opus maxime necessarium omnem curam, & diligentiam conferre debere.

Id tamen oneris non ita Episcopo impositum esse intelligimus, ut ipse per se doctrinae christianae semper intersit, pueros interroget, & mysteria fidei, quam profitemur, aperiat. Nimium quippe novimus, in pastoralis solicitudinis munere praegravari Apostolicae servitutis sarcina, ac plane intelleximus, cum Anconitanam primum, deinde Bononiensem Ecclesiam regeremus, multis, variisque curarum veluti fluctibus jactari Praesulem suo satis muneri facere cupientem. Id vero futurum affirmamus, si Episcopus, alieno etiam a visitatione Dioecesis tempore quandoque adsit, ubi doctrina traditur christiano homine

mine

mine digna, pueros puellasque de rebus antea auditis sciscitetur, ac mysteria nostræ religionis evolvat, & annuntiet, pastoris operam in maximam crediti sibi gregis utilitatem cessuram, ejusdemque exemplum alios excitaturum ad vineam Domini Sabaoth pro viribus excolendam.

Hanc administrandæ Ecclesiæ quasi legem sibi dixerunt nedum Veteres, sed recentiores etiam Præsules beatorum Civium Albo adscripti; Carolus nempe Borromæus, Franciscus Salesius, Turribius, Alexander Sauli, quorum aliqui (ut literis consignatum est) cum gravioribus distenti, atque impediti curis adesse coram non possent, operæ, ac diligentiæ suæ Vicarium aliquem ex Canonicis, aut ex Sacerdotibus designabant, qui, susceptis pastoralis ministerii partibus, adolescentes ad omnia religionis officia fidei elementis informarent.

Optimum ergo, & ad profectum animarum maxime accommodatum erit Antistitis exemplum, si quod antea dictum est, id omni tempore, præsertim vero dum obit Dioecesim, in singulis Paræciis impleverit. Sed, ut quisque facile conjiciet, ad hoc vires ejus non suppetunt. Ideoque, ut propositum assequatur, necesse est, diligentia, quanta potest maxima curet, ne in aliis, quos tam laudabilis, tamque fructuosi operis Vicarios constituit, studium, ac sedulitas desideretur.

Duo potissimum onera a Tridentina Synodo Curatoribus animarum sunt imposita; alterum ut Festis diebus de rebus divinis sermonem ad populum habeant, alterum, ut pueros, & rudiores quosque divinæ legis, fideique rudimentis informent. Si statis diebus eam Parochi concionem habebunt, quæ non persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis obstrepat auribus, sed captui auditorum accommodata in eorum animos ostensione Spiritus illabatur; si mysterium aliquod annuntiabunt, in primis vero, quod eo tempore Ecclesia recolit, ea disserentes, quæ ad virtutem incitamento sint, & ad vitia fugienda, gra-

viora præsertim, & quæ fædius grassantur in populo; si diebus ipsis (hoc enim pariter debent suo muneri) pueros tanquam infantes modo genitos nutriant doctrinæ lacte, nunc hos, nunc illos interrogando, dubia, atque involuta explicando; si demum cum Apostolo attendant lectioni, exhortationi, & doctrinæ, ut perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus; fas est credere, exitum optatis respondere posse, & populum acceptabilem sectatorem bonorum operum facile extiturum.

Verum satis experientia compertum est, imparem esse solius Parochi laborem; cum nequeat unus omnes instruere, ubi doctoris diligentiam numerus vincit. Quoties tamen Episcopus toto animo, ac studio in Ecclesiam sibi commissam incumbet, nunquam necessariis, & opportunis destituetur auxiliis; semper enim inveniet, qui Tonsura initiari, qui per minorum, qui per sacrorum Ordinum gradus ad Sacerdotii fastigium promoveri, qui denique ad ecclesiastica beneficia viam sibi munire studeant. Gravissimis idcirco verbis (& verbis facta respondeant) affirmet Episcopus, nunquam se facturum, ut Tonsura inauguret grandiores ætate, aut minores præsertim vero

Ludimagistri discipulos suos, quam piæ feminæ puellas instituentes, sana incorrupta doctrina (Episcopo id potissimum urgente) tanquam pabulo vitæ nutriant, & confirment. Constat etiam, ipsum Episcopum posse, ac debere sacris Oratoribus quam diligentissime commendare, ut pro concione in parentum aures animosque ingerant, sua interesse, mysteriis nostræ religionis susceptam prolem imbuere; & si ad id minus idonei fuerint, filios in Ecclesiam adduci oportere, in qua divinæ legis præcepta explicantur. Pluribus itidem in locis pia, ac laudabilis, & ubi non sit recepta, inducenda consuetudo invaluit, ut Parocho idem munus prosequenti auxilium ferant laici, tum viri, tum mulieres in christiana institutione veluti adjutricem operam navantes, qui audiunt pueros, ac puellas orationem Dominicam, angelicam Salutationem, Symbolum Apostolorum, aliaque id genus memoriter pronunciantes. Alibi quoque sodalitia erecta sunt, quorum cura in explicanda christianæ religionis disciplina versatur, & quorum institutum nedum meritis laudibus cumulat san. mem. Pius V. in sua Constitutione, quæ incipit: *Ex debito*; sed in omnibus etiam Dioecesibus propagari enixe exposcit.

Quæ quidem omnia in unum collecta, si sedulo perpendantur, certum omnibus, atque exploratum erit, ubi multa sit messis, paucos nequaquam esse operarios, nec eos deesse, qui parvulis panem petentibus frangant.

Sed quia compertum est, non solum adolescentulos, illosque, qui confirmata sunt jam ætate, in divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam viros, ipsosque senes salutaris doctrinæ esse omnino expertes, vel quia nunquam illam perceperunt, vel jamdiu perceptam paullatim delevit oblivio; huic etiam malo provida Episcoporum occurret vigilantia, si operis sui Vicarios cogent, quæ parata sunt, remedia sedulo adhibere.

Ut autem ab iis, qui in prima sunt ætate, sermo institua-

fluentium Parochianorum numero celebrabitur. Quo vero ad parvas Ecclesias a parochiali longe sepositas, cum difficile admodum sit, Parochianos ob locorum distantiam, longum iter, atque asperum, hyemali praesertim tempore, cum pluviae inundant, parochialem adire, ibique divinis officiis interesse relicta Ecclesia proximiore; decernat Episcopus, gravibus etiam statutis poenis, quod Sacerdotes ibi operantes christianae doctrinae summam populo tradant, divinamque legem annuntient. Monendus tamen est Parochus, ne alienae operae nimium tribuat, sed videat ipse, quo loco res sint, cum pueri Sacramentum Eucharistiae, & Confirmationis, alii vero Matrimonii sibi administrari exposcant.

Praeterea sua etiam urbes habent impedimenta. Saepe enim contigit in aliis Ecclesiis, ac praesertim Regularium solemni ritu, magnaque populi frequentia, festum aliquem diem celebrari; ideoque si in Ecclesia parochiali summo mane, aut statim a prandio Catechismus habeatur, aut nemo, aut pauci admodum sunt, qui eidem Catechismo intersint, quique praescriptas horas non causentur. Sin vero captentur horae civitatis commodo magis appositae usu compertum est, populum ad Ecclesiam confluere, in qua festus dies agitur; & celebritate pompae illectum, doctrinam christianam non sine gravi animae detrimento deserere. In hoc articulo, quia certa, & communis regula praescribi non potest, id totum relictum esse volumus prudentiae vigilis Ecclesiae Antistitis, qui attenta loci, temporis, personarum qualitate, expensisque rerum omnium momentis ita studeat solemnis diei celebritatem cum doctrina christiana componere, ne alteri altera sit impedimento. Quod si Regulares, & exempti contradixerint, & sanctum hoc doctrinae opus, licet ab Episcopis prius admoniti, suis functionibus perturbare praesumpserint, nostram locorum Ordinariis auctoritatem, qua potimur in exemptos, pollicemur; nec alia Pontificiae vigilantiae deerunt remedia, ne parochiales Ecclesiae debitis fraudentur obsequiis. Plu-

Sacramento detergere. Curabit itaque Episcopus, ut Sacerdos excipiens confessiones fixum illud, immotumque animo semper habeat, invalidam esse absolutionem sacramentalem, quam quis ignoranti res necessarias necessitate medii, impertiatur, nec posse homines Deo per hujusmodi Sacramentum reconciliari, nisi prius, excussa huius ignorantiæ caligine, ad agnitionem fidei ducantur. Sedulo etiam animadvertet Confessarius in aliud tempus rejiciendam esse absolutionem illius, qui necessaria necessitate præcepti suo vitio nescit, & eo quandoque casu Pœnitentem absolvi posse, quo se vincibilis hujus ignorantiæ reum agnoscat, & accuset, ac intime dolens, tum a Deo veniam præcetur, tum Confessario serio promittat, operam se impense daturum, qua, divinæ gratiæ præsidio, discat etiam necessaria necessitate præcepti.

Hanc profecto christiani populi instituendi rationem si Pastores sibi proposuerint, si eorum consilia, labores, & studia ad propositam methodum duxerint referenda; sperare fas est, fide, & opere gregem ita in dies profecturum, ut coædificentur in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

At vero cum maximi momenti ea res sit, nullaque alia ad Dei gloriam, & ad animarum salutem utilius instituta, mirari nemo debet, quod plurima passim objiciantur impedimenta. Sitæ quandoque sunt in agro parvæ, humilesque Ecclesiæ, aliæ parochiali proximæ, aliæ vero longo intervallo disjunctæ, ad quas diebus festis patresfamilias una cum liberis accedunt Sacerdotem sacris operantem audituri; ex quo fit, ut suæ Parochiæ nunquam fere intersint, nec ullum de mysteriis fidei, de præceptis, de Sacramentis verbum accipiant. Episcopus huic malo occurret, suamque objiciet auctoritatem. Et primo quidem, quoad parvas Ecclesias parochiali proximas, expressa lege caveatur, ne quis antea Sacrificium faciat, quam Parochus Missam celebraverit, sermonem habuerit, cæterasque sui muneris partes absolverit. Hoc enim pacto Ecclesia parochialis con-

præfinito; Epiſcopus ſuæ non minus, quam alienæ ſalutis ſtudioſus. provide ſtatuat, ut in Parochiis tum urbis, tum Diœceſis rectores animarum poſt Miſſam feſto die celebratam, ſtatim ante aram provoluti clara, & intelligibili voce dictos virtutum actus eliciant; & præire ſatagant populo verba ab ipſis prolata devote reddituro. Hoc enim pacto fideles ſenſim illos memoriæ mandabunt, & aſſueſcent nedum feſtis, ſed aliis etiam diebus in hac pia exercitatione verſari.

Saluberrimas has erudiendi gregis rationes, quas vobis, venerabiles Fratres, per hæc Apoſtolica ſcripta notas eſſe volumus, quiſque veſtrum facile intelliget, conſonas eſſe Monitis noſtris Paſtoralibus prælo jam demandatis, cum ſponſam noſtram Bononienſem Eccleſiam paterna charitate cominus amplecteremur; illaſque præterea ex pontificiis Conſtitutionibus hauſtas eſſe, & ſpectabilium Antiſtitum teſtimonio, & exemplo comprobatas. Quia vero maximam inde utilitatem proficiſci, experimento cognovimus; quo majori poſſumus ſtudio, vos hortamur, & admonemus, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri enixe obteſtamur, ut pro injuncto vobis Paſtoralis miniſterii de-

CONSTITUTIO IX.

De Missa a Parochis applicanda pro populo, deque reverenti divini officii in choris recitatione.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum semper oblatas nobis occasiones Apostolica scripta dirigendi ad Fraternitates vestras libenter amplectimur, ut sinceræ nostræ erga vos dilectionis argumenta frequenter eluceant, tum vero majori animi alacritate idipsum præstamus, quum ad excitandum Fraternitatum vestrarum zelum pro conservatione rectæ disciplinæ in Clero regimini vestro commisso præsentibus rerum, aut temporum conditionibus commovemur. Nec enim impositum imbecillitati nostræ omnium Ecclesiarum solicitudinis onus aliter sustinere nos posse confidimus, quam si divini Cultus augmentum, atque exactam ecclesiasticarum sanctionum in singulis Diœcesibus custodiam religiosæ vigilantium Pastorum curæ identidem inculcando commendemus.

Hujus porro Epistolæ ad vos scribendæ occasionem nobis atque argumentum in primis præbet onus illud, quod omnibus animarum curam gerentibus incumbit, applicandi Missam parochialem pro populo ipsorum curæ commisso; tum etiam applicatio Missæ conventualis, quæ pro Benefactoribus in genere facienda est ab iis, qui Missas canunt in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegitatis; tum vero debitum psallendi, quo tenentur Canonici prædictarum Ecclesiarum choro assistentes. Cujus quidem argumenti minime nova, sed a scriptoribus frequenter habita tractatio est, cumque ea res in hujus almæ urbis nostræ Congregationibus, & potissimum in Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii

Tri-

Tridentini Interpretum, cujus Secretarii munere olim in minoribus constituti multos annos perfuncti sumus, multoties discussa, ac definita fuerit, quamvis earumdem Congregationum Decreta, plerumque circa eam uniformia, & sibi consona prodierint, eorumque Decretorum nonnulla etiam Pontificiam Prædecessorum nostrorum approbationem, & confirmationem meruerint; minime tamen mirandum esset, eorum notitiam ad singulos quosque vestrum adhuc non pervenisse. Quapropter non modo opportunum, verum etiam necessarium duximus, Encyclicam hanc Epistolam ad vos scribere, per quam, sublata demum diversarum, in quas scriptores abierunt, opinionum varietate, constans hujus Apostolicæ Sedis sententia prædictis de rebus cuilibet innotescat, & Fraternitatibus vestris quædam veluti norma, ac regula suppetat, juxta quam synodales, aliasque vestras circa præmissa Constitutiones, Ordinationes, seu Edicta, quorum publicationes vobis injungimus, dirigere valeatis. Eorum vero executionem, dum juxta ea, quæ in præsentibus tenenda, atque servanda præscribimus, omni qua decet, solicitudine, ac vigilantia, urgere studebitis, minime

„ divino mandatum sit omnibus, quibus animarum „ cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sa- „ crificium offerre ? & quamvis minime defuerint, qui per inanes, & frivolas interpretationes hujusmodi obligationem a sancta Synodo memoratam de medio tollere, vel saltem extenuare contenderint; quum tamen relata Concilii verba satis clara, & perspicua sint, cumque prædicta Congregatio ejusdem Concilii interpretationi privative præposita, constanter edixerit, eos, quibus animarum cura demandata est, non modo sacrificium Missæ celebrare, sed illius etiam fructum medium pro populo sibi commisso applicare debere, nec illud pro aliis applicare, aut pro hujusmodi applicatione eleemosynam percipere posse, quodque magis interest, cum hæc intelligentia a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus approbata fuerit, & confirmata; nihil jam amplius ulli Vestrum desiderandum superest, ut eam amplecti, eidemque obsequi, necnon illius promptam executionem in vestris respective Diœcesibus omni studio procurare debeatis.

Neque Nos tamen, qui, ut superius innuimus, in minoribus adhuc degentes munus Secretarii prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis plures annos obivimus, aliosque non paucos partim in Anconitanæ Cathedralis, partim in Metropolitanæ Bononiensis patriæ nostræ dilectissimæ, quam adhuc retinemus, gubernatione assidue transegimus; non, inquam, Nos latent multiplicis generis effugia, per quæ nonnulli prædictæ obligationis implementum declinare satagunt, quibusque proinde opportune a nobis est occurrendum.

Quum enim sacrum Tridentinum Concilium, ne animarum cura negligatur, non uno in loco Episcopis mandet, ut quotiscumque opus fuerit, idoneos Vicarios cum certorum fructuum assignatione ad eamdem curam exercendam eligant, ac deputent, uti videre est in Sess. 6. c. 2. Sess. 7. c. 3. & 7. Sess. 21. c. 6. Sess. 25. c. 16. non raro autem eveniat, ut, aliqua Ecclesia

paro-

[illegible] ad implenda hujus [illegible] electionem ab [illegible] eodem Concilio Tridentino [illegible] cap. 13. de Reform. nonnulli [illegible] simplex a præcitis [illegible], ex eo quod . caput . cum [illegible] actualem dantu[illegible] ad nutum amovi[illegible] curæ sint adn[illegible] de Parochis regularibus, [illegible] pro populo nonnul[illegible] nostra, & [illegible] etiam plurima prætendant Con[illegible], quod om[illegible] exercent, [illegible] Vicarii seculares. vere n[illegible] regulares [illegible]. om[illegible] est atque alii [illegible] & [illegible] mentione [illegible] applicare [illegible] cura commisso.

Nonnulli vero ad evitandum hujusmodi obligationis implementum allegare solent, congruos sibi Paro-

[redacted]

habentes Missæ Sacrificium pro populo sibi commisso applicare debere, non ideo statuere volumus, eosdem aut quotidie, aut quotiescunque celebraverint, ad prædictam applicationem pro populo teneri. Et quidem sacrosancta Synodus Sess. 23. cap. 24. præcipit Episcopis curare, ut Sacerdotes saltem diebus Dominicis, & Festis solemnibus Missarum sacra faciant: *Si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas celebrent.* In pluribus autem synodalibus Episcoporum Constitutionibus novimus provide constitutos, ac designatos esse dies, quibus animarum Pastores Missas celebrare debent. At vero nos id unum in præsenti suscepimus decernendum, quando nimirum iidem pro populo celebrare, & applicare teneantur; & quamvis compertum habeamus id, quod alias a Congregatione Concilii responsum fuit Parochum nempe pinguibus redditibus dotatum quotidie pro populo celebrare, & applicare debere; eum vero, qui uberioribus hujusmodi redditibus non gaudeat, festivis tantum diebus id ipsum præstare teneri; cum tamen pariter nobis perspectæ sint tum controversiæ super hoc ipso exortæ, nimirum ad quam summam pertingere debeant Ecclesiæ parochialis proventus, ut pingues, & uberes appellari possint; quoniam pingues minime habendi sunt redditus etiam copiosi, quibus tamen multiplicia, & gravia sint onera annexa; tum etiam multorum querelæ adversus hujusmodi Decretum, tanquam plus æquo rigidum, excitatæ, nobis innotescant; idcirco opportunum censuimus Fraternitatibus vestris declarare, nobis abunde satisfactum fore, vobisque proinde satis esse posse, dum ii, qui animarum curam excercent, Sacrificium Missæ pro populo celebrent, atque applicent, in Dominicis, aliisque per annum diebus Festis de præcepto; cum prædicti Dominici, aliique Festi dies ii sint, in quibus juxta præceptum Conc. Trid. Sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. quilibet animarum curæ præpositus populum sibi commissum salutaribus verbis pascere debet docendo ea, quæ scire omnibus neces-

 sarium

sarium est ad salutem; iidemque sint dies, de quibus eadem sancta Synodus statuit, ut moneat Episcopus, populum diligenter teneri unumquemque Parochiæ suæ interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei, & quibus Parochi subditos suos in doctrina christiana erudire debent, juxta id, quod a prædicto Concilio in cit. cap. 4. Episcopis præcipitur, ut nempe saltem Dominicis, & aliis festivis diebus pueros in singulis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curent.

Et quia in nonnullis Diœcesibus numerus dierum Festorum de præcepto, de Apostolica nostra auctoritate, & consensu, eatenus est imminutus, ut nempe in aliquibus Festis Christi fideles, & Missam audire, & ab operibus servilibus abstinere debeant, in aliis vero populo permissum sit opera servilia exercere, firma remanente obligatione audiendi Missæ Sacrificium: Nos, ut obortæ jam dubitationes circa onus applicationis Missæ parochialis in hujusmodi diebus Festis penitus eliminentur, statuimus, & declaramus, quod etiam iisdem Festis diebus quibus populus Missæ interesse debet, & servilibus operibus vacare potest, omnes animarum curam gerentes Missam pro populo celebrare, & applicare teneantur.

Quia vero propria nonnunquam experientia satis agnovimus, aliquos esse Parochos adeo pauperes, ut ferme ex eleemosynis, quas a fidelibus pro Missarum celebratione accipiunt vivere cogantur; eos vero qui Ecclesia parochiali vacante, ad animarum curam exercendam sub Vicarii, seu Oeconomi nomine deputantur, aliquibus in locis adeo illiberaliter tractari, ut exigui redditus ipsis constituti, & pauca incerta emolumenta eisdem obvenientia ægre ad eorum vitæ necessaria sufficiant; quod iis quoque non raro evenire solet, qui in aliquibus Ecclesiis, habituali cura apud alios manente actuali tantum exercitio sunt addicti; proindeque cum istis severe nimis agi videretur, si diebus Festis, quibus potissimum

ha-

hujusmodi occasio se offert, eisdem vetitum esset eleemosynam pro applicatione Missæ recipere; idcirco Nos tam istorum, quam illorum inopiam summopere miserantes, eisdemque, quantum nobis integrum est, consulere volentes; quamvis, ut supradictum est, omnes, & singuli prædicti teneantur diebus Festis Missam pro populo celebrare, & applicare; attamen, quod pertinet ad prædictos Parochos egentes, unicuique vestrum facultatem concedimus, cum iis, quos revera tales esse noveritis, opportune dispensandi ad hoc, ut etiam diebus Festis hujusmodi eleemosynam ab aliquo pie offerente recipere, & pro ipso Sacrificium applicare, quatenus id ab eo requiratur, libere, & licite possint, & valeant; dummodo ad necessariam populi commoditatem in ipsa Ecclesia parochiali Missam celebrent; ea tamen adjecta conditione, ut tot Missas infra hebdomadam pro populo applicent, quot in diebus Festis infra eamdem hebdomadam occurrentibus juxta peculiarem intentionem alterius pii Benefactoris obtulerint.

Quod autem spectat ad Vicarios sive Oeconomos Ecclesiarum vacantium, quum a sacro Tridentino Concilio citat. Sess. 24. cap. 18. cuilibet Episcopo tribuatur facultas eos deputandi, & constituendi; *Cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione*; vestrum erit venerab. Fratres, cum iis agere, qui vacantis Ecclesiæ fructus exigunt, ut egenti Vicario, qui exigua ejusmodi certorum fructuum assignatione, paucisque incertis proventibus gaudeat, congruum aliquod augmentum præbeatur pro onere celebrandi, & applicandi Missam pro populo diebus festis. Quapropter pro iis locis, in quibus Ecclesiarum vacantium fructus ad commodum Cameræ nostræ apostolicæ exiguntur, opportuna Thesaurario nostro generali mandata dirigimus, quæ is denuntiare non prætermittet peculiaribus dictorum locorum collectoribus, cum quibus Episcopi ecclesiasticæ nostræ Ditionis, cæterorumque locorum, in quibus, ut præfertur, Ecclesiarum vacantium fructus ad Came-

ram prædictam pertinent, officii ſui partes in eum finem, de quo ſupra diximus, interponere debebunt.

Ac demum quoad illos, qui tanquam Vicarii, ſive perpetui, ſive ad tempus conſtituti, animarum curam adminiſtrant, quæ apud alios habitu reſidet ratione alicujus Eccleſiæ parochialis, ipſorum Eccleſiis, ſeu Monaſteriis, Collegiis, aut locis piis olim unitæ, quamvis a recol. mem. Prædeceſſore noſtro S. Pio Papa V. præfinita fuerit certa pars fructuum hujuſmodi Vicariis aſſignanda, prout in ipſius Conſtitutione, quæ incipit: *Ad exequendum*, data Kalendis Novembris anni MDLXVII. diſtincte ſtatuitur; nihilominus ubi præſcripta fructuum portio vel nullo modo, vel non integre Vicariis prædictis aſſignata reperiatur, vel etiam ubi ea, quæ ad normam prædictæ Congregationis eiſdem fuerit attributa, minime ſufficiens a vobis reputetur propter temporum circumſtantias, & ſignanter pro implendo onere celebrandi, & applicandi Miſſam pro populo diebus Feſtis de præcepto, utendum vobis erit poteſtate, quam fecit Epiſcopis Synodus Tridentina Seſſ. 7. cap. 7. dum illorum arbitrio permiſit juxta temporum, atque injunctorum onerum rationem congruam prædictis Vicariis fructuum portionem aſſignare; quam ob cauſam Nos etiam Fraternitatibus veſtris, quatenus opus ſit, neceſſarias omnes, & opportunas facultates impertimur, quibuſcunque appellationibus, privilegiis, aut exemptionibus, ut in eodem Concilio ſancitur, adverſus ea, quæ ſalubriter a vobis conſtituta fuerint, minime ſuffragantibus.

Hæc igitur circa Miſſam parochialem ſtatuenda, & Fraternitatibus veſtris denuntianda judicavimus. Indeque gradum facientes ad ea, quæ pertinent ad Miſſam conventualem, neminem veſtrum latere putamus ſacrorum Canonum ſanctiones, quibus præcipitur, ut ſingulis diebus in Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis tum horæ Canonicæ debitis modo, & forma recitentur, tum etiam Miſſa conventualis celebretur, quæ adeo claræ

ſunt,

ſunt, ut nulla ſuper iis oriri poſſit dubitatio. Eaque de re perſpicuæ pariter, & per omnia uniformes exiſtunt reſolutiones ab hac Congregatione vener. Fratrum noſtrorum Concilii Tridentini Interpretum repetitis vicibus emanatæ, quas omnes Apoſtolica auctoritate noſtra confirmamus, & approbamus, earum executionem vobis enixe inculcantes; ut ſcilicet Miſſa conventualis, quæ ſingulis diebus canitur a Clero prædictarum Eccleſiarum, pro earumdem Benefactoribus in genere quotidie applicetur; eodem prorſus modo, quo Miſſam parochialem ab iis, qui curam animarum gerunt, pro populo ſibi commiſſo, ſingulis ſaltem diebus feſtis de præcepto applicari debere, ſuperius declaravimus. Itaque date operam, ut falſam quorumdam opinionem eliminetis, quam in aliquibus Eccleſiis ejuſmodi, ſive dolo malo, ſive per errorem invectam eſſe novimus; quod nempe dum Miſſa conventualis pro certo aliquo Eccleſiæ Benefactore, vel grati animi ergo, vel ex vi oneris impoſiti celebratur, & applicatur, ſatis impletum cenſeatur debitum applicationis Miſſæ conventualis. Etenim hujuſmodi debitum non quidem reſpicit ſingulares aliquos Benefactores, ſed Benefactores in genere cujuslibet Eccleſiæ, cujus ſervitio addicti ſunt quicunque in eadem ſive Dignitates, ſive Canonicatus, ſive Manſionariatus, ſive Beneficia choralia obtinent, & Miſſam conventualem ſuis reſpective vicibus celebrant.

Neque minus improbandam noveritis aliorum ſententiam, qui ſatis putant ſupradictam obligationem impletam eſſe, dum in eorum Eccleſiis pro Benefactoribus in genere aliquæ interdum preces fiunt, vel anniverſaria ſtatis diebus Sacrificia pro illis peraguntur. Nemo enim id ſibi arrogare debet, ut impoſitæ obligationi alia ratione ſatisfacere poſſit, quam ea, quæ a lege eccleſiaſtica multoties præſcripta fuit; nimirum Miſſam conventualem ſingulis diebus pro Benefactoribus celebrando, eamdemque pro illis in genere applicando.

Profecto non ſolum prioribus Eccleſiæ ſeculis, verum

perſpecto ex veſtris relationibus rerum ſtatu, auctoritate Apoſtolica a Prædeceſſoribus noſtris eidem impartita, & a nobis etiam præſentium tenore confirmata quotidianam applicationem Miſſæ conventualis pro Benefactoribus in genere, ut alias, ad Feſtos tantummodo dies reducere.

Non modo Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis injunctum reperitur, ut quotidie Miſſa conventualis in illis canatur, ſed etiam in Rubricis generalibus, quarum exactiſſimam Fraternitatibus veſtris cuſtodiam commendamus, præſcribitur, ut certis diebus non una, ſed binæ, atque etiam aliquando tres Miſſæ conventuales uno die celebrentur. Itaque cum nuper a nobis dictum fuerit, primam Miſſam conventualem quotidie pro Benefactoribus in genere celebrandam, & applicandam eſſe; nunc expendendum ſupereſt, an earumdem Eccleſiarum Capitula juriſdictioni veſtræ reſpective ſubjecta adigere debeatis, ut alias quoque Miſſas, ſi plures, ut præfertur, celebrari contigerit, pro Benefactoribus in genere ſimiliter applicent.

Hujuſmodi quæſtio ab aliquibus ex vobis eccleſiaſtico zelo flagrantibus ſupradictæ Congregationi venerabilium Fratrum noſtrorum Concilii Tridentini Interpretum propoſita eſt. Jamque ante illius propoſitionem compertum fuerat, alias ab eadem Congregatione reſponſum fuiſſe, concedendam eſſe exemptionem ab onere applicandi ſecundam, & tertiam Miſſam conventualem pro Benefactoribus in genere, attenta Canonicatuum, & beneficiorum tenuitate; ex quo inferri poterat, hujuſmodi applicationis debitum manere, ubi de Eccleſiis pauperibus non ageretur. Verum quum hanc definiendæ quæſtionis regulam apud prædictam Congregationem non admodum veteri obſervantia firmatam probe noverimus, cumque hujuſce dubii ſolutionem eadem Congregatio nuper judicio noſtro remittendam cenſuerit; Nos ita judicamus, idque vobis tenendum indicimus, laudandos nempe, & confirmandos eſſe, quotquot ſponte ſua ſecundam,

aut

aut tertiam conventualem Missam pro Benefactoribus in genere applicant; qui vero idem agunt ex vi consuetudinis in ipsorum Ecclesia vigentis, iis imperandum, ut in ea consuetudine perseverent. Ubi vero id usu receptum non invenitur, liberam omnino secundæ, tertiæque Missæ conventualis applicationem celebrantibus relinquendam esse, dummodo in commemoratione pro Defunctis, Ecclesiæ Benefactorum in genere non obliviscantur.

Huic demum Epistolæ nostræ finem imponentes, fraternitates vestras enixe hortamur, ut maximam curam, & vigilantiam in id conferatis, ut in Ecclesiarum vestrarum choris, præter devotam celebrationem debitamque applicationem Missæ conventualis, Horæ canonicæ non præpropere, sed exacte, pausa nempe interposita, & maxima, qua decet, reverentia, ac religione canantur. Equidem scimus, in aliquibus Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis inter Canonicos eam opinionem invaluisse, ut se munus suum satis implere contendant, dum Choro præsentes assistant, licet ipsi sibi silentium imperent, neque psallentibus Beneficiatis, aut Mansionariis in cantu se adjungant. In hujusce vero opinionis confirmationem adduci ab iisdem solent inveteratæ consuetudines, statuta peculiaria, aut etiam prætensa Ecclesiarum suarum privilegia. At quum Synodus Tridentina Sess. 24. cap. 12. loquens de Dignitatibus, & Canonicis, qui Choro interesse debent, unum ex eorum officiis esse dicat: *In Choro ad psallendum instituto, Hymnis, & Canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare*; quumque pauca omnino sint Capitula, in quibus eo modo a Canonicis in Choro non assistitur, ideoque receptæ in universa Ecclesia disciplinæ, paucos illos adversari, dignoscatur; quum insuper opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini Interpretationi præposita examinata sit, quin statim explosa fuerit, & improbata, quamvis præsumptis consuetudinibus, aliisque fundamentis, & rationibus innixa perhiberetur, Canonicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium

xat Confessarius deputetur, qui Sacramentales confessiones universæ earum Communitatis excipiat, neque liceat unicuique Moniali peculiarem Confessarium pro libito sibi deligere; sed hoc duntaxat nobis propositum est constituere, ut si quando generalis hujusmodi legis rigor in peculiaribus casibus, non sine animarum detrimento, aut periculo servari posse videatur, in promptu sit opportunæ dispensationis, & indulgentiæ remedia occurrentibus necessitatibus admovere.

Sane jamdudum S. Thomas Aquinas scholarum Princeps, Ecclesiæque Doctor, in supplemento tertiæ partis, q. 8. art. IV. ad sextum; sive in quartum Sententiarum, ex quo commentario desumptum est hujusmodi supplementum, hoc Superioribus monitum dedit, ut subditis suis, quibus certum, & unicum Confessarium designare solent, haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata sua alteri Sacerdoti; propterea quod multi infirmi, & imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent sine Sacramentali expiatione ex hac vita migrare, quam ipsa peccata certo alicui Sacerdoti a Superiore designato aperire. Jam vero sacrosancti Concil. Trident. Patres hanc legem districte sanxerunt, Sess. 25. cap. 10. de Regul. ut Episcopi, aliique monasteriorum Prælati subjectis sibi Monialibus Confessarium extraordinarium duabus, aut tribus vicibus in singulos annos exhibere debeant, per hæc verba: *Præter ordinarium autem Confessorem alius extraordinarius ab Episcopo, aut aliis Superioribus, bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat.* Quod quidem non alia de causa præscriptum fuit, quam quia satis constabat, nonnullas aliquando Moniales esse, quæ nulla ratione adduci possunt, ut aliquod peccatum suum ordinario Confessario confiteantur; adeo ut necesse omnino sit alterius Confessarii copiam ipsis suppetere, ut apud hunc de peccatis suis integre, rite, atque utiliter confiteri possint. Id ipsum probe animadvertit magnus Ecclesiæ Dei Sacerdos S. Carolus Borromæus, qui

præ-

prædicti Concil. Trident. absolutionem ope sua plurimum juvit, ejusque executionem, & observantiam in sua Mediolanensi civitate, & provincia non. sine immensis laboribus, & curis invexit; is enim hac de re decrevit: „ Præterea Superiores ex Decreto sacri Tri„ dentini Concilii quot annis idoneum Confessorem „ extraordinarium Monialibus sibi subjectis exhibeant, „ cui curent, ut universæ confiteantur, ut quæ hujus„ modi indigent medicina propter aliquem occultum „ animæ morbum, neque ipsæ eam postulare, aut ac„ cipere ab usitato Confessore unquam auderent, libe„ rius mederi suis malis possint, ac diaboli laqueos „ evadere, una cum reliquis Confessario novo sua pec„ cata confitendo. Uti legere est in actis Ecclesiæ Mediolanen. impre. anno 1599. pag. 53. in editione autem Lugdunensi Tom. I. pag. 46.

Porro quicunque Conciliaris Decreti sensus penitus introspexerit, non modo salutarem illius providentiam facile agnoscet, sed & circumspectam ejusdem æquitatem mirari debebit. Superioribus enim tantummodo injungitur, ut duabus, tribusve vicibus infra annum Confessarium extraordinarium Monialibus exhibeant: *Bis aut ter in anno offeratur.* Hujusmodi autem Confessarius jubetur earum omnium confessiones excipere, quotquot eidem confiteri velint; *Qui omnium Confessiones audire debeat.* Neque tamen omnibus, & singulis Monialibus præcipitur, ut peccata sua extraordinario Sacerdoti confiteantur. Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in monasterio, tam scilicet a Superiossa, cæterisque Monialibus Professis, atque Novitiis, quam a secularibus, quæ vel educationis causa, vel alio titulo in eodem monasterio cum debitis facultatibus commorantur, nisi ut extraordinario Confessario singulæ se sistant sive ad Sacramentalem confessionem apud ipsum, si placuerit, peragendam, sive ad salutaria monita, etiam extra Sacramentalem Confessionem ab ipso accipienda. Atque ita prudentissime consultum est, ne si Moniales aliquæ extraordinarium Confessarium adirent, aliæ autem eorum ipso non

com-

comparerent, suspiciones, atque oblocutiones excitarentur, & illæ quidem censerentur necessarias habuisse causas, ob quas ad extraordinarii opem confugere coactæ essent; aliæ vero ab hujusmodi necessitatibus, & causis immunes judicarentur. Quam agendi rationem communi Doctorum calculo comprobatam san. mem. Prædecessor noster Clemens Papa XI. Edicto suo (quod est XV. in secunda parte ipsius Bullarii) inviolabiliter servari mandavit, eamdem omnium Dioecesium consuetudo recepit. Nec aliud Nobis hac in re addendum superest, nisi, ut vener. Fratres nostros Ecclesiarum Antistites enixe hortemur, ut quamvis Tridentina Synodus de solis claustralibus Monialibus in præmisso Decreto loquatur; nihilominus eamdem disciplinæ formam observent tam cum aliis Monialibus, quæ licet clausuræ legibus minime astrictæ sint, in communitate tamen vivunt, quam cum aliarum quarumcunque Mulierum, aut Puellarum coetibus, seu conservatoriis; quoties tam illæ, quam istæ, unicum ordinarium poenitentiæ Ministrum a Superioribus designatum habeant. Quæcunque enim circa Moniales in rigorosa clausura viventes cavenda sunt, eadem in aliis quibuscunque Mulieribus sive regularibus, sive secularibus in communitate, aut collegio degentibus, locum habere possunt; ideoque pari providentia iisdem remediis arceri, aut emendari debent. Et nos quidem, quum hanc consuetudinem *offerendi* Confessarios extraordinarios bis, aut ter in anno singulis tam Monialium non claustralium communitatibus, quam piis aliarum Puellarum, aut Mulierum coetibus, & communitatibus, in nostra civitate, & Dioecesi Bononiensi induxerimus (qua de re extat Edictum nostrum num. 56. inter pastorales Institutiones italico primum sermone a nobis vulgatas, deindeque in latinum conversas) omnibus testari possumus, vel potius debemus, uberem spiritualium utilitatum messem Nos inde evidenter collegisse.

Quum vero super relati Conciliaris Textus intelligentia nonnullæ quæstiones alias excitatæ, eædemque jam pri-

pridem per opportuna Sedis Apostolicæ Decreta definitæ fuerint, operæ pretium ducimus hujusmodi definitiones ab omnibus, ad quos spectat, omnino tenendas, atque servandas, his nostris Apostolicis literis complecti, & auctoritatis quoque nostræ robore communitas, in prædictorum omnium notitiam deducere. Et primo quæsitum fuit, ad quem Superiorem pertineat extraordinarium Confessorem Monialibus deputare, atque offerre? Sed facilis fuit responsio, quam Nos quoque Decreto nostro ratam habemus; hujusmodi scilicet deputationem ad eum regulariter spectare, ad quem pertinet Confessarii ordinarii electio, & deputatio; ideoque Episcopus, sive Ordinarius loci, qui Monialibus sibi subjectis Confessarium ordinarium dare consuevit, idem Confessarium extraordinarium bis, aut ter in anno ad normam Tridentinæ sanctionis eisdem offerre tenetur. Prælatus vero regularis, ad quem pertinet ordinarium Confessarium subditis sibi Monialibus, servata Apostolicarum constitutionum forma, designare, & constituere, ipse etiam eisdem extraordinarium Confessarium in vim præfati Decreti, & juxta easdem Constitutiones, duobus, aut tribus per annum temporibus exhibere potest, ac debet.

Quæ tamen ideo regulariter obtinere diximus; quia si Episcopus aliquis (quod Deus avertat) adeo hac in re negligens esset, ut Monialibus suis, bis, terve in anno extraordinarii Confessarii copiam facere prætermitteret, obtendens, ut moris est, nullam hac de re Monialibus ipsis solicitudinem, aut curam esse; tunc volumus dil. Fil. nostrum S. R. E. Cardinalem modernum, & pro tempore existentem majorem Pœnitentiarium, statim ac pro parte Monialium hujusmodi requisitus fuerit, ordinarii Pastoris negligentiam supplere debere, earumque monasterio extraordinarium Confessarium ex eorum tamen numero, qui ad excipiendas Monialium confessiones ab ipso Ordinario loci approbati fuerint, cum omnibus necessariis, & opportunis facultatibus concedere, & deputare. Quod si Prælatus regularis eamdem Conci-

cilii legem de Confessore extraordinario bis, aut ter in anno Monialibus sibi subjectis exhibendo similiter implere neglexerit, tunc locus fiet Decreto Congregationis S. R. E. Cardinalium ad ipsius Concilii interpretationem, & executionem auctoritate Apostolica deputatorum', quo scilicet eadem Congregatio ad quæstionem ab Episcopo Vercellensi propositam die 23. Augusti anni 1631. rescripsit, ut infra. Episcopus Vercellen. supplicat sibi responderi, an deputatio Confessarii extraordinarii Monialium Regularibus subjectarum spectet ad Ordinarium loci. Sacra Congregatio censuit „ ad Episcopum non pertinere, „ nisi in casu negligentiæ eorumdem Regularium, ut videre licet Decretor. lib. 14. pag. 493. Nec aliter respondit quæstionibus ab Episcopis Belgii exhibitis, die 6. Aprilis anno 1647. ut legitur Decret. lib. 18. pag. 32. Quæ quidem Rescripta, & Decreta Nos etiam præsentium tenore, & Apostolica auctoritate in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus.

Quum autem Tridentina Synodus de universa quidem Monialium communitate, ut supra, decreverit, sed nihil de singulis Monialibus statuerit, ut patet legenti Textum citati capitis X. utque etiam jam usque ab anno 1585. judicatum fuit ab ipsa Congregatione Cardinalium Concilii Interpretum, per subsequens Rescriptum, quod extat. Decret. lib. 4. pag. 90. „ Sacra &c. censuit, extraordinarium Confessorem offerendum non alicui Moniali singulariter, „ sed omnibus Monialibus universe, ut omnium Confessiones audire debeat; in arbitrio tamen cujusque „ Monialis esse, ut Confessario extraordinario velit „ confiteri: hinc ortum habuit alterum controversiæ, seu dubitationis caput; an scilicet, ubi jam universæ communitati bis, terve infra annum Confessarii extraordinarii copia facta est, nihilominus aliqua Monialis Confessarium peculiarem extra ordinem sibi concedi petit, an, inquam, hujusmodi petitioni sit indulgendum. Id autem primo loco quæsitum fuit, pro-

proposito casu Monialis graviter ægrotantis, quæ in mortis periculo pro spirituali consolatione postulet alium Sacerdotem, qui tunc non sit ordinarius monasterii Confessor, suprema sibi ecclesiasticæ pietatis officia, & pœnitentiæ Sacramentum ministrare. Huic annuendum facile esse, prædicta Congregatio pluries judicavit, ut videre est ipsius Decret. lib. 18. pag. 522. a tergo sub die 6. Aprilis 1647. & eodem libro pag. 586. die 22. Februarii anni 1649. Quæ pariter Decreta a nobis præsentium tenore approbantur, & confirmantur, ut scilicet Episcopi subjectis sibi Monialibus in gravi infirmitate constitutis, & id expetentibus, peculiarem Confessarium concedere debeant; iidemque etiam idipsum præstent erga Moniales regularibus Prælatis subjectas, quum aliqua ex illis a suo Superiori regulari hujusmodi gratiam impetrare non potuerit. In hoc autem casu nihil statuitur de Cardinali majore Pœnitentiario, non ideo, quia nequeat is pro singulis Monialibus idem facere, quod supra diximus, eumdem pro toto monasterio facere posse; sed quia tunc, ob temporis angustias interclusa præsumitur via recurrendi ad ipsius officium. Quod si nihilominus ipsius adeundi tempus, & modus suppetat; ad eum pertinebit, eadem prorsus ratione peculiaribus supplicantium necessitatibus providere, qua dictum est superius, universæ religiosæ communitati ab ipso consulendum esse.

Actum deinde fuit de peculiaribus quibusdam Monialibus, quæ nec corpore infirmæ, nec morti proximæ ordinario tamen Ministro confiteri obfirmate recusant. Istarum quoque animi debilitas commiseranda est, & sublevanda; adeoque, ubi earum reluctantia superari nequeat, Confessarius extra ordinem deputandus est, qui earum confessiones peculiariter excipiat. Id vero circa Moniales Episcopo, sive Ordinario loci subjectas ab ipso Ordinario præstari debet. Quod autem ad illas pertinet, quæ regulari regimini subsunt, ad regularem Prælatum pertinet, servatis servandis, peculiarem ipsis destinare

Confessarium ex approbatis ab Ordinario ad confessiones Monialium; vel si Sacerdos ille, cui ejusmodi Monialis confiteri cupit, pro illis non sit approbatus, cum ipso Ordinario agendum erit, ut pro excipienda saltem illius Monialis confessione, & pro tot vicibus, quot expedire judicabitur, eumdem approbet. Sin autem contingat (neque id adeo rarum est) ut regularis Superior ad concedendum hujusmodi Confessarium extraordinarium Moniali communem Confessarium recusanti nullo pacto adduci possit; jam huic casui provisum est per Decretum anno 1573. a prædicta Congregatione Concilii editum, & a fel. record. Gregorio Papa XIII. tunc Apostolicum Thronum obtinente approbatum, & confirmatum, quod nunc iterum confirmationis nostræ auctoritate roboramus. Decreti verba relata lib. 1. Decretorum ipsius Congregationis pag. 66. a tergo, hæc sunt: „ Monialis per aliquod tempus noluit confiteri Confessariis „ regularibus. Dubitatum fuit, an Episcopus Regiensis „ posset dare dictæ Moniali Confessorem alterius ordinis regularem, vel secularem, cui illa semel, vel plu- „ ries confiteatur peccata sua, & a quo absolvi possit? „ Sanctiss. Dominus noster, etiam ex sententia Congregationis Concilii, declaravit, dictum caput decimum ita esse intelligendum, ut etiam possit Episcopus „ concedere Confessarium alterius ordinis, vel seculare.

Præterea nihil obstat quominus ipsa *Monialis* recursum habeat ad Cardinalem majorem Pœnitentiarium, a quo ipsi providendum erit, ut supra dictum est; per deputationem Confessarii ex approbatis ad Moniales, apud quem illa confiteatur.

Quæsitum denique fuit de Monialibus illis, quæ neque ægrotant, neque recusant ordinarium pœnitentiæ Ministrum a monasterii Prælato pro universa communitate deputatum; verum pro majori animi sui quiete, atque ulteriori in via Dei progressu facultatem petunt confitendi aliquoties Sacerdoti ad excipiendas Monialium confessiones jam approbato. Qua de re non semel nobis in minori statu degentibus accidit,

ut

ut cum aliquibus Episcopis, aut regularibus Monialium Superioribus agere debuerimus. Porro in aliquos ex iis incidimus plus nimio severos, qui aspera quadam verborum brevitate respondebant; quod quum Moniali postulanti libera fuisset facultas confitendi extraordinario Sacerdoti, qui universæ communitati non semel eo anno jam datus fuerat, tunc oportebat eam conscientiæ suæ consuluisse; quod si oblata commoditate uti noluerat, id sibi imputaret, neque pergeret Superiori molestiam afferre, ut peculiarem Confessarium extra ordinem ipsi concederet. Nobis autem objicientibus, Monialem hujusmodi ad Apostolicæ poenitentiariæ officium facile recursum habituram, ibique haud ægre impetraturam id, quod ab ipsis Superioribus ei denegatum fuisset; iterum constanter respondebant, extraordinarium hujusmodi Confessarium post impletam ab ipsis erga universum monasterium Tridentini Concilii legem, ab alio quidem concedi posse, sed a se nunquam concessum iri.

At vero neque tunc nobis arridebat, neque profecto nunc nobis placet rigida isthæc agendi ratio. Persuasum enim habebamus, adhucque habemus, non solum integræ communitati, sed singulis etiam Monialibus indulgendum esse in iis rebus, quæ juste, & rationabiliter petuntur, maxime quum illæ ad earum conscientiæ quietem, & securitatem conferre dignoscuntur. Neque sane hujusmodi postulationes, aut temere exaudiri, aut sine causa rejici debere censemus; sed inquirendum in primis esse de qualitatibus tum Monialis, quæ Confessarium extra ordinem petit, tum Confessarii, qui ab ea requiritur; ut utrisque diligenter inspectis, deliberari possit, an illius votis annuendum sit, an non; si enim Monialis ex una parte nullum det adversæ suspicionis locum, ex altera vero Confessarius non modo legitimam Ordinarii approbationem, sed etiam commune probitatis testimonium pro se habeat, nullo modo probare possumus tam firmum hujusmodi Prælatorum in renuendo propositum; nec intelligimus, cur post Confessarium

extraordinarium integræ communitati juxta legem Concil. Trident. oblatum, nulla omnino Monialibus singulis spes relinquatur obtinendi peculiarem Confessarium, cujus consilio, & opera justis fortasse de causis indigere se arbitrentur. Non ita sane hac de re sentiebat sapientissimus ille animarum Rector sanctus Franciscus Salesius, cujus doctrinæ summam ex illius operibus, tum editis, tum manuscriptis, collectam bon. mem. Jo. Petrus le Camus Episcopus Bellocensis justo volumine complexus est, cui titulum fecit: *Spiritus S. Francisci Salesii.* In hujus compendio, quod ex gallico in italicum sermonem conversum Venetiis anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, pro quarta vice typis editum est, Part. decima septima, cap. 6. aperte legitur, quod, cum beatus Episcopus non ita intelligeret præmissum Concil. Trident. Decretum, ut vetitum existimaret, Confessarium extraordinarium, pluribus etiam quam tribus vicibus in anno, religiosæ communitati offerre, quæ quidem sententia plures habet suffragatores, quos refert Diana in editione coordinata Tom. VII. Tract. I. resol. 348. Non solum solebat suis Monialibus Visitationis beatæ Mariæ Virginis quater in anno, videlicet in singulis hebdomadis quatuor temporum Confessarium extraordinarium deputare; verum etiam earum respective Superioribus commendatum reliquit, ut singulis Monialibus, *quæ non* ex animi levitate, neque ex indiscreta affectionis singularitate Confessarium extraordinarium peculiariter peterent, haud se difficiles in eo concedendo præberent. Nec aliter se gerere consuevit ven. mem. Gregorius Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus. Is enim, ut testatur illius quondam Vicarius generalis Joannes Clericatus in Tract. de Pœnit. decis. quadragesima prima. num. 7. & Patrum Tridentinorum Decretum quoad omnia Monialium monasteria in sua civitate, & Diœcesi existentia quotannis re ipsa exequebatur, & nihilominus exorari se patiebatur a Monialibus, quæ aliquando rationa-

bilibus de causis peculiarem pro se Confessarium expeterent.

Hujusmodi regulis, & exemplis nostram quoque agendi rationem in spirituali Monialium regimine conformare curavimus; maximumque utilitatis, & quietis fructum Nos inde percepisse cognovimus. Quapropter venerabiles Fratres Ecclesiarum Antistites, atque dilectos Filios quarumcunque religiosarum Mulierum Rectores in Domino, & enixe monemus, ut eamdem viam, quoad fieri potest, insistere non recusent, & non adeo difficiles se præbeant peculiaribus Monialibus extraordinarium Confessarium aliquando expetentibus; quin potius nisi aut Monialis postulantis, aut Confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeat, earum justis precibus obsecundare studeant; illud cogitantes, quod etsi liberum sit cuilibet Moniali Cardinalem majorem Pœnitentiarium adire, cui ea in re facultas cumulativa cum omnibus locorum Ordinariis a Romano Pontifice tribuitur; nihilominus ea est aliquando necessitatis urgentia, ut remedium, quod de longinquo petendum est, non satis tempestive adveniat. Et quamvis etiam quorumlibet negotiorum expeditiones, quæ in officio Pœnitentiariæ Apostolicæ fiunt, ab omni vel minima pecuniæ solutione inviolabiliter sint immunes; non omnibus tamen Monialibus facile est invenire, qui earum negotia in urbe procurare velit, & possit.

Jam vero postrema superest quæstio, nimirum de qualitatibus Confessarii extraordinarii, qui vel pro universa Monialium communitate, vel pro aliqua Moniali peculiariter deputari debeat. Porro nullo unquam tempore dubitatum fuit, an in hujusmodi Sacerdote ætatis maturitas, morum integritas, prudentiæ lumen requiratur, quas quidem dotes in eo, qui ad hujusmodi munus adhibetur, necessarias esse, omnes fatentur. Sicut etiam minime dubitatur, quin idem ab Ordinario loci specialiter pro Monialibus approbatus esse debeat, quum hujusmodi approba-

batur, non parum labefactata, unice ageretur; neceſſarium minime judicatum fuit, aliquem velut in judicium vocare ad deducenda jura, ſi quæ ſibi adverſus illa, quæ decernenda viderentur, competere forſan putaret. Sed noſtra peculiaris cura erat, ad ſingula propoſita capita totidem diſſertationes, unicuique ex præfatis Cardinalibus exhibendas elucubrare; ad demonſtranda videlicet fundamenta illius diſciplinæ, quæ in uſum revocanda cenſebatur. Nec aliter ſe res habuit, quum in eadem Congregatione, ut præfertur, in deliberationem venit, an decernendum foret, ut regulares monaſteriorum Prælati, una ſaltem ex tribus vicibus, quibus extraordinarium Confeſſarium Monialibus ſibi ſubjectis in annos ſingulos exhiberi debent, aliquem ſecularem, aut alterius ordinis regularem Presbyterum ad id deputare tenerentur, utque ipſis hac in re deficientibus, liberum eſſet Epiſcopis locorum Ordinariis eorum defectum ſupplere, & emendare.

Verum quum Regularibus innotuiſſet, a prædicta Congregatione conditum eſſe Decretum eorum intentioni contrarium, utpote qui minime aſtringi volebant ad hujuſmodi annuam deputationem Confeſſorum extraordinariorum e Clero ſeculari, vel ex aliis ordinibus; nonnullarum religionum Procuratores generales petierunt admitti ad deducendas rationes, quas hujuſmodi Decreto obſtare putabant; cumque id facile *impetraſſent*, ac ſuam totiuſque cœtus Regul*arium cauſam* per eximios illius temporis in romana Curia Advocatos defendi curaſſent, ſed nihilominus prædicta Cardinalium Congregatio in priori ſententia permanſiſſet, placuit præfato Prædeceſſori Innocentio, antequam Decretum hujuſmodi approbatione ſua confirmaret, aliorum Cardinalium ſententias audire. Itaque excluſis illis omnibus, qui ex ipſius Pontificis deputatione in præcedentibus Seſſionibus per annum integrum negotia diſcuſſerant, aliiſque advocatis Cardinalibus, quibus exhiberi ſecreto fecerat conſcriptarum allegationum exempla, nobis etiam adeſſe juſſis, qui rationum momenta a priori Congregatione præ

ocu-

oculis habita, si opus esset, exponere possemus, novam Cardinalium Congregationem ex improviso coram se convocavit, in qua iterum proposita quæstio diligenter, ac mature discussa fuit; ac demum ipse Pontifex de ipsius Congregationis consilio, & assensu super hac re decrevit, ut sequitur. „ Cumque ex eodem „ Concilio Tridentino Confessor extraordinarius „ bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, „ qui omnium confessiones audiat, si imposterum „ Superiores regulares, quoad monasteria ipsis sub- „ jecta, toties prædictum extraordinarium Confesso- „ rem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio „ eorum ordine semper deputaverint, nec saltem se- „ mel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem „ aut secularem, aut regularem alterius diversi or- „ dinis professorem; in his casibus Episcopi pro sui „ arbitrio, & conscientia deputationem hujusmodi „ facere possint, nec illa quovis titulo, aut præ- „ textu a Superioribus regularibus valeat impediri. Præscriptum sane fuit hujusmodi Decretum ea occasione, qua agebatur de restituenda in certis quibusdam regionibus ecclesiastica disciplina ad formam Concilii Tridentini. Verum ipsius Decreti vigor ad eas duntaxat regiones minime restrictus fuit; quum & animarum pericula, quæ ex perpetua Confessorum ejusdem ordinis deputatione timebantur, in omnibus monasteriis Regularium regimini subjectis locum habere possint; & quæcunque adversus Decretum ipsum adducta fuerunt, ex generalibus ordinum statutis, & ex Constitutionibus Monialium regularibus subjectarum fuerint desumpta. Cumque judicatum fuerit, ea omnia nequaquam obstare, quo minus ita decerneretur; sequitur ut, quamvis eidem Decreto causam dederint peculiarium quarumdam regionum necessitates Apostolicæ Sedi eo tempore expeditæ, illud tamen generale sit, & universos per orbem regulares monasteriorum Monialium Prælatos afficere debeat. Cum vero deinde alter laudatus Prædecessor Benedictus XIII. Innocentii literas in

 for-

ſæ, neque demum alterius cujuſcunque perſonæ intra ſepta monaſterii, aut piæ domus commorantis ſacramentalem confeſſionem audire; Nos id quoque approbatione noſtra roborantes, & confirmantes, ſtatuimus, & mandamus, ut Epiſcopi quidem, ſi de monaſteriis, aut domibus eorum regimini ſubjectis agatur, regulares autem Superiores, quod ad illas communitates attinet, quibus ipſi præſunt, pro hujuſmodi legis implemento advigilent, & contra venientes meritis pœnis coerceant, & afficiant.

Ac demum quibuſcunque Confeſſariis extraordinariis, qui vel alicui communitati generaliter, vel peculiariter alicui perſonæ in monaſterio degenti, conceſſi, ac deputati fuerint, diſtricte inhibemus, ſub pœnis adverſus accedentes ad monaſteria Monialium, & cum ipſis converſantes, præſertim Regulares, a Prædeceſſoribus noſtris quandocunque ſtatutis (quas etiam præſentium vigore confirmamus, & innovamus) ne, poſtquam ſuum officium impleverint, ad idem monaſterium ulterius accedere, aut ullius generis commercium intra ipſum quomodocunque continuare, & fovere, etiam ſub ſpiritualis cauſæ, aut neceſſitatis obtentu, & colore, audeant, & præſumant.

definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate; atque irritum, & inane decernentes quidquid fecus a quoquam fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obftantibus quibufcunque etiam Apoftolicis ac in Univerfalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel fpecialibus Conftitutionibus, & Ordinationibus, necnon quarumcunque Ecclefiarum, & Ordinum regularium, feu Congregationum aut Societatum, & Inftitutorum etiam S. Joannis Jerofolymitani, aliorumque Militarium ordinum, feu monafteriorum Virorum, aut Monialium, aliarumque piarum domuum, etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ftatutis, ufibus, & confuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore juris claufis, aut literis Apoftolicis, cuilibet præmifforum fub quibufcunque verborum tenoribus, & formis, etiam hic de neceffitate exprimendis, ac cum quibufvis claufulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in fpecie, & derogatoriarum derogatoriis, quomodolibet in contrarium conceffis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & fingulis, hac vice duntaxat, & ad præmifforum effectum, illis alias in fuo robore permanfuris, de Apoftolicæ poteftatis plenitudine derogamus, cæterifque contrariis quibufcunque.

Volumus demum, ut earumdem præfentium tranfumptis, feu exemplis etiam impreffis, manu alicujus Notarii publici fubfcriptis, & figillo perfonæ in ecclefiaftica dignitate conftitutæ munitis, eadem prorfus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipfis præfentibus haberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noftrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, ftatuti, decreti, declarationis infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præfumpferit, indignatio-

nem

nem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, Nonis Augusti. Pontificatus nostri anno octavo.

D. Cardinalis Passioneus

I. Datarius.

Visa de Curia.

I. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

I. B. Eugenius.

Registratura in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, Indictione undecima, die vero 16. Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Benedicti, divina Providentia Papæ XIV. anno octavo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte citatorio, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis urbis, per me Dominicum Contini Apostolicum Curs.

Horatius Mugnaini Mag. Curs.



NO-



NOTA.

Praeter has selectiores & scitu magis necessarias Benedicti XIV. immortalis memoriae Pontificis Bullas novo rerum indice, quo reliquae carent, hanc nostram editionem locupletandam duximus. Cum enim indicem concionatorium, quem aliae editiones passim exhibent, vel ipsa materiae sterilitate supervacaneum & prope inutilem, qui penitius rem examinare solent, haud immerito judicarent; majus operae pretium fore visum est, si rejecto eo sola materia singulis Dominicis, Festisque accomodata hic indicaretur, quam deinde ex sequenti universali totius operis rerum indice, alphabetico ordine digesto, verbi divini Praeco suis locis ab Auctore tractatam facile investigabit, & velut ex ipso fonte hauriet.

INDEX CONCIONATORIUS,

MATERIIS AD LITERALEM SS. EVANGELIORUM TEXTUM DISPOSITIS.

IN SINGULAS DOMINICAS DIES.

Dominica I. Adventus.

De signis judicium extremum praecedentibus. De universae carnis resurrectione. De ultimo judicio. De tristi fine omnis pompae mundanae, divitiarum, & voluptatum.

Dom. II. Advent.

De caecitate hominum mundanorum, quibus dodoctrina Evangelii est scandalo. Contra mollem, & sensualem Christianorum vitam. De constantia & fortitutine christiana.

Dom. III. Advent.

De agnitione & confessione suae infirmitatis. De virtute poenitentiae. De praesentia Dei. De officiis hominis christiani.

Dom.

Dom. IV. Quadrag.

De misericordia Dei. De providentia Dei, deque cura in Deum projicienda. De frequenti usu Sacramentorum. De fugienda laude hominum, & mundi gloria. De oratione. Contra nocturna conventicula juvenum, & puellarum.

Dom. Passionis.

De signis prædestinationis, aut reprobationis. De excæcatione, & obduratione. De falsa pœnitentia. De mendacio, & perjurio. De patienter tolerandis iniquis oblocutoribus.

Dom. Palmarum.

De humilitate christiana. De præparatione ad Communionem paschalem. De confessione sacramentali. De spirituali regno Christi. De gratiarum actione, & laude divina.

Feria V. in Cœna Domini.

De humilitate, & operibus misericordiæ. De sacra Communione. De indigna Communione. De contritione. De imitando exemplo Christi.

Feria VI. in Parasceve.

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Dom. Paschæ.

De resurrectionis Jesu Christi veritate, & fructibus. De resurrectione spirituali per paschalia Sacramenta. De spe resurrectionis futuræ. De felicitate animæ per gratiam resuscitatæ, & cum Deo reconciliatæ.

Feria II. Paschæ.

De spiritualibus colloquiis. De diffidentia erga promissa Dei. De necessitate, & fructibus Passionis Christi. De eleemosyna. De fructibus Eucharistiæ digne susceptæ.

Feria III. Paschæ.

De pace peccatoris pœnitentis cum Deo & seipso.

ipso. De signis, & fructibus veræ conversionis. De cruciatibus malæ conscientiæ. De meritis mortis Christi.

Dom. in Albis.

De Sacram. Baptismi. De abrenunciationibus in Baptismo factis. De pace cum proximo servanda. De potestate Sacerdotibus concessa, ad peccata dimittenda, aut retinenda. De non differenda pœnitentia.

Dom. II. post Pascha.

De Pastoris munere a Christo suscepto. De fugiendo consortio malorum. De fuga occasionum peccati. De signis, quibus Christus oves suas ab hædis discernit.

Dom. III. post Pascha.

De caducitate rerum præsentium. De brevitate pugnæ, & retributionis æternitate. De fugiendis mundanis gaudiis, & deliciis. De cruce, & molestiis cum virtute semper conjunctis; & magno animo perferendis.

Dom. IV. post Pascha.

De desideriis æternæ vitæ. De obduratione sive ad beneficia, sive ad monita, sive ad flagella Dei. De necessitate luminis Spiritus sancti ad evitanda salutis pericula; & mundi techinas.

Dom. V. post Pascha.

De oratione. Ejus necessitate. Ejus conditionibus. Ejus fructibus. De Christo Mediatore. De meritis Christi pro nobis intercedentibus.

Ascensio Domini.

Christus ascendens spem futuræ gloriæ in nobis firmat. De via, per quam Christus in gloriam intravit. De desideriis nostris de terrenis ad cœlestia erigendis. De motivis credibilitatis.

Dom. VI. post Pascha.

De præparatione ad suscipiendum Spiritum sanctum. De donis Spiritus sancti. De Sacramento Con-

firmationis. De firma fiducia in Deum, etiam inter pericula, & persecutiones conservanda. De meditandis novissimis.

Dom. Pentecostes.

De Spiritus sancti missione, & descensu in Apostolos. De Spiritus sancti adventu in animam pœnitentem. De signis Spiritus sancti in mente suscepti. De spiritu Evangelii, a spiritu mundi discernendo.

Fer. II. Pent.

De sincera voluntate Dei cupientis, omnes homines salvos fieri. De duritia Christianorum, salutis doctrinam respuentium. De spirituali cæcitate. De erronea conscientia, & præjudiciis.

Fer. III. Pent.

De falsa pœnitentia. De institutione, & disciplina liberorum. De angusta via, quæ ducit ad vitam. De gratia Salvatoris.

Dom. SS. Trinitatis.

De mysterio SS. Trinitatis. De vocatione ad agnitionem SS. Trinitatis. De cultu Deo exhibendo per fidem, spem, & charitatem. De ultimo fine hominis.

felici conditione peccatoris conversi. De Communione Sanctorum.

Dom. IV. post Pent.

De audiendis Concionibus, & Catechesi. De vanis mundanorum hominum curis. De misera conditione hominis extra gratiam constituti. De Ecclesia, & ejus potestate.

Dom. V. post Pent.

De charitate Dei. De ira. De dilectione inimicorum. De perfectione legis evangelicæ.

Dom. VI. post Pent.

De providentia Dei. De necessitate gratiæ. De abjiciendis nimiis curis rerum terrenarum. De officio divino rebus omnibus præponendo.

Dom. VII. post Pent.

De laxa seculi doctrina, quæ sub specie misericordiæ animas trucidat. Contra acceдiam. De peccatis omissionum. De præsumptuosa multorum fiducia, qui quibusdam devotionibus sese adepturos regnum cœlorum sperant, neglectis primis, & præcipuis christiani hominis officiis.

Dom. VIII. post Pent.

De avaritia, & variis fraudibus in contractibus committi solitis. De abusu gratiarum divinarum. De discussione conscientiæ. De operibus misericordiæ.

Dom. IX. post Pent.

De finali impœnitentia. De pessima morte peccatorum. De reverentia sacris locis exhibendis. De Sacrificio Missæ.

Dom. X. post Pent.

De superbia. De fructibus humilis confessionis peccatorum. De humilitate christiana.

Dom. XI. post Pent.

Contra illos, qui erubescunt sua peccata confiteri. De viis, quibus peccatores ad cognitionem suæ cæ-

citatis perducuntur. Contra jactantiam, & vanam gloriam. De grata consideratione divinorum beneficiorum.

Dom. XII. post Pent.

De gratia vocationis ad fidem. De dignitate & excellentia doctrinæ christianæ. De Deo super omnia diligendo. De dilectione proximi. Contra obdurationem ad necessitates pauperum.

Dom. XIII. post Pent.

De fœditate peccati mortalis. De virtute Sacramenti pœnitentiæ. De relapsu, & ejus malitia.

Dom. XIV. post Pent.

De contemptu mundi. De fiducia in providentiam divinam. De adoptione in filios Dei, & hæredes Christi. De cura salutis omnibus rebus anteponenda.

Dom. XV. post Pent.

De præparatione ad mortem. De meditatione mortis. De fructibus, & signis veræ conversionis. De brevitate, & miseriis hujus vitæ. De extrema Unctione.

Dom. XVI. post Pent.

De sobrietate, & abstinentia. De gula &c. De actionibus aliorum curiosius non observandis. De sanctificatione dierum festorum. Contra ambitionem.

Dom. XVII. post Pent.

De inculcando primo & maximo mandato dilectionis Dei. De dilectione fraterna proximi. De operibus in Deum referendis. De Christo venturo Judice.

Dom. XVIII. post Pent.

De temerario judicio. De omniscientia Dei. De malis cogitationibus. De consuetudinariis & inveteratis peccatoribus.

Dom. XIX. post Pent.

De Sacrificio Missæ. De frequenti usu Sacramento-

to-

torum. De indigna Communione. De paucitate salvandorum. De pœnis inferni.

Dom. XX. post Pent.

De utilitate, & necessitate orationis. De accedia, & tepore. De peccato veniali, ad mortale disponente. De efficacia gratiæ Dei.

Dom. XXI. post Pent.

De ratione reddenda in judicio particulari. De usura, & oppressione pauperum. De condonandis injuriis, & offensionibus. De miseratione Dei erga peccatores ad frugem redeuntes.

Dom. XXII. post Pent.

De mendacio. De contemnendo respectu humano. De solvendis tributis, & gabellis. De obedientia Principibus debita. De bona intentione. De sanctificatione dierum festorum.

Dom. XXIII. post Pent.

De gratia Sacramentorum. Contra choreas, & turpiloquia. De fiducia figenda in Deo in adversis. De vitæ ærumnis patienter perferendis.

Dom. XXIV. post Pent.

Peccata nostra causæ sunt omnium nostrarum calamitatum. De fugiendis occasionibus peccati, & vitanda malorum societate. De angustiis novissimorum temporum. De resurrectione mortuorum. De ultimo judicio.

In Dedicatione Ecclesiæ.

De reverentia sacris locis debita. Nos metipsos tanquam viva Dei templa custodire debemus. De vero spiritu devotionis, in compunctione, & puritate vitæ consistente. Contra luxum, comessationes, & saltationes, hominum malitia in hisce solemnitatibus invectas.

In Primitiis Sacerdotum.

De dignitate status sacerdotalis. De SS. Missæ Sa-

crificio. De oneribus, & periculis cum hoc statu conjunctis. De reverentia, & vitæ subsidiis Sacerdotibus debitis.

Pro Dominica aut alia die, qua Deo annuæ gratiæ aguntur.

De beneficiis divinis. De considerandis bonis æternis, in cœlo Deum timentibus præparatis. De moderato & sobrio usu rerum præsentium. De turpi ingratitudinis vitio, quod tum maxime committitur, cum opibus a Deo concessis ad ejusdem contumeliam, & in animarum nostrarum perniciem abutimur.

Pro diebus,
in quibus ad morbos, pluvias, sterilitatem aliasque calamitates avertendas publicæ preces instituuntur.

De necessitate veræ conversionis, quæ in detestatione peccati, & emendatione vitæ est posita. De tollendis puplicis scandalis, & disciplina restauranda. De pace, & concordia ineunda.

Pro publicis annuis Supplicationibus.

De necessitate orationis. De conditionibus fru-

peccato originali in Adæ posteros propagato. De effectibus peccati originalis. De gratia baptismali; Præcipue, cur concupiscentiam non extinguat.

Die 21. S. Thomæ Apost.

Quod Christus sit caput nostrum, & Dominus noster &c. Contra obstinationem illorum, qui nec futuris inferni pœnis a peccato absterrentur, nec cœli gaudiis ad justitiam pertrahuntur. Vide in communi Apostolorum.

Die 25. Nativitas D. N. J. C.

De gloria, quam Christus Nativitate sua Patri; & pace, quam homnibus peperit. De causis, cur Christus pauper &c. natus sit. Christus natus, etiam in præsepio Legifer noster, & Exemplar.

Die 26. S. Stephani Proto-Mart.

De diligendis inimicis. Quod omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem sint passuri. De subsidiis ad æternam vitam obtinendam large nobis a Christo præparatis. Vide in communi unius, vel plurium Martyrum.

Die 27. S. Joannis Evang.

De Jesu super omnia diligendo. Omnia contemnenda, ut inter Jesu dilectos numeremur. Quales oporteat esse, quos Jesus diligit? Vide in communi Apost.

Die 28. SS. Innocentium Mart.

De utilitate & præmio tribulationum. De innocentia in Baptismo obtenta studiose servanda. De tristibus iræ effectibus.

Januario.

Die 1. Circumcisio D. N. J. C.

De mortificatione sensuum, & circumcisione affectuum cordis. De novo anno per novam vitam inchoando. De æternitate beata. De anno in nomine Jesu Christi incipiendo, & transigendo, ut sit felix.

Die 6. Epiphania D. N. J. C.

De gratia vocationis ad fidem. De adoptione in filios & hæredes Dei. De Deo colendo per fidem, spem, & charitatem. De industria adhibenda ad investigandam legem.

In Festo

SS. Nominis JESU.

De amore, gratitudine, & reverentia, quas Christiani Jesu Christo debent. Quinam in morte hujus SS. Nominis suavitatem gustare, ejusque potestate adversus principes tenebrarum protegi mereantur. Christo nostra omnia, nosque totos debemus. Opera nostra, precesque per Jesum Christum sunt offerendæ.

Die 17. S. Antonii Abb.

Vide in communi Confess. non Pontificum.

Die 22. SS. Fabiani, & Sebastiani MM.

Vide in communi Martyrum.

In Februario.

Die 2. Purificatio B. V. M.

Christus in templo præsentatus ostendit, quod nos ipsos totos Deo dicare debeamus. Deipara Virgo vulgarium mulierum legi se subjiciens, *illos damnat*, qui levibus quibusque ex causis, aut seipsos a servandis præceptis absolvunt, aut absolvi postulant. De tranquilla & felici justorum morte. De frequenti meditatione futuræ gloriæ, justis promissæ.

Die 24. S. Mathiæ Apost.

De imitanda humilitate Christi. De mansuetudine, & lenitate. De necessitate, & suavitate severitatis evangelicæ. De cæcitate hominum mundanorum, cupiditates suas pro regula sequentium. Vide in communi Apost.

Mar-

In Martio.

Die 19. S. Josephi Sponsi B. V. M.

De vera gloria, & nobilitate. De humili sorte æquanimiter perferenda. Quosnam Jesus in suos familiares assumat. Etiam in abjecta vitæ conditione ad eximiam perfectionem pertingere faciliter possumus.

Die 25. Annunciatio B. V. M.

De Incarnatione Verbi. De dignitate & prærogativis B. V. M. De causa Incarnationis, quæ erat reparandus honor Dei, per peccatum ablatus. De immensa dilectione Dei erga humanum genus.

In Aprili.

Die 23. S. Georgii M.

De gratia Christi, præcipue de ejus necessitate. De veris, & falsis Christi sectatoribus, per gratiam discretis. Quam maxime necessarium est, ut, Christi virtutes sectemur, ne ab illo ceu mortua membra avellamur.

In Majo.

Die 1. SS. Philippi, & Jacobi Apost.

De desideranda visione beatifica. Christus solus est via, quæ ducit ad vitam. Hæc autem est ardua, & angusta. Plerique Christianorum non norunt, nec quid a Christo acceperint, nec quid illi debeant.

Die 3. Inventio S. Crucis.

De mysterio Crucis. De necessitate crucis post Christum ferendæ. De mortificatione carnis. De mirabili virtute, qua Christus per prædicationem Crucis omnia sibi subjecit.

In Junio.

Die 24. Nativitas S. Joannis Baptistæ.

De eximiis virtutibus hujus Sancti. De fugiendis mundi periculis. De necessitate operum pœnitentiæ,

Die 21. S. Matthæi Apost.

De sectandis Christi vestigiis. De christiana humilitate. De Christo Medico peccatorum. Contra invidiam, & detractionem.

Die 29. S. Michaëlis Archang.

De munere B. Michaëli Archang. demandato, omnes animas suscipiendi in mortis certamine. De judicio particulari post mortem. De scandalo. De vitandis occasionibus peccati.

In Octobri.

Dominica I. Festum SS. Rosarii.

De potenti patrocinio Reginæ SS. Rosarii. De intentione, & fine, quo recitandum est Rosarium, ut ejus fructibus potiamur. De dignitate precum, & mysteriorum, quibus constat hæc orandi formula. De causis, cur hac præstanti oratione toties recitata, multi tam parum in pietate proficiant.

Die 28. SS. Simonis, & Judæ Apost.

De dilectione fraterna. De correctione fraterna. De contemnendis hominum sive laudibus, sive dicteriis. De fugienda familiaritate hominum ad mundi mores compositorum. De injustis querelis, quibus ingrati Christiani prætensam Evangelii severitatem insectantur.

Die 30. SS. Reliquiarum.

De invocatione, & cultu Sanctorum. De causis, quibus Ecclesia adducitur, ut Reliquias sacras venerandas nobis proponat. De superstitionibus, & abusibus in sacrarum rerum cultu committi solitis. De fide futuræ resurrectionis excitanda. De fortitudine christiana.

In Novembri.

Die 1. Omnium Sanctorum.

De præmiis virtuti in cœlo paratis. De imitandis San-

Sanctorum exemplis. De angusta via, quæ ducit ad vitam. De pugna spirituali, in qua omnis ille decertare debet, qui optat coronari. De ardenti desiderio erga Deum, ultimum hominis finem.

Die 2. Commem. omnium Fidelium Defunctorum.

De suffragiis pro mortuis. Quibus operibus purgantes animæ præcipue subleventur. De acerbitate pœnarum purgatorii. De peccato veniali. De tremenda severitate judiciorum Dei.

Die 11. S. Martini E. C.

De recta conscientia; quænam illa sit? De præjudiciis, & erronea conscientia. De actionibus in Deum referendis. De prudentia Sanctorum, quæ mundanis, & secundum carnem sapientibus, stultitia videtur.

Die 21. Præsentatio B. V. Mariæ.

De tota vita Deo consecranda. De momentosa consultatione ad eligendum vitæ statum. De periculis, quibus juvenilis ætas est exposita. Quam felices sint, qui hos annos in timore Dei transigunt.

Die 25. S. Catharinæ V. M.

Vide in communi Virginum. M.

Die 26. S. Conradi E. C.

Vide in communi Confessorum Pontificum.

Die 30. S. Andreæ Apostoli.

De gratia vocationis ad fidem. De Evangelio Christi publice confitendo. De dignitate hominis christiani. De abjiciendis impedimentis, saluti obstantibus.

IN COMMUNE SANCTORUM.

In Festis Apostolorum, & Evangelistarum.

De gratia vocationis ad fidem. De hæreticis bona Christianorum conversatione ad sinum Ecclesiæ reducendis. De amore, & obedientia Ecclesiæ Pa-

storibus præstandis. De sublimitate & sanctimonia vitæ, ad quam Christianus tendere debet.

In Festis unius, vel plurium Martyrum.

De vi, quam patitur regnum cœlorum. De spirituali pugna adversus diabolum, mundum, & carnem. De fundamento perfectionis christianæ, quod positum est in abnegatione propriæ voluntatis, seu amoris proprii. De odio mundi propter Christum fortiter contemnendo. De doctrina Christi coram mundi amatoribus, qua verbo, qua moribus intrepide propugnanda.

In Festis Confessorum Pontificum.

De Sacerdotio novæ legis. De officiis Pastorum. De stricta ratione Deo in judicio reddenda. De solicita præparatione ad mortem. De obligatione per exemplum bonorum operum Dei gloriam & proximi salutem promovendi.

In Festis Confessorum non Pontificum.

De pœnitentia non differenda. Pœnitentia ad mortem usque dilata plerumque est ficta & infructuosa. De necessitate mortificationis. De contemnendis mundi opibus, honoribus, & deliciis.

In Festis Sanctarum Virginum.

De dignitate, & securitate status virginalis. De studio orationis. De humilitate, & vita *in Deo abscondita*. Contra vanum feminarum ornatum, & vestium pompam. De oneribus, & periculis Matrimonio annexis. De charitate Dei.

In Festis Sanctarum Viduarum.

De fiducia in solo Deo ponenda. De abjiciendis curis rerum caducarum. Regnum cœlorum omnibus rebus est præponendum, & omni contentione inquirendum.

IN-

INDEX UNIVERSALIS MATERIARUM
ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

Numerus Romanus tomum, Arabicus paginam designat.

A

INDEX UNIVERSALIS.

D

Mi-

Deos

Q

R

RELI-

S

Finis Tomi De...



Finis Tomi Decim



